

1 DIVISION OF ANIMAL

SCIENTIFIC AND TECHNICAL INFORMATION

AGRICULTURE

1970 EDITION

CHARTS AND MAPS

CHARTS, SCHEMATIC DRAWINGS

AND PLATES

1 DIVISION OF ANIMAL

SCIENTIFIC AND TECHNICAL INFORMATION

AGRICULTURE

1970 EDITION

JOANNIS LUDOVICI  
SCHÖNLEBEN Archi-Diaconi Carnioliae  
Inferioris &c.

TRACTATUS GEMINUS  
*De Mysterijs Dominicæ Passionis*

I. SACRA PYRAMIS  
CHRISTO Agonizanti in Monte  
Oliveti ercta.

II. SACRA PEREGRINATIO  
Ad Sepulchrum Dominicum.

Goseckus Epis. Laff: ex  
comitiss de Rostov

1674

2415 N.Y.

# JOANNIS LUDOVICI SCHÖNLEBEN

Carnioli Labacensis SS. Theologiæ Doctoris,  
Protonotarii Apostolici, Archi-Diaconi  
Carnioliae Inferioris.

## TRACTATUS I. QUADRAGESIMALIS SACRA PYRAMIS JESU CHRISTO SERVA- TORI MUNDI

*In Monte Oliveti Agonizanti eretæ.*

Et decem Piis Considerationibus Paræneticis  
memoriæ repræsentata:

*Adiectis duabus Considerationibus pro Die Parasceves:  
Concionatorum Subsidio, & fidelium pietati.*

### EDITIO SECUNDA.

*Ab ipso Authore recognita, recens Latio donata,  
Sum ex libris Biblio & audita. Thoæ Oberi Burgerfo  
Cum Quadruplici indice. I. Considerationum. II. Lectorum  
Scripturæ. III. Rerum & Verborum. IV. Historiarum, & Mytho-  
logiarum.*

#### PERMISSU SUPERIORUM.

— 833 — 833 — 833 — 833 — 833 — 833 — 833 — 833 — 833 — 833 — 833 — 833 —

#### S A L I S B V R G I,

Sumptibus & Typis MELCHIORIS HAAN, Typographi  
& Bibliopolæ.

ANNO M. DC. LXXIII.



TOURNIERS LIBRARY  
SCOTTISH LIBRARY  
CATHOLIC LIBRARY  
HISTORICAL LIBRARY  
TRADITIONAL LIBRARY  
SACRED LIBRARY

Hæc meditari dico sapientiam , quia in his  
suavis unctio consolationis : hæc me re-  
primunt in prosperis, & erigunt in adver-  
sis ; & inter læta & tristia tutum præbent.

*S. Bern. serm. 43. in Cant.*

D E D I C A T O R I A.

ILLUSTRISSIMO DOMINO,  
DOMINO

GEORGIO  
SIGISMUNDO  
S.R.I. COMITI & DOMINO  
A GALLENBERG,

Domino in Thurn , Rossegkh & Gal-  
lenstein, Illustri Domino in Ainödt, Hæredita-  
rio Advocato in Münckhendorff , Sac. Cæs.  
Maiest. Camerario , Inclytæ Provinciae Carnioliae  
Assessori, & è Statu Dominorum Depu-  
tato , &c.

DOMINO DOMINO GRATIOSISSIMO.

 Ultis titulis hunc titulum inscribo  
sacræ Pyramidi Opusculo meo in-  
ter Asceticos primogenito , quod  
Latij donatum ne germanum esse  
desinat , ad Illustrissimam Domi-  
nationem Yestrā Germani & sanguinis &  
genij

# DEDICATORIA.

genij suo genio fertur. Amamus, quibus longo annorum censu consuevimus, arcte adhaerescere, & testamur quibus possumus officijs in eos clientelare officium, quorum diuturna humanitate devincti, effectum debitum quodam quasi contubernij jure in naturam traduximus. Nolunt labores mei subtrahi sibi gratiosum nomen, utpote cuius favoribus sunt animati ad lucem, cuius impulsu transierunt a privatis ad publica, cuius beneficâ solicitudine a solicitudinibus liberantur. Et ut haec deficiant, calcar addent, quae in Illusterrima Dominatione Vestra ipsa patria veneratur: nobilissimus videlicet a maioribus derivatus sanguis, fumosæ longo ordine maiorum ceræ, judicia Principum, gratiae Cæsarum, naturæ dotes singulares stipatae nobili parium virtutum satellitio, quae singula me ita singulis obligant nominibus, ut ijs exsolvendis conatum afferre possit voluntas, effectum sperare fortuna non possit. Vellicant memoriam meam vetustissima illa nomina publicis tabulis consignata. Ottonis de Gallenberg Anno æræ Christianæ 1082. Sigismundi de Gallenberg, qui Anno 1100. cum D. D. Georgio & Theobaldo ab Aursperg cognatis instrumentum transactionis confecit. Alterius Sigismundi & Ernesti de Gallenberg, quos ad publica

MSS.  
Domest.

Eque-

# DEDICATORIA.

Equestrium ludorum torneamenta Tiguri in  
Helvetia Anno 1165. admissos, testantur Fasti  
Germaniae: cum ad illa nonnisi antiquissimae  
nobilitati, quae minimum quatuor nobiles  
maiorum generationes probare posset, aditus  
concederetur. Sigefridi Senioris de Gallen-  
berg, quem Fundatorem suum agnoscit Anno  
1300. Monasterium Clarissarum in Münck-  
hendorff propè Lithopolim. Alterius Sige-  
fridi de Gallenberg, qui Anno 1405. Provin-  
ciæ Carnioliae Capitaneum egit. Friderici,  
& Wolfgangi de Gallenberg, qui Anno 1469.  
primum Turcarum impetum in Carnioliam  
Friderico III. Austriaco, Cæsari denuntia-  
runt. Iodoci de Gallenberg, qui Prætoris Pro-  
vinciæ munere functus Anno 1566. fatis con-  
cessit. Taceo alia suo loco longo ordine pro-  
menda nomina. Vnum mihi nunc satis est:  
*GEORGII SIGISMUNDI*, qui non tam ornatur à ma-  
ioribus, quam ornat maiores, magnis maior:  
cui Augusti Cæsaris clementia adiecit titulos  
*S. R. I. Comitis, & Camerarij* quem hodie è statu  
Dominorum Deputatum Provincia suspicit,  
singulari in negotijs arduis dexteritate pollen-  
tem, consilijs felicem, beneficijs promptum.  
Patere igitur Illustrissime Domine Comes,  
ut hanc meam Pyramidem tam gratiose  
nomine velut hieroglyphico obsignem, quo  
( licet

Munster.  
Cosmogr.  
1.3. Germ.

MSS.  
Münch.

Ioa. Jacob.  
Fugger in  
Spec. Ho-  
nor.

# DEDICATORIA.

( licet exili ) testimonio manifestem mundo  
meam obligationem , & de exaggeratis virtuti-  
bus Tuis exhibeam mnenosynon duraturum.  
Spero quod dignaberis tenue munus oculo, quo  
me soles intueri, Solis instar. *Sol si immineat ho-  
minis vertici, inquit Plutarchus, aut prorsum tollit  
umbram, aut minimam reddit: sic ingens gloria extin-  
guit invidiam.* Securus proinde adscribam Py-  
ramidi lemma *Nescia umbræ*, quod Tuæ Illustris-  
fime Domine Comes acceptum feram gratiæ,  
ceu lumini , cuius beneficio

Plutarch.  
ap. Picti-  
nelli. in  
Mundo  
Symb.

Auson.  
Idyll. II.

- - - - - *quadro in fastigia cono  
surgit & ipsa suas consumit Pyramis umbras.*  
Innixa videlicet gentilitiæ Tuæ Pyramidi , to-  
ti candidæ & sine umbra. Deus Ter opt. max.  
Illustrissimam Dominationem conservet no-  
bilissimæ posteritatis solatio cum nominis im-  
mortalitate. Scribebam Labaci Calendis Maij,  
ipso die S. Sigismundi. Anno 1672.

Illustriss. Domin. Vestræ

*Devotissimus servus.*

Joann. Ludovicus Schönleben  
Archid. Inf. Carn.



## Præmonitio ad Lectorem.

**A**micorum votis obsecundans ante quadriennium Typo subjici Quadragesimale projectum potius, quam scriptum Idiomate Germanico, pollicitus deinceps sanctuarium & Dominicale; quorum illud ante bitemium eodem idiomate prodiit, posterius in commodius tempus rejectum est, dum Superis farventibus patriæ Chronologia ad corondem perducta fuerit. Interim pauculis, & ferè nocturnis subsecutis horis Quadragesimale, quod à pluribus Latinum desiderari animadverteram, resumpsi, Latio donavi, & rejectis nonnullis, adjectis aliis ad majorem utentium commoditatem in plures Considerationes distribui, quo factum ut labor primus secundis ferè in duplum excreverit. Sensi nunc, quam verum sit illud S. Francisci assertum: Christum aspicere in doloribus, idest in lecto Crucis, sufficiens mihi occupatio & consolatio forct, usque ad finem mundi, si Deus tamdiu prorogaret vitam. Et quos hic duplicarvi discursus, in decuplum & centuplum possent ampliari. Sed nec scriptores uniuersitatem se debent applicare materiæ, nec una tantum materia omnes juvavat. Varia tractando, variis inservimus. Ecclesiæ Catholicæ instituto per anni cursum suum sibi tempus depositum dolorosa mysteria, suum etiam gaudiosa & gloria, suum sanctorum Panegyres; singulis aliquid censui tribuendum. Et quia in hoc mundo nusquam, nunquam deest patiendi materia, dum meipsum hoc resumpto labore per intervalla solatus sum, nolui tibi benigne Lector subtrahere fructus partem; ut & tu ea recolendo, te & alios in afflictione solari possis; sicutdem ut S. Augustinus aiebat: Nulla res officiorum laborem ad portanda onera aliorum facit libenter impendi, nisi cum cogitamus, quanta pro nobis pertulit Dominus. Hæc sancta occupatio potest vobis omnium occupationum difficultates

S. Franc.  
ap. Barrij.  
An. saua.

S. Aug. de  
verb. A.  
post.

## CENSURA.

*S. Bern.  
serm. de  
passio.*  
*tates tollere, omnium egritudinum dolores mitigare, omnium misera-  
riarum acerbitates dulcorare; imo & animae vulneribus afferre  
medicinam. Etenim, ut aiebat S. Bernardus: Quid tam effi-  
cax ad curanda conscientiae vulnera, nec non ad purgan-  
dam mentis aciem, quam Christi vulnerum sedula medi-  
tatio? Plura sunt spiritualium morborum remedia, plura genera*

*S. Albert.  
M. Tract.  
de Missa  
Mirand.  
de Morte  
Chri. c. 7.  
Rödern.  
proœm.  
Trad. de  
passione.*  
*curationum, hoc censet B. Albertus M. efficacissimum, cum inquit:  
Meditatio passionis Christi, immo simplex ejus recordatio  
pluris aestimanda est, quam sexta qualibet feria iejunare.  
&c. Fruere igitur Lector, & si haec tibi non dissipuerint, alia*

## CENSURA.

**S**Acram Pyramidem JESU Christo Servatori  
Mundi in monte Oliveti erectam, Authore Re-  
verendiss. Dn. Joanne Ludovico Schönleben  
SS. Theologiæ Doctore Proton. Apostol. & Ar-  
chidiacono Carnioliae Inferioris inspexi, eamque animi  
ex illa voluptatem concepi, quam mihi alii ejusdem per-  
fectissimi partus spondebant jucundissimam. Hanc in-  
quam Decadi Considerationum innixam Pyramidem ita  
circumspexi, ut nullam umbram, quæ Orthodoxæ fidei  
lineamenta fuscaret, aut bonos mores suâ destitueret  
puritate, repererim; sed potius Catholicæ veritatis pia  
simul & eleganti luce ita perpendiculariter circumfu-  
sam, ut nævum in ea non viderim. Cum ergo lux um-  
bræ sit inimica, non habet quod huic undequaque in lu-  
ce positæ Pyramidi publicus præli splendor inferat detri-  
menti. Ita sine fuco, meo censebam calculo. Labaci  
ex Conventu FF. Minorum S. P. N. Francisci Regul. Ob-  
servant. Die 23. Martij 1672.

Fr. ANTONIUS LAZARI SS. Theol.  
Lector Generalis, Consistorialis &  
Guardianus. m. p.

# APPROBATIO

*Officij Episcopalis Labaci.*

**L**ibrum inscriptum Sacra Pyramis JE-  
SU Christo Servatori mundi in mon-  
te Oliveti erēta, Authore Reverendiss.  
& Clariss. Domino Joanne Ludovico Schön-  
leben SS. Theol. Doctore Proton. Aposto-  
lico, Archidiacono Inferioris Carnioliae, &  
in Ecclesia Cathedrali Labacensi S. Geor-  
gij Beneficiato, prius ab Adm. Reverendo  
P. F. Antonio Lazari Ord. S. Francisci de  
strictiori observantia Lectore Generali,  
Causarum Ecclesiasticarum Diœcesis La-  
bacensis Confistoriali, & Conventus ejus-  
dem Ordinis Labaci Guardiano, relectum,  
& judicatum impressione dignissimum, re-  
legi pariter, & per omnia Orthodoxæ fidei  
& Christianæ pietati conformem pro Offi-  
cio meo ut imprimatur approbavi. In  
quorum fidem, &c. Labaci die 30. Junij  
1672.

**L. S.**

Philippus Terpin. Proton. Apo-  
stol. Vicarius Generalis m. p.

# APPROBATIO

Reverendissimi Consistorij Metropolitani Salisburgensis.

**T**RACTATUM de mysterijs Dominicæ Pas-  
sionis, in quo Reverendiss. & Clariss.  
D. Author Joannes Ludovicus Schön-  
leben SS. Theol. Doct. Protonotarius Apo-  
stolicus & Archidiaconus Carnioliae Infe-  
rioris, Sacram Pyramidem Christo Domi-  
no agonizanti in monte Oliveti erigit, de  
mandato Reverendissimi Metropolitani  
Consistorij Salisburgensis perlegi: & quia  
solidâ pietate ac eruditione refertum, nec  
quidquam quod Fidei Orthodoxæ conser-  
taneum non sit continere deprehendi, ma-  
gno cum fructu multorum ad exercitatio-  
nem & cultum typo publicaq; luce dignis-  
simum censeo. Salisburgi die 18. Septemb.  
Anno 1672.

JOANN. BAPT. KHÄRER SS.  
Theol. Doct. Celsissimi Princi-  
pis & Archiepiscopi Salis-  
burgensis Consiliarius, & Col-  
legij B. M. V. ad Nives Cano-  
nicus.

JOANNIS LUDOVICI SCHÖNLEBEN  
 SS. Theol. Doctoris Proton: Apostolici  
 & Archi-diaconi Carnioliae  
 Inferioris.

# SACRA PYRAMIS JESU CHRISTO SERVA- TORI MUNDI

In Monte Oliveti erecta:

*Et decem pijs Considerationibus Pareneticis memo-  
 rie representata.*

## CONSIDERATIO PRIMA

*Abraham Obediens*

### THEMA.

*Egressus est itaque Abram sicut preceperat ei Do-  
 minus. Gen. 12.*

### SYNOPSIS

- I. Sumptuosas quondam Aegyptij, a-  
 lique populi suorum memoria ere-  
 xerunt Pyramides.
- II. Nos Christo Servatori in monte  
 Oliveti oranti & sanguinem su-  
 danti in memoria nostra Pyrami-  
 dem sacrum statuimus.
- III. Ex quinque lapidibus Davidis,  
 nominibus Patriarcharum signa-  
 tis, quibus ille Goliathum pro-  
 stravit.
- IV. Primus lapis Abrabe nomine si-  
 gnatur, qui precepto Dei obediens  
 egressus est de terra sua.
- V. Et prefiguravit obedientiam Chri-  
 sti, qui completurus dies peregrina-  
 tionis sue egressus est trans torren-  
 tem Cedron.
- VI. Ubi erat hortus, & villa Getse-  
 manis seu vallis pinguis.
- VII. Hortus nimis oppositus horto  
 Paradisiaco, in quo myrra meti-  
 tur.

*tur, & calix amarus propinatur.*

*VIII. Ubi Servator contristari cœpit & maestus esse, in se recipiens nobis debitam tristitiam.*

*IX. Quæ tanta fuit ut pœnas eternas equaret, etiam si esset tantum inci-*

*piens, duratura usque ad mortem, in nostram confusionem, qui gaudia vana querimus.*

*X. Nec sustulit hæc tristitia heroicam magnanimitatem, cum fuerit sponte suscepta, ut nobis veram generaret letitiam.*

*Egressus est itaque Abram sicut præceperat ei Dominus. Gcn. 12.*

## I.

 *Uantis olim impendijs ambitiosa vetustas Regibus suis & Principibus parentarit, testantur etiamnum Historicorum calamis descripta Mausolæa, celebratæ Pyramides, & ad naturæ invidiam artis opera profuſifſimo ſumptu elaborata. Cheopes Ægypti Rex ( si Diodoro ſiculo fides ) antecessorum gloriam tumulaturus, portentosam illam omnibus haec tenus celebratam ſeculis & Historicorum monumentis machinam Pyramidalem exorſus, selectiſſima Arabici marmoris fragmenta collegit, peritiſſimos undique accivit Latomos, operarum & laboratorum tercentena & ſexaginta millia conduxit, ut molem erigeret, quæ vix dum anno vigesimo exantlato labore ad coroniden perducta eſt, & famam meruit, quam ſera miraretur posteritas. Impeſtas in unam hanc Pyramidem congeſtas exinde collige, quod notavit Plinius. Solæ cæpæ allium & raphani ab operariis abſumpti, mille oſtingentis ſtetere talentis.*

*Cogita ut nonnullis placet, Talentum Atticum in re pecuniaria æquivalere nummis aureis oſtingentis, aut minimum ſexcentis; & ſi non aureis, ſaltem coronatis, ut alij expendunt; taceo illos qui unum talentum centum viiginti millibus aureorum pretio adæquant; & dueto calculo deprehendes magna magnæ vanitatis impendia, ſive ut Plinius loquitur: regum pecuniae otiosam ac fultam oſtentationem.*

## II. Ut-

Diod Sic.  
lib. 2. Herod. in Eu-  
terpe.

Plin. bifl.  
nat. lib. 36  
c. 12.

Anon. de  
mens. &  
Ponder.  
Pafferat.  
in Lex.

Plin. cit.

I I. Utinam AA. optare mihi concessum esset eâ fe-  
tliciate, ut suus votis responderet eventus : optarem o-  
mnium universi Orbis regionum , montium , ruderum  
abditos thesau-ros Asturiæ, Iberiæ, Pangæi, Dathi, Aly-  
bæ , Thasi &c. Auri, argenti, gemmarum feracia flumi-  
na Tagum Hispaniæ , Hebrum Thraciæ , Pactolum Ly-  
diæ, Gangem Indiae , Hyranem Carmeniaæ &c. <sup>Sill. Ital.  
Claud. de  
conf.</sup>  
re ; optarem divitias illas & opulentissimas gazas , quas  
vel Salomon in templi Hierosolymitani structura , vel  
semiramis ad muros & mœnia Babylonis , vel Arte-  
misia ad sepulchralem machinam mariti sui Mausoli, vel  
Alexander Macedo ad regale Palatium, vel Asia ad tem-  
plum Dianaë Ephesiæ, quod annis ducentis viginti assiduo  
labore operarum surrexit , velenique Romani in sua am-  
phitheatra profuderunt ; optarem inquam , ut hæc o-  
mnia in unum congesta, nobis præsto essent, quibus non  
vanæ alicui famæ aut nominis ambitioni , sed Regi Re-  
gum pro mundi salute passo & mortuo , nobilem ali-  
quam molem, Pyramidem, aut Mausolæum excitaremus.  
Verum quia votis nostris longè inferiorest potestas , &  
non tam opera manuum hominum, quam pijs cordis af-  
fectus divinam Majestatem delectant; si non possumus  
præstare quod vellemus, velimus saltem quod possimus,  
& in area cordis nostri, tenerrimæ pietatis in-dustriâ J E-  
S U Christo Servatori nostro sub pondere peccatorum  
nostrorum fatiscenti imaginariam Pyramidem erigamus.  
Architecti munus obeat intellectus , operarios agat me-  
moria cum pijs desiderijs, pretium labori ponant firma  
proposita , & omniumdiligens executrix voluntas Ma-  
teriam pretiosæ structuræ suppeditabunt sacer textus,  
& SS. Patrum lucubrationes. Quia vero perficiundo o-  
peri solas quinque hebdomadas quadragesimæ delegi-  
mus, sufficerit solos quinque lapides imaginarios no-  
stræ Pyramidi adaptare, sub quorum schemate Servato-  
rem mundi in Monte Olivarum , orantem, sanguineo su-  
<sup>33. c. 4.  
Ecclib. 6.  
c. 23.  
Polit. in  
Mont Ra-  
vis. offic.  
tit. 4.  
Plut. To. 2.  
Paratet.</sup>

*Pyram. Considerat. I.*

dore madentem, in terram prostratum, captum in peccatis nostris Deum pariter & hominem contemplabimur.

III. Pro basi operis illud nobis ponamus ob oculos, quod cum Adolescens David adversus carneam illam molem, & immane hominis monstrum Goliathum in arenam descensurus sese armaret, non loricis ferreis aut caphraeturis indutus, non galea tectus, non clypeo munitus, non gladio accinctus, non hastam aut jaculum vibrans in occursum sui hostis procerferit, sed ut sacer

*I. Reg. 17.  
v. 40.* textus enarrat : *Tulit baculum suum, quem semper habebat in manibus, & elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem, quam habebat secum, & fundam manu tulit. Hæc arma, hæc munimenta militem sacrum*

*S. August. & Dei strategum decuerunt. Memini ab Augustino, quinque lapides Davidicos quinque vulneribus Christi adaptari, per quæ scilicet infernalis Goliath est debellatus.*

*Phil. Hebr. ap. Barry. An. Saub. cap. 1.* Placet vero quod e Rabbinis Philo Hebraeus annotavit; videlicet Davidem priusquam contra hostem Philistæum procederet, electis de torrente lapidibus veterum Patriarcharum nomina inscripsisse. Et primum quidem nomine Abrahæ, secundum nomine Isaaci, tertium nomine Iacobi, quartum nomine Moysis, quintum denique nomine divino *Jeho-va* à quo derivatur nomen *J E S U S*, signavit. Et hoc postremo lapide prostratus est gigas, trium-

*Lauret. Allegat. lit. L.* phatus est Goliath terror Israëlis, prout ex ipsiusmet Davidis verbis colligi potest. Alloquens enim adversarium, ajebat : *Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo : ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum.* Quo respe-

xisse venerabilem Dragonem verba ejus testantur. Nam expendens illud Evangelistæ: avulsus est ab eis, quantum jactus est lapidis. *Longè inquit, avulsus est à nobis, quia lapis est abscessus sine manibus, & jactus est lapis, & percussit Goliam in fronte, & statuam in pedibus : Iste est jactus tuus longè à nobis.* Expressius Lauretus : *Lapis quo percussus est Goliatb, est Christus quo percussus est Diabolus.* Lubet proinde hæc quin-

quinque nomina nostris quinque Lapidibus ad sacræ structuram Pyramidis adaptatis insculpere ; & cum hodie primum ponamus lapidem, Abrahami eum nomine insigniamus.

*Egressus est itaque Abram sicut præceperat ei Dominus.* Gen. 12.

IV. Abram vel ex nomine *Pater exceilus*, vixdum natus jam notus specialibus Dei gratiis & privilegiis ornatust, cum de terra & cognatione sua jubetur excedere, adeo nihil reluctatur aut excusationis prætendit, ut ad primam Dei jubentis vocem omnes perfectissimæ obedientiæ leges expresserit. Jubet Deus : *Egredere de terra tua, Gen. 12.  
v. 1.* & de cognatione tua, & de domo patris tui & veni in terram quam monstrabo tibi. Quid Abraham, qui nondum hactenus Deum loquentem audierat, an cunctatur & moras nequit? an viæ & migrationis cum familia causatur incommoda? an ignorantiam terræ inhabitandæ prætexit? Deo jubenti voluntatem conformat, morem gerit, obtemperat. *Egressus est itaque Abram, sicut præceperat ei Dominus.* Promptè, velociter, securus sui, quia & divinæ providentiae. *Hæc autem omnia in figura contingebant.* Ab- 1. Cor. 10. ram qui Isaac de libera, Ismaëlem de ancilla genuit, Ty- Greg. Venet. in Cant. 2.c. pus est æterni Patris, sanctorum Doctorum suffragio, ut- pote qui ex natura humana Filium unigenitum, & à Ju- daico populo nonnullos in se credentes produxit. Attamen 7. Aug. Serm. 71.

V. Verus Abram mutato nomine Abraham *pater multitudinis* ex Patris æterni præcepto peregrinatus in terra, non aliud fuit, quam ipse Filius æterni Patris, qui Psalmistæ ore de se pronuntiat : *Advena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes Patres mei*, sicut Abraham, sicut Isaac, & omnes recensiti in *Libro generationis JESU Christi.* Hic ex præcepto paterno finem impositurus peregrinationi: *Egressus est trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introiit ipse & discipuli ejus.* Mera hic & mira my-

steria! singula sensus habent reconditos. *Torrens Cedron ex Hebræo est denigratus & tristis.* Ex luce igitur ad tenebras, ex candore ad nigredinem, ex lætitia ad tristitiam egreditur peregrinus Salvator meus, qui est lux mundi, candor lucis æternæ, lætitia Angelorum. Instabat nimirum hora designata à Patre, qua debuit secundum hominem contristari & mœstus esse; instabat tempus, quo neceesse erat bibere de torrente, si vellet exaltare caput in gloria. *De torrente in via bibet* (canebat olim Psaltes) propterea exaltabit caput. Quod ipse quoque in se experiri debuit David. Nam in summis animi angustiis, refractionarium Filium Absolonem fugiens torrentem Cedron, tristem & denigratum, ipse tristis, & apud universum Israëlem denigratus transire coactus est. *Rex quoque fatus* (ac sacer textus) *transgrediebatur torrentem Cedron.* Porro David ascendebat cli-vum olivarum scandens, & flens, nudis pedibus incedens Eccl. Ad quem locum appositiè eruditus scriptor. Si David ita pressus dolore iter illud agebat, quid de Christo dicemus, cum ipse videat populum illum Israël filium dilectissimum, sine causa & contra fas sanguinem suum fitientem? Progrediamur cum Evangelista, imò cum Salvatore, qui de torrente in via bibet, id est de fluvio mortis humanae. Ut loquitur S. Vigilius.

S. Vigil. li.  
S. cont.  
Eurych.

**VI.** *Trans torrentem Cedron ubi erat hortus.* Quid audito? locus gratiarum, gaudij & lætitiae illic est, ubi torrens tristis ac denigratus transitus! Transtorrentem Cedron est hortus, per illum ad hunc patet iter. Ne cadat animo christianus cum in ærumnas inciderit, per tristia venitur ad læta, per adversa transitur ad prospera. *Volens ire in hortum per quem Paradisus intelligitur, transit per torrentem, id est per tribulationem & crucem.* Inquit Hugo Cardinalis. Sequamur animose præeuntem. *Ubi erat Hortus.* Mattheo placuit disertius exprimere: *In villam que dicitur Gethsemani.* Quod Hebræus reddet: *vallem pinguem & abundantiae.* Nempe recusat macra sacrificia divinum

Hieron. de  
nom. Heb-  
raic.

Psal. 109.

2. Reg. 15.

Sanch. de  
Pass. Disc.  
6.

Hugo.  
Card. in c.  
18. Joan.  
Matth. 26

num numen. *Deus vult* ( ita loquitur *Paulus* de pala-  
tio ) *Deus vult sacrificia seu holocausta medullata, & pinguis:* Paul. de  
Palat. in c.  
26. Matth.  
*ideò ex valle pingui offerri debuit. Meritò igitur ad vallem*  
*pinguem venit, ut intelligamus ex ea holocaustum medullatum*  
*exiturum.* Novum Abelem Caino oppositum hæc decu-  
erunt sacrificia. Fuit qui hoc par fratum in eadem  
tabula depingeret, ac Versum illum ultrò citròque legi-  
bilem ( quod genus artificij sotadeum appellant Poëtæ )  
adscriberet : Abel. *Sacrum pingue dabo, nec macrum sacri-* Cain.  
*ficabo.* Quod sub Abelis persona prolatum, si retrorsum  
legeret Cainus , viceversa occineret : Cain : *Sacrificabo Abel.*  
*macrum, nec dabo pingue sacrum.* Pingue sanè & medulla-  
tum erat sacrificium , quod de seipso parabat novus A-  
bel, unde ad montem olivarum se contulit.

VII. *Ubi erat hortus, in quem introiuit ipse.* Dudum  
sponsa humanum genus, eum officiosa invitatione voca-  
bat ad hortum. *Veniat dilectus meus in hortum suum, & co-* Cant. 5.  
*medat fructus pomorum suorum.* Falleris sponsa, non est hic  
hortus dilecti, sed tuus ; non sunt hæc poma dilecti , sed  
tua. Tu, tu à proto-parentibus in hoc horto educata, de  
his pomis prævaricatrix gustasti. Quin igitur repetis  
& dilectum alloqueris: *Veniat dilectus meus in hortum meum,* Cant. 5.  
*& comedat fructus pomorum meorum ?* sed nulla hic opus est  
tuorum censura verborum. Rectè pronuntiasti. Ipse quip-  
pe dilectus frater tuus est : *Quis mibi det te fratrem meum,* Cant. 8.  
ipse tecum insuper ubera materna fuxit : *fugentem ubera* v. 1.  
*matris meæ.* *Et homo factus est.* Hoc nimirum assumptæ  
humanitatis causa fuit, ut suum faceret, quod meum  
erat per culpam , meum vicissim faceret quod suum e-  
rat per gratiam. *Nisi primus homo delinqueret, secundus ad* S. Greg. 3.  
moral.  
*passionum probra minimè veniret. Christus in carne natus de Vir-*  
*gine contagio culpæ inquinatus non est, & tamen ultione culpæ de-*  
*pressus est: admissa propria non habuit, & tamen pœnam carna-*  
*lium sine culpa suscepit,* ait Magnus Gregorius. Ergò venit  
in hortum Servator meus, ut illic pomi paradisiaci in quo  
obstu-

obstupuerunt dentes filiorum Adæ , absumat & digerat reliquias. In horto cecidimus per voluptatem : in horto resurgere debemus in ipso per dolorem. In horto protoparens Adam nobis mortem attulit universis ; in horto secundus Adam nobis per passionis calicem propinat vitam. In horto triumphavit serpens de homine ; in horto rursus Deus homo contrivit serpentis caput. Illo in horto fuit arbor vitae de qua nemo gustavit , in hoc horto est arbor vitae omnibus salutaris. In illo horto fuit maledicta terra, ut nonnisi spinas & tribulos germinaret; in isto horto humectatur terra rore sanguineo , ut porrò producere incipiat aromata pretiosa. Invitasti dilectum ad hortum tuum anima christiana , jam ille vicissim te

**Cant. 5.** invitat ad suum. *Veni in hortum meum soror mea sponsa, non in hortum illum veterem primi Adæ , non in hortum spinarum & tribulorum feracem ; sed in hortum novum in quo messui myrrham cum aromatibus meis.* Adesto fidelis anima. Adeste Christiani , ingrediamur hunc hortum , ubi myrræ & aromatum mellis consurgit. Sapuit nobis gustus pomi vetiti inParadiso, sapiat nunc etiam amarus calix in monte oliveti. Illic comedimus , hic bibamus. Eia alacri animo præeuntem sequamur : *Introivit ipse Et discipuli ejus.* Non sumus ejus discipuli nisi de hoc calice biberimus. *Potesatis bibere calicem ( quærebat olim Magister ex discipulis ) quem ego bibiturus sum ? dicunt ei possumus.* Et nos tergiversabimur ? ecce ex hoc calice quantumvis amaro biberunt omnes sancti. Petrus in Cruce , Paulus sub gladio, Stephanus inter lapides, Laurentius in igne , Sebastianus inter sagittas , Catharina in rota , Barbara in turri ; Joannes venenum , Magdalena lacrymas , Antonius jejunia, Hieronymus flagra, Bruno solitudinem, Franciscus pauperiem &c. De quibus cum **S.Basil.in Conf.** Basilio dicere licet : *Submissâ mentis cervice calicem Domini Monast.c. biberunt, alacrique animo in pericula, in contumelias, in cruce, in variis neces processere.* Pudeat non sequi tantam cohortem

tem post tantum ducem , & non gustare calicem quem propinat.

VIII. *Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedei cœpit contristari & mœstus esse.* Nempè inter primos ad hau-stum calicis comparere debebant, quibus ante coeteros fuerat propinatus. Ad filios Zebedæi Joannem & Jacobum dixerat. *Potestis bibere calicem?* Hic animosi pugiles virtutem exerite , hic fortitudinis vestræ date experimen-ta. Sed gaudium meum, lætitia mea, cœpit contristari. Quid ita mi amantissime JESU? In coenaculo cordis tui arcana reserans inquietas : *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare.* Hymno dicto, cantu præmisso funeri tuo præcinens olor contendebas ad hortum, & tam su-bitò mutato affectu incipis contristari & mœstus esse? No-luisti forte solus manducare Pascha, solus bibere calicem? Ecce Trias fortissimorum tuorum quos elegisti. Nihil Pe-tro animosius , qui tecum paratus est & in carcere & in mortem ire : nihil promptius Joanne & Andrea, qui roga-ti an possint bibere calicem dicunt possimus: si non tantum manducare , sed manducare cum discipulis desiderium erat : ecce paratos ad omnia. Ah quam instabilia sœpè sunt humana proposita! Pollicemur, statuimus, decerni-mus, spiramus meros Hectores & Hercules, & factis su-mus Parides! Procùl à Deo procùl à Dei Filio tristitia; non potest mutari immutabilis, non potest tristari lætitia: tri-status tamen meus JESUS, quia hominem assumpsit, abs-que hoc nullus eius animū mœror occuparet. Et assumpto Petro, assumptis filiis Zebedei cœpit contristari. Tri-stari non potuit priusquam assumeret. Id forte D. Hi-larius innuebat , cùm diceret : *Ergo non ante tristis quam assumit? Non de eo orta est, sed de iis quos assumperat mœstitudo.*

*Assumpsit, cum hominem assumeret, quod nostrum erat, ut communicaret nobis quod ab initio suum erat. Tristis est quia suscepit tristitiam meam, ut mihi suam letitiam largiretur.* Ajebat Ambrosius. Et penè eodem sensu Bedan

S. Hilar.  
in Matth.  
c. 31.

Amb. in  
Petrus Luc.

*S. Amb. in Petrus dicit ( Bedam auditis ) animam meam pro te ponam :  
Luc. Christus dicit anima mea turbatur: utrumque verum est, utrumque  
Beda in c. que plenum ratione: quia ille qui est inferior non timet, ille qui est  
14. Marci superior gerit timoris affectum. Orta igitur est Servatori de-  
iis, quos assumpserat mœstudo, & qua electis discipulis,  
& qua universum genus humanum repræsentantibus.*

*Cœpit tristari in horto, quia primus homo in horto infe-*

*Simon de Cassi. ap. Vegam. Conc. 1. in Paræse. laci lætitia fuit dissolutus: quod ponderans Simon de Caſſia: Pia, inquit, eſt tristitia Chriſti, & ab ipſo ſancte fuſcepta in horto pinguedinis, ut in ipſo puniretur, quod in horto primævo male fuit lætatus Adam. Cœpit contristari, quia videbat ad- futurum mox traditorem Iudam instruētum armis & fa- cib⁹, comitatum militari cohorte, & turmis Iudei po- puli, quorum interitus & ruina tristitiam in corde pientif- ſimo generabat. Contristabatur non timore patiendi, quia ad hoc venerat ut pateretur, & Petrum timiditatis arguerat, sed propter infelicissimum Iudam, & ſcandalum omnium Apoſtolorum,*

*S. Hieron. in Matth. Ejectionem populi Judeorū, ut differit S. Hyeronymus. Er- gō ne tanti fecit Deus jacturam unius traditoris? ſcandalum paucorum Apoſtolorum? quos tamen ad frugem reducendos præſciebat, & ingrati populi ejectionem à facie ſua, ut filium unigenitum, tristitiae quæ mortem ipsam gravitate æquaret, immersi pateretur? Nempe Judas omnium reproborum typus erat, discipuli elec- torum, Iudei electi quondam populi personam gerebant; horum omnium cauſa amantifimus JESUS cœpit con- tri-*

*S. Aug. Tract. 49. in Joann. S. Bernar- dinus lib. 4. term. 46. S. Bernar- dinus, cit. Tristis eſt ( inquit Augustinus ) non ti- more patiendi, ſed dolebat peccata noſtra. Et S. Bernardinus Tristatur Dominus videns tantos pri- vandos eſſe gloria Paradiſi, & ad pœnas inferni damnandos, quos ſcilicet prodigos di- vinæ gratiæ contemptores in Iuda delineatos videbat.*

*I X. Id judicij libellæ appendens idem S. Bernardinus, tormentum tristitiae à Christo fuſceptæ, tormentis æquat inferni: Tantum in mente doluit pro eternaliter crucian- dis, quanta erant tormenta, quibus erant eternaliter cruciandi.*

At *D. Thomas* gravitatem huius doloris exaggerans pecata potius doloris objectum respexit, quam pœnas. *Hic dolor*, inquit, *in Christo excessit omnem dolorem cuiuscunque contriti*, *tum quia ex majori sapientia & charitate processit*, *tum etiam quia pro omnibus simul peccatis doluit*. Vultis intelligere quis sit verus dolor contriti? cogitate cor humum esse vas plenum liquore venenoſo, quod si frangitur, effundit quidem liquorem, sed partibus tamen aliquid liquoris adhæret: si verò conteratur in minutissimas partes, & velut molari lapide in pulverem comminuantur, omnem penitus liquorem exprimit: hinc dicimus *cor contritum*, non *cor confractum*. Est ex ingenio Seraphici Doctoris *Bona-venture*: ut peccati delectatio totaliter effundatur, ait Doctor Seraphicus, ideo dicitur contritio non *fractio*, quia *fractio est in maiores, contritio in minores partes.*

Actus contritionis elicetur ab anima, dum cor peccato ceu veneno plenum vas intra duos molares lapides unum superiore, alterum inferiorem conteritur: superior mentem elevat per spem ad divinam misericordiam, inferior mentem deprimit timore pœnæ ad divinam iustitiam; hoc est cor humanum conteri & non confringi. Talis & longè maior fuit contritio, & comminutio cordis amantissimi JESU pro peccatis nostris, quando cœpit contristari & mœstus esse. Ah si tantum fuit doloris initium, quantus fuerit continuatus dolor! Initium inquam doloris. Non enim dicit Evangelista: *Tristis fuit & mœstus*: sed cœpit contristari & mœstus esse, quod observans *Origenes*: considera inquit, quia non dixit tristabatur & tedium affiebatur, sed cœpit tristari & mœstus esse, ut scilicet innueret dolorem per incrementa tristitiae auctum usque ad mortem, eoque fine sponte suscepit, quo ipsam mortem erat voluntariè subiturus. Unde ajebat appositè *Hieronymus*: *Tristis est usque ad mortem, non propter mortem, sed donec mundum sua liberet passione.* Qui enim propter se non habuit quod doleret, propter nos invenit quod tristare-

*S. Bonav.*  
in 4. dist.  
*16. p. 1. a.*

*Orig. in  
Præfate.*

*S. Hieron.  
in Glossa.*

tur ; -ut scilicet suppleret nostræ contritionis defectus, & quod præstare non poterat purus homo, in se recipere Deus homo. Dolor hic contristati mei JESU *excessit omnem dolorem cuiuscunque contriti*, quia dolebat pro dolore cuiuscunque contriti : & quidem liberè ac spontaneè

Damasc.  
lib. 3. de fini-  
de c. 23.

Nam ut ait *Damascenus* : *Nihil in Christo coactum*. *Volens enim esuriit, timuit, & contristatus est* : Et nos infelices cum videmus sanitatem nostram ægrotare, gaudium nostrum tristari, adhuc exultamus in rebus pessimis, volutamur in voluptatibus, inquirimus solatia in transitoriis ! Ah non est hoc esse Christi corporis membra ; patiente capite compatiuntur omnia membra. Queritur amantif-

Psal. 68. v.  
21.

*simus JESUS apud Psalten : Sustinui, qui simul contristaretur & non fuit : & qui consolaretur & non inveni* : Quotus-

Psal. 76.

*quisque nostrum dicit Renuit consolari anima mea in rebus caducis, in prosperitatibus seculi, in gaudio nihili : memor fui Dei, memor fui JESU mei pro me in horto con-*

Sap. 2. v. i.  
6. 9.

*tristati & mœrore confecti : Illos nempè imitamur qui dixerunt cogitantes apud se non redere. Exiguum & cum tædio est tempus vitæ nostræ, &c. Venite ergo & fruamur bonis que sunt, & utamur creatura, &c. Ubique relinquamus signa*

Ecccl. 7. v.  
5.

*letitiae quoniam hæc est pars nostra. Ignari prorsus quod ibi sit cor sapientium ubi tristitia est, & cor stultorum ubi letitia. Quin potius alios imitamur & eorum premimus vestigia,*

Hebr. 11.  
v. 37.

*qui circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflitti, quibus dignus non erat mundus, sapientissime secum*

S. Bern in  
serm.

*ratiocinati apud Bernardum : Illud est verum gaudium, quod non de creatura, sed de creatore concipitur, quod cum acceperis nemō tollet à te, cui aliunde comparata omnis jucunditas mœror est : omnis suavitas dolor est : omne dulce amarum est : omne decorum fædum est : omne postremò quod delectare potest, molestum est. Dolles mi JESU si ego doleam, & doles etiam si vanè gaudeam : rependam ergo qua possum vices, dolebo quia tu doles ; contristabor, quia tu tristaris ; sed nihilominus pie gaudeo, quia pro me doles, lætabor quia pro me con-*

trista-

tristar; sicut enim & tu mihi eris facilior ad veniam, & ego promptior ad sinceram pœnitentiam.

X. Non me latet *Isaiam* de Christo pronunciasse : *Isa. 42.*  
*Non erit tristis neque turbulentus.* Et universim de omnibus *Proverb.*  
 justis Salomonem : *Non contristabit justum quidquid ei accide-* *12.*  
*rit.* Applaudet Romanus Philosophus : *Nihil æquè homi-* *Senec. de*  
*nem quam magnus animus decet.* *Non potest autem magnus esse* *Clement.*  
*idem, si metus & mœror contundit;* *si mentem obducit & contra-*  
*bit.* *Hoc sapienti ne in suis quidem accidet calamitatibus,* *sed*  
*omnem fortune iram reverberabit,* *& ante se franget.* *Eandem*  
*semper faciem servabit placidam & inconcussam:* *quod facere non*  
*posset si tristitiam reciperet.* Extollet insuper hanc animi ma-  
 gitudinem in priscis illis heroibus : exaggerabit *Ignem* *Idem de*  
*in Mutio, paupertatem in Fabricio, exilium in Rutilio, tormenta provid. c.*  
*in Regulo, venenum in Socrate, mortem in Catone.* Malim ego  
 & potiori quidem jure in medium adducere Machabæ-  
 os inter cruciatus immobiles, Laurentios inter flamas  
 Tyrannidi illudentes ; Stephanos inter lapidum grandi-  
 nes vultu Angelico residentes, alios innumeros inter a-  
 cerbissima tormenta lætissimos, quibus cultri & nova-  
 culæ pro mollibus plumis, ardentes prunæ pro recenti-  
 bus rosis, tormenta pro lusu, mors ipsa pro voluptate  
 fuit. *Accede charissime* (libet uti verbis *S. Ephrem*) con-  
 templare *Martyrum gloriosos triumphos, aspice oculis cordis cœ-* *S. Ephrem.*  
*lestium pugilum eximiam fidem, inviolabilemque pietatis affectum:* *de Laud.*  
*Non potuit vis immensa pœnarum justorum animos flettere &c.* *SS. M. M.*  
*Cæsi, magno cum gaudio flagrorum ictus, ut summas delicias fusci-  
 piebant &c.* *Iudicibus ac Tyrannis verba defecerunt, sanctorum*  
*Martyrum constantiam & alacritatem &c. aspicientibus.* Nam  
 dum lictorum manus eorum membra torquerent, visceraque nuda-  
 rent, non narentes aspicer non tristes, nec solum inter cruciatum  
 gemitum non edentes, verum letiore facie gaudia interna obtestan-  
 tes. *Quippe illis ea erant tormenta pro requie, & carnifex obse-  
 qui potius, quam saevire videbantur.* Hæc & ejusmodi innu-  
 mera non vanæ ostentationis ludibria, sed veræ christia-

næ magnanimitatis argumenta in Martyribus agnosco, non tamen excludo à Christo, quem in horto contristatum profiteor. Ut quid ergò cœpit contristari & mœstus esse, cœpit patere & tædere? Ethnicus Philosophus pro Christo meo respondeat. Navigantibus fortè (Gellio teste) Philosophis aliquot cum alijs, in mari tempestas coorta est, quæ cum sub sedisset, accessit ad Stoicum Græcus quispam dives & quasi illudens: *Quid est, inquit, o Philosophus, quod cùm in periculo essemus, timuisti tu & palluisti? ego nec timui nec pallui.* Philosophus paulisper cunctatus; Si quid ego, inquit, in tanta violentia tempestatum, videor paullum pavescatus, non tu istius rei audiende dignus es; sed tibi sanè Aristippus ille pro me responderit, qui cum in simili tempore à simillimo tui homine interrogatus, cur Philosophus timeret, cum ipse contra nil metueret. Non eandem esse causam sibi atque illi respondit: quoniam is quidem esset non magnopere solitus pro anima nequissimi nebulonis, ipsum autem pro Aristippi anima timere. Seponamus tantisper moralia. Appendite æquâ lance vitam Christi Dei hominis, & vitas omnium mortalium: annon illa hisce præponderabit citra omnem comparationem? *Vita corporalis* (effatum est Doctoris Angelici)

S.Tbo.3.p. *Vita corporalis Christi fuit tantæ dignitatis & præcipue propter g.56.a. 6. divinitatem unitam, quod de eius amissione etiam ad horam magis ad. 4. esset dolendum, quam de amissione vitæ alterius hominis per quantumcunque tempus.* Quid mirum si rideamus nos, & simus alieni à metu & mœrore, cum urgent pericula, cum apparantur crudeles carnificinæ, cum instat fatalis hora; minor est jactura vitæ omnium nostrum, quam vitæ Christi: Quamquam non id contendo, ut animas iustorum depretier. Gavisi illi sint in cruciatibus, exultaverint in tormentis, fuerint etiam cum Paulo quasi tristes semper autem gaudentes, huius gaudij fons & origo fuit Christi tristitia; hanc ille pro Martyribus, hanc pro universis fidelibus liberâ voluntate assumpsit, ut cum hominem à culpa absolveret, pœnalitates culpæ citra culpatam sibi usurpavit.

Gell. No. 6.  
Attic. lib.  
19. c. 1.

usurparet. Suscepit tristitiam meam, ut mihi suam letitiam largiretur, suscepit infirmitatem meam, ut mihi sanitatem redderet. Minime falleris Salomon cum pronuntias: Non contristabit justum quidquid ei acciderit; nec contristatus est justissimus Servator meus ob ea quae ipsi acciderunt, sed ob ea quae tibi, quae mihi, quae universo humano generi acciderant. Nos delinquimus, ille poenas sustinuit, nos impie gavisi, ille misericordiae impulsu tristatus est, legislator exactissimus suae legis executor. Nam cum precepisset, diliges proximum tuum sicut te ipsum, ita nos dilexit, ut tristaretur pro nobis quasi ipse delinquisset, ut audacter dixerit Apostolus: Eum qui non novaverat peccatum, pro 2. Cor. 5. nobis peccatum fecit. Ad quae eruditus scriptor: Deus fecit v. 21. Aref. lib. Filium suum pro nobis peccatum, quia quasi fuisset ipsum peccatum 4. vol. 1. male tractatus & cruciatus est. Non igitur mirum quod e. Embl. 41. tiam in horto contristatus & meroe afflictus fuerit, usque adeo, ut insignes Theologi asseverent tam atrocem fuisse Iac. Salian. Tract. Je banc tristitiam, ut opprimendo cordi par fuerit, nisi divinitas de amore obstitisset, que ad hujus sacrificij finem per veniri volebat. Dei lib. 8.

XI. Considera anima christiana Salvatorem tuum n. 2. meroe & tristitia obrutum, & recogita, id tua, id mea, Leff. de id mundi totius peccata effecisse. Dolores nostros ipse tulit. perfec. Obversabantur tunc mentis oculis pientissimi JESU Adae Div. lib. inobedientia, Caini fratricidium, corruptio universae 12. n. 133. carnis, Chaini impudentia, Babylonis superbia, Sodomorum Iisai. 51. Laetitia, Esau iracundia, Pharaonis duritia, Israëlitarum murmur & idololatria, quorum plerisque non erant profutura suae passionis merita. Occurrebant praesentium discipulorum fuga, Petri negatio, Iudae traditio & interitus, Iudæorum Blasphemiae, totius populi Iudæi ingratitude, summorum tribunalium injustitia. Vellocabant memoriam futura per omnes ætates ad usque mundi finem singulorum mortalium scelera, eorum præfertim, qui contemptu redemptionis pretio, neglecta salubri pœnitentiâ suas animas æternis erant incendiis manci-

mancipaturi. Pro his omnibus doluit, sed vel maximè doluit, quod dolor assumptus illis nequaquam esset profuturus.

### XII. Doloris hujus magnitudinem cum dolore tor-

*Franc. A. rias. The-  
sau. To. 3.  
Trađ. g. c.  
8.*

mentorum comparans recentior Asceta, inquit : *Quamvis tristitia ac dolor, quem Christus in sua morte passus est, insuperabilis fuerit propter crudelissima, quibus in suo delicatissimo corpore affectus fuit, tormenta ; & propter gravissimas ignominias, quas accepit, tamen sine comparatione multò major fuit tristitia, quam propter peccata suscepit, quia plus amabat gloriam aeterni Patris contra quem peccata erant, quam suam propriam uitam, contra quam erant tormenta passionis.* Nolite disceptare Theologi an malitia peccati sit infinita secundum quid, vel absolute. Ex doloris à Christo perpetrata immensitate illum metiamini. *O doloris immensitatem !* Exclamat *Paulus Granatenis*, *dolor est qui pro omnibus peccatis omnium hominum assumptus est. O Christe vere contritione magna contrita est anima tua.* Da ut etiam anima mea cognoscat turpitudinem, abominationem, gravitatem, infinitatem peccati, & ex consideratione magnitudinis offendit, tecum tristetur, moereat, ac serio conteratur.



# CONSIDERATIO II.

## ABRAHAM ADORANS.

### THEMA

*Cecidit Abram pronus in faciem. Gen. 17. v. 3.*

#### SYNOPSIS.

- I. Deus Abrahamum singularibus prosequitur gratiis, eique nomen mutat: ipse vero cedit pronus in faciem.
- II. Verus Abraham pater multarum gentium Dei Filius, & ipse coram Patre procidit in faciem suam in quam desiderant Angeli prospicere.
- III. Imitatus Patriarchas veteres demissionem animi commendans.
- IV. Vel omen capiens occupandi orbis terrarum, ut Julius Caesar.
- V. Vel acquirendi regni non terreni, sed caelestis.
- VI. Vel ut terre dulci Osculo valedicit.
- VII. Vel ut reconcilians ima summis, terram caelo.
- VIII. Vel terrae olim maledictae benedicens.
- IX. Vel tanquam melior Achior praividens Tartarei Holofernis fajum deprimendum.
- X. Vel aeternus gratias terre pro instrumentis Passiois ab illa produxit.
- XI. Vel ut granum frumenti in terram cadens multum afferret fructum.
- XII. Vel reparatnus in homine divisa
- nam imaginem per peccatum deformata.
- XIII. Vel possessionem accepturam, que data est illi in celo & in terra.
- XIV. Vel terram elevaturus ad celum, cui possidendo creata est.
- XV. Vel Patres in limbo propediem consolaturus.
- XVI. Vel ut inter Patrem iratum, & hominem reum se interponeret.
- XVII. Vel fundatum ponens templo post triduum reædificando.
- XVIII. Vel sancta eclipsi ambitiosis præbens exemplum humilitatis.
- XIX. Vel nibilo nostro se immergit, ut nos confundamur.
- XX. Quia ad sublimitatem via humilitas, que est pretium exaltationis.
- XXI. Vel exprobrans nobis terrena rum rerum cupiditatem.
- XXII. Vel docens nos modum devote orandi.
- XXIII. Vel prævidens futura paratus est in flagella.
- XXIV. Quin etiam verbera & conculcationes.
- XXV. Vel quia fabricaverunt supra dorsum ejus peccatores.
- XXVI. Vel peccatorum nostrorum opera in se recipiens.
- XXVII. Vel

**XXVII.** *Vel cùm terra expostulans de ingratitudine.*

**XXVIII.** *Vel pro nobis sustinens personam publicani.*

**XXIX.** *Vel sub persona Esdræ Sacerdotis omne genus humanum.*

**XXX.** *Denique quia posuit in eo Dominus iniquitatem omnium*

*nostrum : ad quam magis cobor- ruit , quam ad visionem Dæmonis vel inferni.*

**XXXI.** *Nostru[m] muneris est gratias illi agere , penitente , & excutere in- gūm peccatorum deprimens nos & Servatorem nostrum.*

### Cecidit Abram pronus in faciem. Gen. 17.

#### I.

**S**poponderat Deus Abrahamo petenti liberos, posteritatem numerosam sicut stellas cœli , & foedus cum eo percuferat, eā lege ut ambularet coram se , & esset perfectus. *Creditur Abram Deo , & reputatum est illi ad justitiam.* Et jam illum virtutis cursum confecerat, qui amplius aliquid meretur. Apparuit igitur iterum illi Dominus , & repetita sponsione ut secundum redderet: *Multiplicabo, inquit , te vehementer nimis.* Quid ad hæc Abram ? *Cecidit Abram pronus in faciem.* Meruitque illico audire: *Eris pater multarum gentium.* Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram , sed appellaberis Abram , quia patrem multarum gentium constitui te. Hac Deum adorandi formâ usum Abrahamum quoties ei Dominus loqueretur, satis innuit sacer textus, cum paulò post promissâ sterilis conjugis Saræ fœcunditate , rursum pro volutus in genua & toto in terram pronus corpore adoravit: *Cecidit Abram in faciem suam.*

#### II.

**Cœlestis noster Abraham ad quem Prophetæ oraculo Deus locutus est :** *Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ :* Postquam cœpisset contrastari & mœstus esse , relicta discipulis progressus pusillum procidit in faciem suam. O pientissime JESU cur faciem tuam abscondis in quam desiderant Angeli prospicere ? cur Patrem oratus pro nostra salute , in terram de-

*Gen. 15.  
v. 5.*

*Gen. 15.  
v. 18.*

*Ibid. v. 7.*

*Gen. 17.*

*v. 2.*

*Ibid. v. 3.*

*Ibid. v. 5.*

*Gen. 13. v.  
17.*

*Psal. 2. v.  
8.*

*Matth.  
26. v. 39.*

demittis non tantum oculos, sed vultum, sed totum corpus? siquid impetrare vis, attolle oculos, obverte cælo faciem, ut liccat nobis exclamare: *Protector noster aspice Psal. 83.* Deus, & respice in faciem Christi tui. Placabitur Pater in te respiciens, & indulget nobis peccatorum veniam, qui justam minabatur vindictam.

**III. Procidit in faciem suam.** Nempe ex summa animi *Damasc.*  
*demissione veteres Patriarchas imitatus adorat Patrem,* *lib. 4.c. 19;*  
 & flectere nititur ad consummandum humanæ redem-  
 ptionis opus. Humillimum hoc deprecationis genus *Alex. ab A.*  
 vel apud Romanos fuisse perhibent. Testis Alexander *lex. Gent.*  
 ab Alexand. *A Romanis quoque usurpatum meminimus, ut nu-* *al. Dier.*  
*do pectore & dejecta toga ab humeris, deprecentur genu nixi, non-* *lib. 2. c.*  
*nunquam humi dejeti, que infima obtestatio putabatur.* Hoc  
 ritu, humili pronus, & terræ affixus adoravit Patrem hu-  
 millimus JESUS. Usque adeò non est fastidita à Deo homine fa- *S. Leo*  
*cto humilitas, quia nec imminuta ejusdem majestas: nihil nocuit na-* *serm. 1. de*  
*turæ in-violabili, quod passibili oportebat inferri.* Perpende *paff.*  
 Christiane hanc animi submissionem, & quanto magnus es *Eccl. 3. v.*  
*humilia te in omnibus.* Quod vel Ethnico Oratori visum est *20.*  
 laude dignum: *Recte, inquit ille, præcipere videntur, qui* *Cic. 1. of-*  
*monent, ut quanto superiores sumus, eo nos submissius geramus.* *sic.*  
 Non potuit Dei Filius se magis demittere, quam si toto  
 corpore pronus in terram orationi vacaret. Imitemur,  
 qui digni non sumus aspicere altitudinem cœli.

**IV. Procidit in faciem suam.** An forte futurorum e-  
 ventuum capturus omen, velut olim Julius Cæsar prola- *Suet. in*  
*psus in egressu navis verso ad melius omne: Teneo te (inquit) ful. c. 59.*  
*Africa.* Ita Servator: *Teneo te orbis terrarum.* Iam te Dœ-  
 monis potestati eripiam, jam vindicabo libertati. *Meus* *Psal. 49. v.*  
*est enim orbis terre, & plenitudo ejus.* An potius queritur *12.*  
 cum eodem Psalte: *Quia persecutus est inimicus animam* *Psal. 141.*  
*meam; humiliavit in terra vitam meam.* Et prociduus in ter- *v. 2.*  
 ram ostendit se promptum ad ferendam persecutionem *13.*  
 inimicorum.

V. Procidit in faciem suam. Quasi memor naturæ humanae quam assumpserat, & cuius origo humus, matrem corporis sui agnoscit terram, ut ille Romanis celebratus Junius Brutus, qui cum Regis Tarquinij filijs ad Delphicum oraculum profectus, illic ab imo specu vocem de latam audijt : *Imperium summum Romæ habebit, qui vestrum primus & Juvenes osculum matri tulerit.* Et Tarquiniis Romam ad ferendum matri osculum properantibus, *Brun tus alio ratus spectare Pythicam vocem, velut si prolapsus cecidisset, terram osculo contigit, scilicet quod ea communis mater omnium mortalium esset.* De quo & Poëta exul canebat.

*Ovid. 3.  
Fasti.*

Ille jacens pronus matri dedit oscula terræ. *Sic cecidit Abram pronus in facie, sic Servator meus, procidit in faciem, non terrestris ambitione regni, ut potè professus: Regnū meum non est de hoc mundo: Sed cœlestis, à cœlo egressus per crucem sibi iter paravit, ut reverteretur ad Patrem.*

*Joan. 18.  
Joan. 12.*

VI. Procidit in faciem suam. Ut quasi terræ osculo terræ valediceret, siquidem paulò post erat exaltandus : *Cum exaltatus fuero à terra, & quasi diceret : vale terra in cuius medio salutem operor, in qua triginta trium annorū peregrinationem confeci, in qua novam legem condidi, Ecclesiam fundavi duraturam usque ad consummationem seculi, sacramenta salutis media adipiscendæ institui; jam per acerbam Passionem & mortem consummaturus injunctum à Patre mundi Redemptoris officium, ultimum te amplector: Vale terra, O Benignissime JESU:*

*Psal. 32.  
v. 5.*

*Misericordia tua plena est terra. Igitur omnis terra adoret te, ac deosculate sacratissima pedum tuorum vestigia, ut cognoscamus in terra viam tuam, viam Crucis, viam quæ dicit ad vitam, ad te scilicet qui es via, veritas & vita.*

*Psal. 66.  
v. 3.*

VII. Procidit in faciem suam. Patrem orat, & terram amplectitur, vult nimirum terram cœlo conciliare. *Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum ut Paulus loquitur & alibi; omnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christum &c. quoniam quidem Deus erat in Christo mundum recon-*

*Ephes. 2.  
v. 14. 2.  
Cor. 5. v.  
18.*

reconcilians sibi. Et mox subjungit : *Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos obsecramus pro Christo : Reconciliamini Deo.* Observat nonnemo Spiritus Magister : *Dixerat Apostolus jam nos per Christum cum Deo esse reconciliatos, & mox tantoperè rogat & obsecrat, ut Deo reconciliemur ; nempe significans non sufficere, quod Christus nos cum Patre suo reconciliavit, satisfaciendo pro nobis, sed simul esse necessarium, ut mediante Fide & poenitentia, vita & que emendatione relinquamus errores ac vitia, & in amicitiam gratiamque Dei redreamus.* Omnes IESU utinam totus mundus se tibi per veram fidem ac poenitentiam reconciliaret !

VIII. *Procidit in faciem suam.* Affixus terræ, quæ olim fuerat maledicta per divinam sententiam : *Maledicta terra in opere tuo :* novo eam benedictionis genere vult consecrare ; ut deinceps fructum afferat, quæ erat sterilis ; rosas germinet, quæ spinis & tribulis horrescebat ; quod quasi præsciens David canebat : *Benedixisti Domine Psal. 84. terram tuam : avertisti captivitatem Jacob, remisisti iniquitatem plebis tue.* Hoc terræ amplexu imperatur fertilitas, auferunt antiquæ legis sterilitas, nova inducitur rerum facies : *Dominus regnavit, exultet terra. remittuntur iniquitates generis humani, aufertur chirographum, quo in captivitatem Sathanæ fuimus obligati.*

IX. *Procidit in faciem suam.* An forte prævidens futurum ut tartarei Holofernus fastus propediem conteratur, illius videlicet, qui in contemptu superbiae sue Deum Israël contempfit. Christus velut novus & melior Achior angustiatus pre pauore cecidit in faciem suam super terram, & aestuavit anima eius. Solet repentina rerum mutatio novos operari eventus, & pro gaudio causare tristitiam.

X. *Procidit in faciem suam.* Opinor ego quod benignissimus IESUS terræ gratias agere voluerit pro instrumentis passionis ab ipsa productis : lino, è quo contorti funes ad vincula, & flagella ; ferro, è visceribus eius eruto, è quo fabricati mallei, clavi, lancea; spinis, è quibus co-

*Franeis.  
Arias. Ibe-  
sau. To. 1.  
Tr. 3. cap.*

*Gens. 3.*

*Psal. 96.*

*Judith. 13.  
v. 28.*

*Ibid. v. 29.*

rona contexta ; arundine, qua caput benedictum quatiebatur ; ligno, quod cruci fabricandæ deservijt ; denique ad tormenta ei inferenda destinatis. Verè *Misericordia Domini multæ, sed & miserie Domini multæ vincentne miserie misericordias, an misericordiae miseras superabunt?* quærerit admirabundus Doctor mellifluus. Utique Vincet misericordia, quoniam in æternum misericordia eius. Finientur miseriæ, permanebunt misericordiae.

*XI. Procidit in faciem suam.* completurus opere, quod sermone docuerat. Nempè nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. In quem locum D. Chrysostomus sub persona Christi : si in seminibus hoc accidit ; multò magis in me. Divus vero Augustinus : *Ipse* (inquit) erat granum mortificandum, & multiplicandum : mortificandum in infidelitate Iudeorum, multiplicandum in fide omnium populorum.

*Rich. à S. Laur. lib. 4. de Laud. V.* Explicatius Richardus à S. Laurentio : *Nisi granum istud in Uterum Virginalem, velut in terram fertilem & bene excultam exercitio Spiritus sancti prius cecidisset per incarnationem, & post hoc in cruce mortuum fuisset, ipsum solum mansisset : Sed per ista duo, granum unum factus est acervus magnus.* In qua consideratione illud ex canticis *Venter tunis sicut acervus tritici vallatus lilijs*, Deiparæ Virginis sic adaptat S. Ambrosius : *In Virginis utero simul acervus tritici, & lilyum floris gratiæ germinabat.* Quoniam granum tritici generabat & Lilium. *Sed quia de uno grano tritici acervus est factus, completum est illud Propheticum ; & valles abundabunt frumento, quia granum illud mortuum plurimum fructum attulit.* O benedictus fructus, quem ex casu in terram & morte huius divini grani collegimus ; ex unius morte vitam pluri- morum : ex uno grano myriades fidelium populorum !

*XII. Procidit in faciem suam :* non nescius primum hominem formatum de limo terræ, & inspiratum in faciem ejus spiraculum vitæ, eaque ratione consecutum imaginem & similitudinem Dei, sed proh dolor brevis nimium

*S. Bernar. serm. ser. 4. bebd. maior.*

*Psal. 135.*

*Joan. 12. v. 24.*

*S. Chrysostom. in Ca- tene D. Tho.*

*Rich. à S. Laur. lib. 4. de Laud. V.*

*Cantic. 7.*

*S. Ambros. de Inst. V. c. 14.*

mium possessio fuit tantæ felicitatis ! Nam ut *Theodore-*  
*tus* loquitur : *Primus homo sub peccato totus fuit*, & *divinae*  
*imaginis characteres perdidit* &c. Misertus igitur Dei Filius  
 tantæ jacturæ tanti boni, de cœlo descendit, ut nobis di-  
 vinam iterum imaginem reimprimeret. Unde eleganter  
*Athanafius* : *Filius imago & character Patris ad regiones no-*  
*nstras projectus est*, ut hominem ad sui similitudinem factum denuò  
*reficeret*. Ut scilicet mortuo per peccatum, denuò vitam  
 inspiraret. Et an hodie humi prociduum, de quo Psal-  
 tes prophetabat : *Emitte spiritum tuum & creabuntur*, & *re-*  
*novabis faciem terræ*. Paratus est dummodo consentiamus  
 animas per peccatum annihilatas, divino suo spiritu  
 iterum creare, ut renovetur facies terræ, ut terreni ho-  
 mines referant imaginem hominis cœlestis. O mi JESU  
 ejice de corde meo quidquid adhuc in eo latet veteris  
 hominis, & insuffla vitalem spiritum tuum, ut animatus  
 in novum hominem exurgam, tuæque imaginis linea-  
 menta, moribus exprimam, nec unquam amplius dele-  
 ri patiar per peccatum.

XIII. *Procidit in faciem suam*. Quid vobis videtur Iu-  
 risperiti: num rectè positione totius corporis in terram  
 capta sit possessio terræ? *data est mihi omnis potestas in cœlo* *Mattb.28.*  
 & *in terra*. Terræ nunc toto corpore possessionem capit  
 Filius Dei. *Possessio est rei corporalis detentio*, ut vos docetis, *Theod.Infl.*  
 cuius Etymon aliqui à pedum positione, alij à positione sedis *de interd.*  
 derivant. Et quidem Dei Filius per Prophetam ajebat : *Tusacb.To.*  
*Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum*: utrius-  
 que tamen toto corpore adjit possessionem, ut sciremus *6. We-*  
 nullum esse in eius sacratissimo corpore membrum, nul-  
 lum articulum, nullum nervum, nullam venam aut ar-  
 teriam, nullum sensum sive externum sive internum, qui  
 non specialiter pro salute nostra cruciatus & dolores  
 pertulerit, iure merito & ex justitia vicissim speciali ho-  
 noge ac reverentiâ prosequendus.

XIV. *Procidit in faciem suam*. Videor hic mihi audire  
*S.Ber-*

*S. Bernar.* *S. Bernardinum Senensem : Procidit super terram, quia quererebat  
dum sen. illam ponere super cælum, ad quod possidendum creata erat. Nem-  
Serm. 51. pè terræ nomine naturam humanam intelligit, cui di-  
art. I. Etum est : *Terra es & in terram ibis.* Hanc incipit hodie  
benignissimus JESUS per potentiam obedientialem ( ut  
in scholis loquimur ) elevare ad cælum, factus pro nobis  
*Euseb.* *obediens usque ad mortem : ubi cum Emisseno ; in eo qui elevat*  
*Emissen.* *divinam potentiam, in eo autem qui elevatur humanam cognoscere*  
*bom. 2. de* *substantiam.* Sed nisi potentia obedientialis Christi etiam  
*Ascens.* in nobis recipiatur, non elevabimur. O Christe cum ter-  
ræ nostræ tam ardè conjugeris, & apprimeris, impri-  
me illi etiam virtutem tuæ in obediendo promptitudinis,  
ut supra naturam operans, ea quæ supra naturam pro-  
missa sunt, assequatur, & finem ad quem creata est, ob-  
tineat.*

X V. *Procidit in faciem suam.* Liceat coniscere, quod  
propediem descensurus ad limbum & captivam inde e-  
ducturus captivitatem, prociderit ad terram, velut insi-  
nuans exaudita esse Patrum suspiria, & advenisse tempus  
*Psal. 12.* quo è carcere suo educerentur. Querebantur illi : *Uisque-  
v. 2.* *quo avertis faciem tuam à nobis ? quare faciem tuam avertis, ob-*  
*Psalm. 43.* *lit visceris inopie nostræ, & tribulationis nostræ ? quid mirum*  
*v. 24.* *igitur si exauditis illorum gemitibus : Procidit in faciem*  
*suam,* velut protestans se jamjam ad futurum, se paratum  
illos exhilarare facie & præsentia suâ ; se ex hoc ipso  
monte Oliveti ascensurum in altum, eorum animabus  
stipatum. Nihil dubito, quin ministerio Angelorum quie-  
scientibus in sinu Abrahæ Patribus & Prophetis pœnâ  
damni angustiatis innotuerit Christi servatoris in mun-  
dum adventus, eiusdem commoratio, & præsertim  
acerba passio in monte oliveti inchoata. Quis exprimat  
sanctorum illarum animarum ex tali nuntio solatia, quis  
mixta mœrori gaudia, in Adamo, Abrahamo, Isaaco,  
Noë, Moyse alijsque ? quam optassent illi tunc adesse pa-  
tienti, & si liceret etiam unâ pati, ac satisfacere pro suis  
peccatis,

peccatis, pro quorum remissione Dei Filium pati sciebant. Et quid nos agimus cum videmus Servatorem mœstum, terræ afflictum? Æquè nostra nunc causa agitur: nos etiam eruit ex dœmonis potestate, & non accurrimus ut jacentem sublevemus? non accedimus ut compatiamur? Ipse se fratrem nostrum dixit, ipse caput est corporis nostri. Si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Et nos capiti nostro non compatimur? Ah qualem sequelam ex hoc antecedente infert Hugo de S. Caro. *Abscissus*, inquit, est ergo de corpore, qui non compatiatur fratri patienti.

1. Cor. 12.

Hugo. de

S. Caro. in

Gen. c. 44.

Paolet.

fer. 6. in

paræcœve.

XVI. *Procidit in faciem suam*. Quis ille? Mediator Dei & hominum, qui videns iratum Patrem, & armatum fulmine adversus humanam malitiam, ne terram perdat, corpus suum interponit: quod Propheta vaticinatus ajebat: *Dabis eis scutum cordis laborem tuum*. Et Psal. Tren. 3. tes promittens securitatem *scuto circumdabit te veritas eius*, non timebis à timore nocturno, à sagitta volante in die, Hoc v. 65. Psal. 90. v. 5. scuto corporis labore ac acerbissima passione oppressi, non solum coelestis Iudicis evitamus fulmina, sed nocturnos timores, id est ut Augustinus explanat: tentatio- S. Aug. To. nes ignorantiae. In quem locum S. Thomas de Villanova: si 8. in Psal. quis sobrie & justè, & piè vivere decrevit, diabolus mille ei 90. obijcit difficultates, mendaces & fallaces, ut ipsum avocet à pro- S. Tho. Vila- lano. posito. Hi sunt timores nocturni. Et sagittas in die volantes, Dom. r. uti idem S. Thomas differit: *Immittit cordi innumeras vani- Quadrage- tates, & inanis glorie cogitationes*, ut dum in superbia animus erigitur, à fructu bonorum operum evacuetur. Hæc est sagitta volans in die lucis & sanctitatis. Hos timores, has sagittas repellit objectu sui corporis à terra nostra benedictus J E- S U S, dum pronus in terram procumbit.

XVII. *Procidit in faciem suam*. Novo templo novum jaciens fundamentum. Solvite templum hoc ( inquietabat ad Joan. 2. v. Iudæos ) & in tribus diebus ædificabo illud. Adest triduum, 19. quo solvetur templum hoc, & super illud ipsum funda- D mentum

*x. Cor. 3.* mentum nova consurget Ecclesia. *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus JESUS.* Et nos qui teste Apostolo sumus super ædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo JESU : eò ne conformamus actiones & vitam nostram, ut dici possit de nobis cum eodem Apostolo : *Coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu.* Quorum in numero computamur & eorum qui ædificant supra petram, an qui ædificant supra arenam ? verba æternæ veritatis sunt : *Qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro sapienti qui ædificavit domum suam supra petram &c.* Et qui audit verba mea, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificavit domum suam supra arenam. Sapientis ædificium supra petram : *Petra autem erat Christus*, non cedit ventis ac tempestatibus, non movetur impetu aquarum, non corruit : quod verò arenæ insistit, quolibet tentationis Boreo, aut adversitatis torrente in ruinam impellitur.

*Matth. 7.* *Procidit in faciem suam.* Quid miramur apud Prophetam Seraphinos sex alis instructos Dei faciem tegere : *Isai. 6. v.* *Sex ale uni & sex ale alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes ejus.* Filius Dei totu[m] terræ elemento, sibi faciem tegit: hoc longè mirabilius est, nec minus plenū mysterijs. Fortè, ut nonnemo ait : *santâ quadam humilitatis eclipsi ostendere voluit coram Deo omnium conditore, quemcunque solum.* *Scip. jecamb. de Paff.* *Ile creat gloriae deficere.* Auditis, qui à sole mutuos habetis titulos Illusterrimi & Serenissimi ? Illustres & Perillustres ?

*Dom. I. 2.* *Procidit in faciem suam.* Rex Regum, & Dominus Dominantium, quasi in purum nihilum naturæ humanæ reverti vellet. Ipse qui est principium & finis rerum omnium Alpha & Omega, ipse adeò se demittit ! *O nihil nostrum cur te te aliquid putas?* *O terra lutum cur nescio qua tui opinione extolleris.* Is cuius definitio est *Esse*, tuo nihilo se immergit, & Tu qui *Nihil es*, Te aliquid esse suspicaris !

*Idem scamb. lib. 2. c. 3.* *Procidit in faciem suam.* Qui post non multos dies supra cœlos cœlorum ascendet, cui genua inflectent,

Etent, quidquid est viventium, cœlestium, terrestrium, & infernorum : is in terram se projicit, quæ ejus pedum scabellum est? Nempe ad alta non pervenitur nisi per humilia, & Deus nec Filium suum unigenitum exaltare voluit, nisi gloriam redimeret humilitate, quod observans Origenes in hunc locum inquiebat : *Procidit in faciem suam orans, quoniam pretium exaltationis humilitas est.*

Origen.  
Trad. 35.  
in Matth.

X XI. *Procidit in faciem suam.* Adeste mundi mancipia, *O curvæ in terras anime & cœlestium inanes!* o imme- Pers. sat. 2. mores conditionis vestræ ! Nunquamne audistis quod Deus

*Os homini sublime dedit, cœlumque tueri  
Jussit, & erectos ad sydera tollere vultus.*

Ovid. 1.  
Metam.

Cur ergo in terra voluptates & delitias inquiritis, cur terrenis inhiatis? Dei Filius in terram cadit, ut vobis exprobret noxiā rerum terrenarum cupiditatem, *Quæ sursum sunt querite, non quæ super terram.* Ecce : *In terram procidit Christus, ut nostram faciem eveharet in cœlum,* Inquit Novarinus. Romani sapientis verba audite, sed quasi à Christo prolata accipite : *Quæ tanta necessitas hominem ad sydera erectum incurvavit, & defodit, & in fundum telluris intime mersit, ut erueret aurum non minore periculo querendum quam possidendum?* De avaris dictum, de ambitiosis ac superbis, de gulosis & ebrijs, de lascivis & mollibus, de iracundis & odio flagrantibus alijsque terræ affixis intelligite : his omnibus Christus suo in terram casu exprobrat terrenorum cupiditatem ac solicitudinem, monens, ut ad cœlestia suas erigant cogitationes.

Aloys. Na-  
varin. in  
Matth. c.  
26. sed. 6.  
Senec.  
Nat. qq.  
lib. 5. c. 15.

X XII. *Procidit in faciem suam.* Qui rogatus aliquando à discipulis : *Domine doce nos orare,* dixit : *Sic ergo vos orabitis: Pater noster qui es in cœlis.* Ipse orans non in cœlos sed in terram convertit faciem. *Humanus usus est* ( inquit Greg. Nyssenus ) pronos terræ supplicare maioribus : unde ille qui nostros languores portavit, per hominem quem sumpfit genu flectit orando Patrem, sanciens non esse superbiedendum orationis tempore, sed cæ.

*Sed per omnia humilitati conformandum.* De Moysē & Aarōn

*Num. 28.* orantibus facer textus : *Corrueruntque proni in terram, clamaeruntque ad Dominum.* Id quidem recte puri homines Deum adorantes. Cur vero Dei Filius æqualis Patri secundum divinitatem pronus in terram cadit , nisi ad nostram instructionem ?

*X X I I . Procidit in faciem suam.* Jam enim omnem suæ Passio[n]is seriem prospiciebat ; iam ex Pilati sententia videbat expedita flagella. Procidit igitur voluntate resignata, quasi cum Psalte diceret : *Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper.* Ingeminate flagella tortores, confindite dorsum vulneribus, ecce paratus sum ; eo fine hominem assumpsi , eo fine de cœlo descendi , ut per flagella , per cœtera tormenta in cruce moriens humanum genus ab inferni potestate eruerem.

*X X I V . Procidit in faciem suam.* Non ad flagella sola paratus, sed ad verbera, tun[er]iones, ja[ct]ationes , pedum ludibria &c. repetens cum Propheta : *Ego autem sum vermis & non homo.* Ita me pedibus calcate , ita conterite Iudæi & gentiles, imò peccatores , ut nec hominis forma mihi remaneat, ut sim vermiculo, quam homini similior, *opprobrium hominum & abjectio plebis.* Nihil contemptibilius verme, quicunque illum in via videt, pede calcat, aut lapi-de conterit. *Sicut vermis per terram reptat* ( inquit Carthagena ), *& absque ulla commiseratione moritur;* non dissimiliter *Christus Dominus, hostibus in eum insultantibus, pedibus concutatus, velut abjectissimus vermis despectus fuit.* In quo non tam profundissimam eius humilitatem, quam summam animi mansuetudinem demireris. Cœtera animalia, dum se lædi aut offend[i] sentiunt, quantumcunque vires impares ad offendentem habeant, se tamen quoad pos-funt, defendunt, imò & invasorem offendunt ; solus vermis offensus aut læsus, nec se defendit, nec alium offendit. Talis amantissimi JESU mansuetudo fuit, qua in ter-

*Psal. 37.*

ram

*Carthag.  
lib. 10.  
dom. 11.*

ram se projiciens instar vermiculi se conculcandum præbuit: qui cum malediceretur non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur. Et nos uno fortè malè intellecto verbulo offensi, iras, vindictas, cædes mutuas spiramus, cras futuri esca vermium!

I. Pet. 2.  
v. 23.

**X X V .** *Procidit in faciem suam.* Obversabantur quippe eius memoriae à condito orbe patrata ingentia scelerata, quibus ipsius divina majestas offensa fuit; immo omnia usque ad finem seculi futura peccata mentis oculis obijciebantur: Procidit igitur ad terram, ut orans Patri æterno conqueratur: *Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem suam.* Et ne cum finis peccandi! Adhuc fabricamus supra dorsum amantisimi nostri J E S U , quoties delinquimus. Ah cohibete crudeles ictus peccatores!

Psal. 128.

**X X V I .** *Procidit in faciem suam.* Misertus humani generis jugo pressi accurrit, & suos supponit humeros. *Inugum grave super filios Adam à die exitus de ventre Matris eorum.* Clamat sapiens: ab hoc jugo ut nos exoneret per Prophetam respondet: *Ut jumentum factus sum apud te.* Psal. 72. Age homo peccator, quæ tibi portanda sunt onera, mihi impone, ego jumenti vice tibi serviam. *Animadvertemus Christus* (ita loquitur Card. Bellarminus) *genus humanum sub onere peccatorum jacere, misericordia motus humeros suos sarcinae nostræ supposuit.* Ego vero crediderim egisse amantisimum JESUM partes boni amici, qui cum amico diversum onus portans commutat, gravius in se recipiens, & levius amico dimittens. Unde nos gravi jugo oppressos advocat: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis.* Matth. 11. *Tollite jugum meum super vos &c.* Jugum enim meum suave est, v. 29. *& onus meum leve.* Annon hoc est quod proverbio militari solemus dicere: *Mutemus clipeos?* Tu homo leve onus & suave jugum Christi portas, Christus portavit grave jugum totius generis humani.

Bellarm.  
conc. 29.  
Dom. Pas-  
sio.

**X X V I I .** *Procidit in faciem suam.* Concedite mihi Auditores

ditores ut amantissimum nostrum Servatorem mihi imaginer terræ colloquentem , dum in eam prolapsus toto corpore , amplecti & quodam modo basiare videtur : O terra cur te mihi adeò adversariam exhibes ? O ingrata terra. Ego te multiplici pulcherrimorum florum varietate ornavi : tu econtra producis spinas & tribulos, quibus meum corones caput, ut me deformes ! Ego gratissimis odoribus & narium oblectamentis te implevi : & tu mihi foetida & horrida sputa in faciem meam jaftanda præparasti ! Ego limpidissimis fontibus, amoenissimis fluminibus te distinxii , & ceu venis corpus percurrentibus humectavi ut fœcunda & fertilis uberes adferres fructus : tu ediverso fel amarum, acetum & absynthium ori meo potandum vis exhibere ! Ego in te plantavi arboreta & nemora , quibus contra impetus tempestatum custodita quietior eses , & non tam hominibus quam bestiis ab æstu solis refrigerium exhiberes : Tu verò ex arbore mihi prægrandem crucem fabricas , in qua ignominiose suspensus crudeli morte occidar ! Ego in visceribus tuis produxi mira varietate mineras , è quibus non ferrum modo sed argentum , sed aurum copiose effoderes ; Tu verò argentum procudisti, quo me triginta argenteorum nummorum vilissimo pretio venderes, ferrum excoxiisti, è quo clavi, mallei, lancea ad meos cruciatus fabricarentur ! Ego triginta trium annorum spatio in te deambulavi & habitavi, delicias meas esse dicens inter filios hominum : Tu verò vixdum natum ab omni exclusisti diversorio , adulturn persequeris , & ab omni humano conformatio , imò ab omni mundo prescribi desideras ! Ego in te homo nasci & vivere volui relictâ cœlesti aula , & te ipsi cœlo quodammodo anteposui : Tu verò me sceleratissimo latroni audes postponere ! O terra agnosce tandem meam benignitatem , meum amorem , ecce amplector te, deosculor te, brachijs meis constringo te , cum cœlo & irato Patre te reconcilio. Verum non tu terra elemen-

taris mihi contraria es ; sed homo humus , homo formatus de limo terræ, homo ingratus, ille me persequitur.  
*Popule meus quid feci tibi, aut in quo contristasti te? responde mihi,* Ah Christe non habemus quod respondeamus. Pec-  
Offic. hebdom. Paſſ.  
 cavimus, silentio fatemur culpam, ingratii fuimus.

XXVIII. *Procidit in faciem suam.* Fallor , annon ipse personam publicani illius sustinere pro nobis voluerit , qui orabat : *Deus propitius esto mibi peccatori*, nec quidem *Luc. 18. v. 13.* ausus oculos ad cœlum levare. Non peccavit ipse, tulit tamen peccata nostra in corpore suo : qui peccatum non fecit , peccatoris personam sustinuit : *Eum qui non 2. Cor. 5. ueroerat peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Ait Apostolus , nempè cum peccatum sit abominabile , Deus Filium suum contemptum, vilipensum, abjectum & quasi abominabilem pro nobis esse voluit.

XXIX. *Procidit in faciem suam.* Verus novi testamenti sacerdos Esdras , qui totius generis humani personam sustinens clamat ad Patrem : *Deus meus confundor* *Ezra 1. besco levare faciem meam ad te : quoniam iniuriae multipli- c. 9.* *caet sunt super caput nostrum, & delicta nostra creverunt usque ad cœlum a diebus Patrum nostrorum.* Et cum Manasse *Orat. Ma- nass. med.* Rege Iuda sub eadem generis humani persona : *Peccavi* super numerum arenæ maris : *multiplicatae sunt iniuriae meæ Domine , multiplicatae sunt iniuriae mee , & non sum dignus intueri & aspicere altitudinem cœli, præ multitudine ini- quietatum mearum.* *Incurvatus sum multo vinculo ferreo , ut non possim attollere caput meum !* O mi J E S U , misericordissime Servator , quam parum hæc tibi conveniens fuit persona , tam multum mihi peccatori salutaris. *Iniuriae su- pergressæ sunt caput meum, & sicut onus grave gravatae sunt su- per me.* Hoc onus tu suscepisti , ne me in profundum inferni deprimeret. Nam peccati pondera ( ut loquitur *Pau- linus* ) deprimunt, *& ad inferna deducunt.* In hac consideratio- ne Alcibiades *Lucarinus* Christo Benedicto symbolum pinxit camelum genibus flexis sub pondere fatiscentem , *S. Paulin. Ep. 20. ad Amand.* adje-

*Lucarin.  
ap. Pici-  
nelli. Mun-  
di. Symbol.  
lib. 5.  
num. 60.  
Corn. à  
Lap. in  
Matth.*

adjecto lemmate : *Flexus ad pondus.* Quod idem expen-  
dens Cornelius à Lapide ajebat : *Procidit in faciem suam, id*  
*est prono, & prostrato in terram corpore faciem terre affigens, ut*  
*hoc gestu primo summam suam afflictionem ostenderet; secundo ut*  
*insigne humilitatis exemplum daret; tertio ut summam Deo Pa-*  
*tri reverentiam exhiberet; quartò ut onus immane peccatorum*  
*nostrorum quod ipse in se suscepserat, repræsentaret; hoc enim ipsum*  
*suo pondere degravavit, & affixit in terram.* Vide anima  
christiana novum Atlantem non jam sub cœli, sed uni-  
versæ terræ globo ac pondere ingemiscentem !

*XXX. Procidit in faciem suam.* Ah quid audio ! *Pater*  
*Filio suo non pepercit.* Ipse illi hoc onus imposuit quo ad  
usque terram deprimeretur. *Posuit dominus in eo iniquita-  
tem omnium nostrum !* O quam gravis & ponderosa fuit le-  
vitas nostra, quæ Deum ipsum ad terram affixit ! sed  
quomodo posuit *Dominus in eo iniquitatem nostram ?* Nimi-  
rum cum in Patris manus se resignatus erat, vivacissi-  
mæ eius memoriæ repræsentata sunt peccata mortalium,  
quotquot ab ævo condito commissa fuerunt, quotquot  
tunc committebantur, quotquot etiam in futurum com-  
mittenda erant : horum foeditate ac abominatione visa  
cohorruit innocentissimus JESUS, ut vultum præ confu-  
*Irido. Clar.*  
*in Matth.*  
*orat. 39.*  
sione & horrore absconderet. Id videtur innuere *Isidorus*  
*Clarius ijs verbis :* *Procidit in faciem suam orans : referebat*  
*enim genus nostrum, & illius scelera ante oculos proponens, tanta*  
*ac tam borrenda intuebatur, ut faciem occultare cogeretur, neque*  
*auderet illam in cœlum attollere.* Non abscondit vultum suum  
benedictum cum caperetur, cum ligaretur, cum flagel-  
laretur, cum in cruce suspenderetur nudus, inter op-  
probria & ludibria Iudæorum: sed in horto, cum illi pec-  
cata nostra ante oculos posuit Pater cœlestis : tanta est  
foeditas & abominatione peccati & Dei offendæ. Poterat  
Dei Filius videre in deserto dœmonem, nec eius foedita-  
te cohorrescere aut vultum abscondere, posset intueri in-  
fernū & in eo animas reproborum inter cruciatus æ-  
ternos


ternos ; & non potest absque horrore , absque confusione videre peccata nostra : Quid hinc eliciemus aliud , quām quod peccator , quam diu in peccato perseverat , sit abominabilius ipso dōmone , sit in quodam morali inferno , qui infernus longē horribilior & formidabilior est ipso materiali inferno . Unde *S. Anselmus* dicere con- *Vita S. An-*  
*sueverat : si medius inter peccatum & infernum colloca-*  
*selm.*  
*rer , & in alterutrum huius gemini præcipitii me coge-*  
*rer immittere , potius profilirem in infernum , quām in*  
*peccatum.*

XXXI. Considera nunc anima Christiana , & ex-pende , quid sit Deum summum bonum offendere , quanta sit cuiuscunque mortalis peccati gravitas , quæ Dei Filium potuit ad terram prosternere . Cogita jam tunc in horto illi fuisse propositas omnes nostras actio-nes & cogitationes peccaminosas : vidisse illum jam tunc in quibus circumstantijs , quo temporis momento Tu Petre , Tu Paule , tu Jacobe , tu Agnes , tu Barbara , Vi-en næ , Græcij , Labaci , alibi Dei offensam incurres & infernum mereberis . misertus tui Dei Filius in horto ante Patrem se abjecit , ac onus tibi debitum in suos humeros portandum recipit . Age gratias Servatori tuo , pœnitentiam age , & clama *Deus propitius esto mihi peccatori* . Clama : *Peccavi tradens sanguinem justum !* Ego fui Iudas qui te tra-didi , ego fui satelles qui te ligavi , ego carnifex qui te fla-gellavi , ego impius miles qui cruci affixi . *Nunc exper-*

*S. Lauri*  
*Inflin.. de*  
*obed. c. 5.*

*giscere ð homo , excute jugum peccatorum tuorum deprimens te.*

Imò deprimens pro te JESUM Servatorem mundi ,  
 qui tui loco & tui causa procidit in fa-ciem suam .



# CONSIDERATIO III. ISAAC PIUS.

## THEMA.

*Dixit Isaac Patri suo : Pater mi. Gen. 22.*

### SYNOPSIS.

- I. Isaac pius in Deum & parentem.
- II. In eodem monte ad victimam destinatus, in quo Adam sepultus & Christus passus.
- III. Deducitur a Patre ut immoleatur, nec contradicit.
- IV. Snavissime patrem alloquens Patrem vocalat, qui agebat executorem cedis.
- V. Unde merito Christi in Patrem Pij figura fuit.
- VI. Illi quidem etiam aeternus Pater propinat in monte lethalem calicem.
- VII. Et tamen nominatur Pater sive dulcia sive amara proponat filio in omnem uitum instar infantis patrato.
- VIII. Is vere Pater, qui bonum com-

mune anteponit privato ; is vere filius, qui in omnibus se paternae voluntati conformat.

IX. Et is minus degener filius, qui aspera preponit mollibus, ut Carolus V. Francorum Rex divinabat in suo filio.

X. Inter Isaacum verò & Dei Filium hoc discrimen, quod ille victimæ umbra, hic vera victimæ umbra substituta.

XI. Interque paternum nomen agnoscit morti destinatus, ut & David in Saul ad mortem quesitus.

XII. Ne sit igitur difficile nobis tollere adversa, per quæ viam nobis Servator emolliit.

XIII. Sed clamamus in omni eventu  
Pater mi, Abba Pater.

*Dixit Isaac Patri suo : Pater mi. Gen. 22.*

### I.



Acta sunt fundamenta sacræ Pyramidis, & primus lapis obsignatus est nomine Abrahamæ obedientis. Attendite ad petram, unde excisi estis : attendite ad Abraham patrem vestrum, monet olim Iudæos Isaias : nos vero in verum nostrum Abraham, & veram petram par

par est oculos intendere. Hodie structuræ superponimus alterum lapidem, eique inscribimus nomen Isaaci, nescio dicamne iterum obedientis, an patientis, an pij, an fidelis, an mansueti, adeò multæ in unum eius actum confluxere virtutes. Dicam tamen Pij, non sine relatione ad patrem. Pater pius in Deum, filius pius in Patrem. *Pietas est specialis virtus, & principaliter est ad parentes, ut docet S. Thomas. Sed necessitudini generis di-vine religionis pietas antefertur. ut loquitur S. Ambrosius.* Utramque video in Abrahamo & Isaac. pius in Deum Abraham ; pius in Deum & parentem Isaac. Quos hodie in monte Moria contemplabimur.

I I. Praeceperat Abrahamo Deus ad virtutis eius & fidei experimentum, ut tolleret filium suum unigenitum Isaac, & supra unum montium quem monstraturus esset, sibi eum offerret in holocaustum. Mons ille fuit mons *Moriah* quod idem sonat ac *Amaritudo*. & quidem ex Patrum *Salian.* in sententia vicinus *Hierosolymis*, in cuius una parte successu temporis ædificata fuit Sion Civitas David, in altera erat collis oliveti cum villa Gethsemani, in tertia mons *Golgatha*, seu Calvariæ locus. In quo etiam olim sepultus fuisse Adam existimatur : ut proinde unus idemque *Fullon.* in mons & locus fuerit, in quo primus homo sepultus, Isaac ad victimam destinatus, & novus Adam, novus Isaac pro salute humani generis in ara crucis immolatus & tumulo illatus est.

I II. Videor mihi videre solicitorum senem Abraham, ut ad amissim exequatur Dei mandatum, tametsi unum omnium difficultimum. Nihil quippe moratus, nocte consurgit, assumit dilectissimum Filium Isaac, triduanum iter ingreditur, ad sacrificium peragendum festinat. Cumque duo pergerent simul dixit Isaac Patri suo : Pater mi. At ille respondit : quid vis fili ? Ecce inquit ignis & ligna, ubi est victimæ holocausti ? Et rursum Pater : Deus pro videbit sibi victimam fili mi. Nihil addit scripture, num Abraham fi-

lio exposuerit voluntatem divinam, num instans extre-  
mum supplicium manifestaverit, sed quod cum pervenis-  
sent ad locum designatum à Deo, Abraham *edificavit al-*  
*tare, & desuper ligna composuit; cumque alligasset Isaac filium*  
*suum, posuit eum in altari super struem lignorum. Extenditque*  
*manum & arripuit gladium. Ad omnia ista silet Isaac, curam*  
*vitæ suæ Deo & Patri relinquit, verè pius in Deum & pa-  
trem: Contentus unicà voce Deus providebit. Ad omnia*  
*paratus, imperio rigidissimo Patris acquiescit. Simul ( in-*

S.Chrystost. To. 2.bom.

3.

Idem.

Chrysost. bom. 47.iu

Genes.

S.Ephrem.

orat. in Abrab. &

Isaac.

S.Zeno.

ap.Baet.

lib.3.Cbri.

Fig.

S.Joseph.

Antiq. lib.

z.c. 22.

*tutus est, nec amplius erat curiosus. Et alibi idem versans:*  
*Utrum admirer ( inquit ) & obstupescam justius fortunne spiri-  
tum Patriarchæ, an pueri obedientiam: quod neque reluctatus est,  
neque factum ægrè tulit; sed cessit, & obtemperavit bis que à pa-  
tre facta sunt. Et sicut agnus cum silentio super altare recubuit,*  
*exspectans Patris dexteram. Et eodem sensu D. Ephrem:*  
*Quem primum corona ornabo? eumne qui manum suam in charis-  
fimū extendit filium ob magnam Dei dilectionem: an illum qui ad  
mortem usque patri factus est obediens? At verò D. Zeno ex-  
tollens pietatem & obedientiam Isaaci, existimat Abra-  
hamum filio manifestasse voluntatem divinam: securus,  
inquit, de fide generis sui Pater, filio de quo non dubitabat, pa-  
tesfacit quia se Dominus postulasset. Consentunt quæ Jose-  
phus Hebræus memoriæ tradidit, ubi Abraham ad fi-  
lium loquentem hoc sensu inducit: Fili mi, quem ma-  
gnis à Deo expeditum votis ac desiderijs, magna felici-  
tate obtinui, spem haec tenus Patris, nunc mœrorem.  
Est quod tibi ex voluntate divini nutus aperiam: victimis  
impertratus à Deo, nunc ipse victimæ, cades Deo. Nefas  
illi negare, quod jubet, qui vitæ nostræ ac mortis habet  
arbitrium. Munus acceptum à Deo, an potius conces-  
sum, Deo restituo. Feres æquo animo, quod imperatur,  
si te natum mortalem memineris, nec unquam moriere  
felicius, quam ex nutu omnipotentis Dei. Honoramus  
tali imperio, ego qui sacerdotem, tu qui victimam jube-  
mur*

mur agere. Non est hic communis è vita exitus, cadere Dei iussu, cadere ut victimam Deo gratam. Plura volentem addere, interpellat filius : *Pater mi noli tuo sanguini injuriam facere, censendo degenerem, quem filium à Deo datum agnoscis.* Indignus essem usurâ lucis, si vel tuam vel Dei voluntatem contemnerem. Imò si id solus præciperes, obedientis filij munus esset obtemperare, quanto magis cum Dei voluntatis interpres & executor ad singulare mortis genus, ad acceptabile Deo sacrificium me destinasti. Addit Josephus id temporis Isaacum egisse ætatis annum vigesimum quintum : Pererius vero <sup>Perer. in Genes.</sup> censet attigisse annum trigesimum septimum. Cerne stupendam obedientiam, mansuetudinem & fidem Isaac nihil resistenter <sup>Cajet. in Genes.</sup> Patri sibi mortem paranti, cum tamen facile potuisset evadere. Exclamat Card. Cajetanus. Tam pius est in patrem filius, quam pater in Deum, hic non recedit à Deo, ille à Patre nihil degenerat : hic timet Deum, ille timet Deum, & Patrem : unde inchoatum sacrificium, ut ajebat Zeno Verronensis. *Uno voto, una deuotione diligenter geritur, quod ab altero celebratur.* Nempè ordo charitatis ille est, quo pater creatus filio suo Deum, filius item patri suo Deum anteponit : & ubi utriusque concurrit voluntas perfectum Deo sacrificium immolatur. Hieronymum audite ad <sup>S. Hieron.</sup> illa verba canticorum : *ordinavit in me charitatem.* Redus, inquit, ordo est post Deum amare Patrem & amicos. Si tamen necessitas venit, ut utrumque servari non possit, odium in suos pietas est in Deum.

IV. Sed obsecro vos Auditores verbis divi Chrysostomi : *Ne simpliciter prætercurramus quæ dicta sunt, sed confidere-* <sup>soft. hom.</sup> *mus quomodo non avolarit è corpore anima, quomodo potuerit suis manibus colligare ! & lignis imponere tam dilectum, tam amabilem unigenitum.* Repetamus filij obedientis cum suavissimo patre colloquium : *Pater mi.* *Quid vis fili ?* Quantam ex his verbis colligi posse putatis in paterno affectu luctam ? *Pulsatur pietatis vocabulis patris affectus (verba*

*S. Ambros. sunt S. Ambroſij*) *Et flūtib⁹ quibusdam hinc atque hinc tun-*  
*lib. 1. de ditur. Filius vocat Patrem: Pater nominat Filium, ut ipſo ver-*  
*Abrab. c. 8. borum ſono ſe recognoſcat Pater. Nomina vitæ ſolent operari*  
*gratiā, non mihiſteriū neciſ: hæc vocabula incitare ad pietate-*  
*tem non ad mortem ſolent. Egone Pater, ſecum reputave-*  
*rit Abraham, qui te unicum filium jubeor immolare ut*  
*Popa, cædere ut crudelis, exurere ut Tyrannus? Egone*  
*Pater, qui perdo filium futurus deinceps orbus? Egone pa-*  
*ter, qui pyram conſtruo, ferrum acuo, ut cædam filium?*  
*Ideone post longa ſuſpiria, post multiplices viſtimas im-*  
*petravi filium de manu Dei, ut mea manu occiderem?*  
*S. Cbry-  
ſoft. cit.* *Pater. ſufficiebat hoc verbum ( inquit iterum aureum os )*  
*ad lancinanda iuſti huīus viſcera. Ille autem dixit: quid eſt fili!*  
*Patrem vocas paulo poſt futurum orbū, Et ego filium appello,*  
*qui non multo poſt altare aſcensurus eſt meis manibus occidendus.*  
*Deinde puer inquit: Ecce ignem affers, Et ego ligna, ubi eſt ho-*  
*ſtia immolanda? ubi eſt ovis ad incenſum? conſidera obſecro hic*  
*quomodo probatur iuſtus, quomodo tulit auribus? quomodo potuit*  
*reſpondere puer? quomodo non eſt confuſus mente? quomodo fu-*  
*tura occulta viſ à puer? ſed inquit generoſo ſpiritu Et forti ani-*  
*mo: Deus providebit. Admiranda prorsus in Deum pietas,*  
*obſtupescenda obedientia! nec gemiſum edere, nec*  
*conſilium ante tempus prodere, nec refugere impera-*  
*tum obſequium, nec emolliri vocibus innocentis filij, nec*  
*turbari tragicō apparatu ſacrificij, nec queri adverſus*  
*adeo rigidum, & penè rationi adverſum, Dei manda-*  
*S. Baſil.  
Seleuc.* *Non dixit ( ut ratiocinatur S. Baſilius Seleuciensis )*  
*non dixit, que ab ingenio valuiſſet. O Barbaricas præceptiones!*  
*o imperia à natura legibus abhorrentia! Filij carnifex eſſe jubeor,*  
*ſeruſ cum fuerim pater: in Filij cædem urgeor Et. Ferrum na-*  
*natura repudiat, ad rem tam atrocem fatiſcit dextera, oculi ſpectacu-*  
*lum refugunt. Sed quid dicit? Dominus providebit. O for-*  
*titudinem planè heroicam! o ſpiritū ingentis solidita-*  
*tem! o animam adamante firmiorem! Dominus provide-*  
*bit: nempe ipſi cura eſt de omnibus. Dominus dedit,*  
*Domi-*

Dominus repetit quod suum est. Nostra cura unica sit obtemperare jubenti. Hic ratio necesse est naturam humanam vincat, hic omnis affectus cedat voluntati divinae. In quo vivimus, movemur & sumus, in ejus acquiescamus imperio : ejus nutibus ad amissim absque morosa renitentia obsequamur : de reliquo *dominus providebit* : Iac. Typot. in symb. princ. quo symbolo usum ferunt Maximilianum II. Augustum : cum Aquilam, quae in partes dilabentem terræ globum vinculo colligaret, pingi curasset adjecto lemma : *Dominus providebit*. Discerpit regnum hostilis potentia, intertina discordia, æmolorum invidia ; minetur interitum, moliatur excidium. Mens Deo conjuncta non cedit ē statione sua ; secura, quod qui Dominus universorum est, etiam provideat universis. Unde idem Maximilianus in alio symbolo, quo intra laureum fertum coronam & globum imperiale cum initiali sui nominis litera M includebat, adscribi voluit : *A Domino regnum venit, Imperijque potestas*. Quasi innueret, ejusdem etiam providentia gubernari ; seque plus solicitum de servitio Dei, quam de retinendo Imperio, quod sine Dei servitio conservare non possit.

V. *Videte obsecro* (iterum verbis *Chrysostomi* vos allo- S. Chrysost. cit. quor) quomodo omnia pér umbram præfigurata sunt. *Unigenitus* illic, & *unigenitus* hic : *dilectus* illic, & *germanus* ; *dilectus* & hic ac *germanus*. *Hic enim est filius meus dilectus, in quo mibi bene complacui. A patre ille in holocaustum offertur. Et hunc Pater exposuit. Et clamat Paulus dicens* ; qui sane proprio *Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*. Verus igitur Isaac Dei Filius divinæ providentiæ pro humana redemptione victima *Procidit in faciem suam orans & dicens Pater mihi. instar veteris illius Isaaci ad exequendum paternæ voluntatis imperium promptissimus. Prophetaavit* (ut loquitur *D. Ambrosius*) *Prophetaavit Abraham quod Isa-* S. Ambros. *ac non esset hostia divine dispositionis, sed alia esset, quam Deus Comment. fibi pararet, ut mundaret orbem ; nempe Christus. Unde & ad cap. 9. Luc. huius*

huius longè alia ad patrem oratio quām illius. De Isaac quidem lego quod dixerit *Pater mi*, sed non lego quod prociderit in faciem suam. Huic nempe jam tunc proponebatur ante oculos amarus calix acerbissimæ Passio-  
nis, cuius memoria illum terræ afflxit.

*VII. Pater mi.* O amantissime J E S U, ô patientissime Agne, illūmne appellas Patrem, qui tibi lethalem propinat calicem? An ille tibi Pater qui vitam dedit, & innocentis rursum adimit? qualis hic est paternus affectus per tortores & carnifex vitam filio extorquere? memineris non pridem à te prolatæ sententiae: *Quis ex vobis Pa- trem petit panem nunquid lapidem dabit illi, aut pescem, nunquid scorpionem dabit illi?* quasi innueris, alienum esse à patrum genio, mala suis filijs velle aut procurare, factaque inter patres terrenos cum Patre tuo comparatione addisti: *Si ergo vos cum sitis mali, nos tis bona data dare filiis ve- stris, quanto magis Pater vester cœlestis.* Ille nempè cuius bonitatis infinitus est thesaurus, qui ipsa bonitas est, à quo provenit *omne datum optimum*, *Et omne donum perfectum.* Et hic tibi mortem propinet in calice?

*VIII. Pater mi.* Observat mellifluus doctor filiale in hac voce affectum, & verè Pij erga patrem filij observantiam cum hæc ipsa perpendit: *Pater inquit: quare nomen Patris ponit?* solent pueri aliquid affectuosius orare volentes, nomen paternum nominare, ut naturalem dilectionem ipsis ad memoriam reducant, per quam facilius petitionis suæ consequantur effe-  
dum. Id ipsum ex verbis Marci Evangelicis colligitur, qui non contentus nuncupatione patris, vocem *Abba* pauculis usitatam adnectit: *Abba Pater.* Quia scilicet tanta voluntatis resignatione ferebatur in Patrem filius, ut talem recognosceret sive blandientem, sive castigan-  
tem. *Abba Pater.* dum connives, *Abba Pater.* dum verberas. *Abba Pater.* si amplecteris; *Abba Pater.* si virgam vibras: *Abba Pater.* quando blandus arrides: *Abba Pater.* quando severus minaris. O verè piūm filium! ô nihil pe-

degenerem à Patre natum ! Hæc pietas amica est parentibus, grata Deo : Dominum conciliat, necessitudines forvet : Dei cultura, merces parentum, filiorum stipendium : inquit Ambro-<sup>S. Ambros.</sup> sius. Hanc non tam verbo, quam exemplo docuit Dei <sup>in Psalm.</sup> Filius.  
<sup>118.</sup>

VIII. *Pater mi.* Tunc verè pater, cùm filium quem amat castigat; cum bonum commune anteponit privato, & unius etiam præ omnibus dilecti jacturā, universi incolumitatem procurat. Tunc filius verè filius cum se in omnibus paternæ subiicit voluntati, cum patrem non minus Patrem vocat quando ad dura & aspera invitat, quam quando ad amoena & prospera evocat. Audistis quid Apostolis insinuaverit. *Ego dispono vobis, sicut dispo-*<sup>Luc. 22.</sup>  
*suit mibi Pater meus regnum.* Quomodo disposuit Pater suo <sup>v. 29.</sup> Filio regnum ? nisi ut factus homo pateretur humanas infirmitates, toleraret acerbos cruciatus, & demum infami crucis supplicio extingueretur. Et nos, qui in eandem adoptionem filiorum Dei transivimus, adversa occurrentia quibus vita mortalis carere non potest, omni contentione refugimus, detestamur, & ipsum idcirco nomen Dei blasphemamus, non filij sed abortivi. Vocatus sumus hæredes Dei, cohæredes Christi, cur ergo hæreditatem respuimus ? monet nos Apostolus : *Accepistis Rom. 8.*  
*spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus : Abba Pater,* <sup>&c. v. 15.</sup>  
*Si autem filij, & hæredes : hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi :* Sed notemus conditionem appositam, sine qua non consequemur hæreditatem : addit enim : *Si tamen compatimur, ut & conglorificemur.* Id observans Chrysostomus ajebat : *Non enim relinquit nobis hæreditatem pure, sed sub quadam conditione.* *Quenam autem ea est ? qui non tollit crucem* <sup>S. Chrys.</sup>  
*suam & sequitur me, non potest meus esse discipulus.* Frustra se jactat Christi discipulum, Christi cohæredem, ac Filium Dei ; frustra orat *Abba Pater, & Pater noster qui es in cælis,* quisquis alia conditione vult adire promissam hæreditatem. *Omnis animæ salus & beatitudo in hoc consistit, ut jam* <sup>soft. in Ep. ad Rom.</sup>  
<sup>volit</sup>

*S. Mech.* hoc jam illo modo aliquem dolorem aut molestiam patiatur. In-  
*tild. grat.* quiebat S. Mechtildis, & S. Theresia illud assidue axio-  
*spir. lib. 2.* ma versabat in ore : *Aut pati aut mori. Et S. Augustinus :*  
*c. 20.* *Vita S. Te-* Domine hic ure, hic seca, modo in æternum parcas. Quod vo-  
*ref. Barry.* tum repetens Franciscus à puerō JESU optabat in  
*in Favō.* JESU. duodecies centena millia frustulorum concidi, eā ratio-  
ne, ut in quolibet frustulo novus Franciscus esset, & tan-  
to amplius pro Dei gloria pateretur. O vota nostris lon-  
gè absimilia, qui sæpenumero minutias adversitatum, &  
afflictiones necessarias, quæ vitari non possunt recusa-  
mus ! O nos nimium delicatos, qui per rosas & florida  
tempe contendere volumus ad hæreditatem Filiorum  
Dei, prorsus oblii turpe esse sub spinoso capite incede-  
re membrum delicatum !

### IX. Pater mi. Indolem sui filij exploraturus Carolus

*Corrozet.* V. Franciæ Rex dictus sapiens in mensa locari jussit ab  
*de diâ.* & una parte coronam auream & sceptrum, ab alia gladium  
*fâ. me-* & galeam, & liberam filio electionem reliquit. Hic filius  
*morab.* nihil à patre degener, nihil tergiversatus, ad gladium &  
galeam extendit manum ; causam rogatus, respondit :  
*Per bæc ad illa.* Videor mihi hodiè sapientissimi Patris  
sapientissimum filium, imò ipsam sapientiam Patris in  
monte Oliveti coram Patre constitutum optionem habe-  
re gemini calicis, tormentorum & gloriæ, mœroris &  
gaudij, mortis & vitæ : utrumque ipsemet insinuat : *Ca-*  
*licem, quem dedit nibi Pater, non vîs ut bibam illum.* Ecce ca-  
lix mœroris, tormentorum, mortis. *Bibam novum illud*  
*in regno meo :* ecce calicem, gloriæ, gaudij, vitæ. Ac-  
ceptat ille calicem amarum, calicem cruciatuum, cali-  
cem Passionis, securus, quod per hunc ad illum pervenia-  
tur. Et nos dulcibus tantum inhiamus priusquam gu-  
stemos amarum ! sapienter usurpabat S. Laurentius Ju-  
stinianus illud axioma : *Tribulatio amoris indicium ; futuræ bea-*  
*titudinis præsagium, & prædestinationis testimonium est.* Per  
hanc scilicet ad illam acceditur ; hæc est conditio, quâ  
*filio.*

filiorum Dei hæreditatem possumus adipisci. In tribulatione si clamamus *Abba Pater*, veros nos Dei filios, & cohaeredes Christi probamus : cœterum sine hoc degeneres, & hæreditate indigni, ut qui nostram paternæ voluntati præferimus.

X. *Pater mi.* Sic alloquitur patrem Isaac, sic alloquitur Patrem Dei filius, sed hic ut vera viictima, ille ut viictimæ umbra. Si fidem habemus vetustati, jam olim viictimæ viictimis substitutæ. Pestilentia Lacedæmonem urgente, edixit oraculum, ut Plutarchus ex Aristodemo refert, cessaturam luem, si Virgo immolaretur. Cumque Helena sorte ducta esset, & ornata produceretur, aquila devolans gladium abripuit, & in armentum defrens buculæ imposuit, quo factum est, ut cæde Virginis abstineretur. Addit vero ex Aristide : Falerijs grassante peste, oraculo indicatum est, finem fore mali, si quot annis Iunoni Virgine cæsa litarent. Ea superstitione cum perduraret, sorte lecta viictimæ loco valeria Luperca, striatum ab ea gladium rapuit aquila, depositoque in ea, quæ comburenda igni erat, bacillō, cui exiguus erat præfixus malleus, gladium injecit buculæ cuidam propè templum pascenti. Id intelligens virgo, buculā matatā, rem sacram fecit, sublatoque malleō secundum domos circumvivit, lenique itū excitavit ægrotantes ; valere unicuique dicens. Non dissimile est quod idem Plutarchus recenset : Pœni socie-  
tatem cum Siculis adversus Romanos machinabantur. Metellus Romanorum Dux soli Vestæ rem sacram non fecit : ea ventum classi adversum, immisisse credita est. Caius autem Julius Aruspex cessaturum edixit, si filiam suam Dux immolasset. Coactus itaque hic filiam Metellam produxit mactandam. Vesta eius miserta buculam eius in locum submisit, ipsamque Lanuvium detulit, & draconis, qui ibi colitur, antistitem fecit. Sed & Aulide, quæ est Bœotiae urbs, simile quippam Iphigeniæ accidisse Meryllus scribit ; quæ Agamemnonis & Clytem-

*Plut. P. 2.  
Moral. in  
parallell. n.  
35. Ari-  
stod. 3.  
conger.  
Pier. Va-  
ler. lib. 19.  
v. Beni-  
gnitas.  
Aristid. li.  
19. Itali-  
co.*

*Plut. cit.  
num. 14.*

*Pytoch. 3.  
Italico. a-  
pud Plu-  
tarcb.*

*Meryllus.  
1. Bœotic.*

nestræ filia, cùm jam immolanda esset Dianæ, Dea eius miserta, cervam pro ea supposuit: Virginem autem in Tauricam Regionem transtulit. Nihil moror has victimas, rationalibus quippe substitutæ, quæ ratione carebant, naturâ ipsâ ad victimas destinatæ: Abrahami victimæ mirari satis non possum aliam substitutam, quæ & ratione priorem vinceret, & dignitate. Amplius miror in Isaaco delineatam in Christo Servatore meo, vivis expressam coloribus obtemperandi nutui divino voluntatem. *Lætatus est pater, filio quoque gaudente: Et cum gaudio unici pignoris alligat manus, quas ille vinciendas libentius offert.* Inquit S. Zeno. Sic meus JESUS, quas Pater ministerio crudelium satellitum alligat manus in horto, ille vinciendas libentius offert, & Patrem agnoscit, ubi severum iudicem experitur, *Pater mi*, non jam Abraham, sed Pater æterne, pater misericordiarum, pater totius consolations, ubi nulla misericordia, nullum solatium. O pietatem!

*X I. Pater mi.* Odio infensissimo persequebatur Davidem Saul, & forte ad exonerandum corpus speluncam eamdem ingressus est, in quâ David latebat. Accesit David, ac cùm posset uno ictu hostem sternere, finemque persecutioni imponere, solam chlamydis particulam abscidit. Vix è spelunca Saul exierat, cum David partem chlamydis ostentans exclamavit: *Pater mi vide, Et cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea: quoniam cum præscinderem summittatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te.* Quid ad hæc infensissimus Davidi Saul? *Dixit Saul: Numquid vox hæc tua est fili mi David?* Ergone agnoscit filium iracundus Rex, quem armis persequitur? unde hæc nomenclatura illi indicta, quem modo ut hostem habuit? Nempe, ut aiebat supra Ambrosius: *Nomina vitæ solent operari gratiam, non ministerium necis.* Interpellatus patris nomine, agnoscit se patrem, & filium nominat, quem sibi hostem capitalem statuerat. Quod cum prodigi filij voce componens Chrysostomus ajebat: *Quid Davi-*

S. Zeno  
Veron.

x Reg. 24.

v. 12.

S. Chry-  
sof. bom,

de

*de felicius, qui ex homicida fecit Patrem? verba quippe Davi- de David.  
dis ingressa in animum istius efferati, totam banc perfecerunt mu- & Saul.*  
tationem. Et quemadmodum Pater ex longo intervallo audit  
filij revertentis voce ad ipsam vocem excitatur: sic & Saul simul  
ut accepit verba Davidis in animum ingressa, posito affectu, re-  
cepit affectum Patris. Audite nunc æterni Patris filium in  
horto Gethsemani repetentem: *Pater mi!* putatisne hæc  
voce flecti patrem, ut recognoscat filium, de quo ali-  
quando dicebat: *Hic est filius meus dilectus?* quomodo  
nunc dilectus, mœrori & tristitia immersus, omni desti-  
tutus solatio, quando acerbissima tormenta, & mortem  
adeò ipsam jubetur perferre? *Pater mi.* credo ego me  
audire vocem Patris: *Quid vis fili?* agnoscit Patrem fili-  
us, filium Pater, cum idem est utriusque desiderium re-  
demptionis humanæ. Pater eo fine filium misit in mun-  
dum, ut per illum salvaretur mundus: filius eo fine af-  
sumpsit hominem, ut mundi Salvator fieret per acerbissimam  
passionem: unde inquit: *Desiderio desideravi hoc  
Pascua.* Hæc tormenta, hanc crucem, hanc mortem.  
Quid ergo angeris Servator mi? quid tristaris? quid in  
terram pronus corruis? expleta desideria lætitiam gene-  
rant non mœorem.

XII. Ah anima Christiana, tuæ hic mœror instru-  
ctioni suscipitur, tibi tristatur, & pronus in terram cadit  
bonus JESUS, ut eius premens vestigia non desponeas  
animum in gravibus malis. Clamas forte verbis Augu-  
stini ad Servatorem tuum: *Nunc anima tua turbata est Val-  
de. Quid est hoc? quomodo sequi iubes animam meam, si turbari  
vides, animam tuam? quomodo sufferam, quod grave tanta firmi-  
tas sentit? quale fundamentum queram, si petra succumbit?* Sed  
audi quid mox subijciat Augustinus: *Videor audire in co-  
gitatione mea respondentem Dominum, & quodammodo dicentem:  
magis sequeris, quia sic me interpono ut sufferas. Audi ad te  
vocem fortitudinis meæ, audi in me vocem infirmitatis tuæ. Vi-  
res suggero ut curras; nec represso quod acceleras, sed transfero*

S. Aug To.  
15. in Joani.

*in me quod trepidas, & substerno qua transeas.* Audisti anima, & quid te conturbat? quidquid tibi adversatur, huius clypei objectu repellitur. Immugiat per aërem tonitru, dissilient quaquaversum fulmina irati Dei: ecce Filium Dei pro clypeo habes, qui inter iratum Patrem, & te peccatricem sese interponit: *Sic me interpono.* Assultet suis temptationibus dœmon, blandiatur illecebris suis mundus, irritet caro ad peccatum: nihil evincent si à Servatore tuo sponte non recesseris: ipse te ab eorum machinis securam reddet: *sic me interpono.* Sed spinis ac tribulis, faxis & silicibus horrescit via, quæ ad cœlum deducit: quid trepidas? Ecce Dei Filius se tibi viam præbet: *Substerno qua transeas.* Ne tibi durum amplius videatur, quod ferendum est, cum prior tulerit innocentissimus JESUS. Audi vocem, inquit ille, meæ fortitudinis, cum clamarem: *Veni sequere me: & arcta est via que ducit ad vitam.* audi nunc etiam in me vocem infirmitatis tuæ, cum dico: *Nunc anima mea turbata est valde;* cum clamo in angustia & pressura cordis: *Pater mi:* totam quippe hanc infirmitatem tui vice in me recepi, ut tu fortior curras viam quam ostendi, ut tu animosior ad cœlum contendas. *Transfero in me quod trepidas.* Tibi ergò trepidandum non est.

*Iul. 51. v.  
23.* XIII. O mi JESU, quām verè Propheta pronuntiavit de te: *Posuisti ut terram corpus tuum, & quasi viam transiuntibus.* Non est amplius tam aspera ad cœlum via, quæ tuis complanata est vestigiis, tu sentes ac tribulos ex ea collegisti, tu crux tuo rigasti rosas: non est, non est uti mundus sibi persuadet difficile te sequi, te imitari, tuo exemplo tolerare persecutions, ignominias, contumelias, opprobria, mœrores, ægritudines: Non sunt mala, quæ mala suspicamur; quod enim tibi amplecti placuit, quies bonitas increata, malum esse non potest. Malum potius est hæc omni conatu vitare, ob ea concidere animo, labi in impatientiam, ponere in cœlum os suum.

Da mi JESU ut tua premam vestigia , & æquo semper animo adversa feram, quibus aculeos fustulisti ; ut à nulla adversitate perturber, qui pro me voluisti pavere & tædere : ut calix quem pro me bibisti ad me transeat, & quemadmodum illum tu bibisti & ego bibam ; ad perfecta vitæ incommoda, ad occurrentes adversitates , ad crucis tam alacris accedam, quam si ad potum in siti, ad refrigerium in ardore, ad nectar & ambrosiam evocarer. Da ut agnoscam Dei castigantis manum , velut manum patris , nec degenerem à Filio , sed in omni fortuna tam prospera quam adversa,dicam : *Pater mi: Abba Pater.*





# CONSIDERATIO IV.

## ISAAC MAGNANIMUS.

### THEMA.

**Ecce ignis & ligna : ubi est victima holocausti ? Gen. 22.**

#### SYNOPSIS.

- I.** *Totum Abrahami sacrificium adumbrat sacrificium aeterni Patris in monte Golgotha, & Filii promptitudinem,*
- II.** *Qui orans illa utitur oratione plena mysterijs Transeat a me calix iste. Optat secundum repugnantiam carnis, non Spiritus.*
- III.** *Petit auferri secundum appetitum sensualis non rationalem. Quanta igitur lucta fuit in anima Christi sensualis partis cum ratione !*
- IV.** *Petit auferri ut homo, qui nostram in borts gescit personam, & docet quomodo nosipos vincere debeamus.*
- V.** *Sed quomodo Christus vel tristari, vel turbari potuit contrarijs affectibus ab instanti Conceptionis beatâ fruitus visione, cui repugnat messor & turbatio ? nempe sequestravit delectationem beatam, quia prome doluit.*
- VI.** *Sic nobis orandum, ut filiorum expleamus officium ; quia hic ostenditur, quid possit a trepidante orari, quid non debeat a medente concedi.*
- VII.** *Orat forte transferri a se in hostes cum illudat in visibili Pharaoni, ut ipse bibat calicem ire & indignationis.*
- VIII.** *Quemadmodum Teremanus Athentensis, qui venenum bauriens Tyranno propinavit. Talem bibent calicem, qui recusant bibere calicem passionis.*
- IX.** *Orat forte transfire calicem istum, quem Indei miscerunt ne illis noceat.*
- X.** *Aut propter Apostolos, qui scandulum passurierant, & maximè propter perditum Indam, & futuros post eum proditores.*
- XI.** *Aut forte orat, ut transeat calix ad mundi universitatem, & bibant omnes ex eo salutem. Eia bibamus alacriter ?*
- XII.** *Orat, ut transeat in Martyres, quorum fortitudo ab hoc calice pendet, cum graviora Christus excusserit.*
- XIII.** *An forte petit auferri calicem, quem protoparentes in Paradiso miscerant, & ad ferrialium calicem passionis ?*
- XIV.** *Non*

XIV. Non est timentis, sed optantis votum, ut transeat calix, ut acceleretur passio, ut citè ebibatur & sanitatem afferat mundo.

XV. Quid si duos calices sibi propositos contemplaretur, & peteret, transeat antecedens dulcis; veniat consequens amarus.

Ecce ignis & ligna: ubi est victimæ holocausti? Gen. 22.

## I.

**Q**uidquid de Abrahami sacrificio sacerdotus depromit, totum id magnum illud in monte Golgothæ æterni Patris sacrificium adumbrat. Egreditur Abrahamus ad montem ducens secum duos iuvenes, & Isaac, triadem domesticam: Servator verò noster: v. 3.

Egressus est trans torrentem Cedron: assumpto Petro & duobus joan. 18. filijs Zebedæi. Jubet Abraham ut comites remotius considerant. Exspectate hic, &c. postquam adoraverimus revertemur ad vos. Chrysostomus legit: Sedete hic, & postquam S. Chrysostomus reverterimus revertemur ad vos. Et Servator noster ad suos s. post. bom. conversus: Sedete hic, donec vadam illuc & orem. In monte de Job. & constitutum Abrahamum alloquitur filius: Pater mi. Nec alia Filij Dei oratio ad Patrem æternum: Pater mi. Colligatur deinde Isaac & aptatur sacrificio: Cumque alligas. joann. 18. set Isaac filium suum. Evangelista verò de Christo: & ligave. v. 13. runt eum. Quid multa? eadem fuere præparatoria, diversum sacrificium. Colligatur Isaac & non occiditur. Dis. S. Chrysostomus cit. Deus Abraham, Abraham, non extendas manum tuam super s. cit. puerum. Quare non dixit filium, sed puerum? vilior erat, ut potest homo. Opus autem erat non seruo, vel puer, sed filio. Ne extendas manum tuam super puerum, contentus esto figura, veritatem cœspecta. Sic ratiocinatur Chrysostomus. Servabatur nimirum sacrificij veritas Filio Dei, in cuius persona solici-

licitum audio Isaacum : *Ecce ignis, & ligna : ubi est victimam holocausti?* Quæris de victimâ Isaac, pro qua teipsum designat pater, sed inscius venturi prophetat : *Dominus prævidebit sibi de victimâ*, qui non parceret unigenito filio suo : vera victimâ est Filius Dei. Hic in monte seipsum offerens in holocaustum patrem alloquitur : *Transeat à me calix iste* ; *Quod non ex mœrore aut metu suppliciorum, sed animo prorsus heroico expressum, mox ostendam.*

**I I.** *Transeat à me calix iste.* Nonnulli apud Salmeronem hoc genus orationis Christi sic exponunt, quasi mortem recusans petiisset alio medio salvari mundum. *Fac ut me non moriente & non bibente calicem, mors ipsa moriatur & mundus salvetur.*

Salm. To. 13. Sed hæc cogitatio ardentissimo Servatoris desiderio penitus repugnabat, qui non pridem dixerat : *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum.*

**Luc. 22.** Et alibi : *Baptismo babeo Baptizari, & quomodo coarctor donec perficiatur.* Quin & Apostolus de ipso loquens : *proposito*, inquit, *sibi gaudio sustinuit crucem.* Non fuerunt hæc gloriosa magis quam seria dicta. Inter nos plurimos invenies Plautinos milites, qui ad pocula Martem spirabunt, ad tubæ sonitum expallescunt. Servator noster semper sibi similis, nunquam respuit, quod semel optat. Con-

**S. Ambros.** gruentius orationem illius explanant SS. Patres *Ambro-*

*in Luc.* *sius, Leo, Chrysostomus, Theophylactus, Origenes, & alij quo-*

*S. Leo.* *rum opinione Servator, ut homo abhorret cruciatus, ut*

*7. de Passio.* *Deus illos exoptat ; ut homo petit transfer calicem hunc à*

*Chrysost.* *me ; ut Dei Filius ait : Fiat voluntas tua : ut homo fatetur :*

*Theophyl.* *Caro autem infirma : Ut Deus edifferit : Spiritus quidem prom-*

*Orig. in Comment.* *ptus est. Ambrosij effatum est : Transfer à me calicem istum,*

*D. Tho. 3.* *p. q. 18. a.* *quasi homo mortem recusans, quasi Deus sententiam suam servans.*

*6. ad. 1.* *Et D. Athanasius apud D. Thomam : quando Christus dicit :*

*S. Athanaj.* *Pater si possibile est transeat à me calix iste, & tamen non mea,*

*tib. ad. v.* *Apollinar.* *sed tua voluntas fiat : Et iterum : Spiritus promptus est, caro*

*autem infirma, duas voluntates hic ostendit : unam humanam que*

*propter infirmitatem carnis refugiebat passionem, & diuinam ejus*

*pron-*

*promptam ad passionem.* Verum recte hic D. Thomas advertit ne contrarjetas voluntatum inconvenienter admittatur in Christo : *quod hoc ipsum, quod aliqua voluntas humana in Christo aliud volebat, quam ejus voluntas divina, procedebat ex ipsa voluntate divina, cuius beneplacito natura humana motibus proprijs movebatur in Christo.* Quid ergo dicemus, mortis & cruciatum timore voluntatem humanam Christi desiderasse non pati, non mori, non crucifigi ? an potius sentiemus cum eodem S. Thoma : *Hoc autem est quod mortem refugiat, ideo ut hominem se ostendat, petit transire calicem a se.* Quis enim crederet verum hominem, qui tam horrida supplicia inconcussa & imperterrita prorsus mente subiret, nisi exteriore aliquo judicio proderet humanam naturam ab ijs abhorrere ?

S. Thome.  
Expos. in  
Matth.  
c. 26.

III. *Transeat a me calix iste.* Duplicem in homine appetitum agnoscunt Philosophi sensualem, & rationalem, quem utrumque D. Thomas voluntati tribuit, quae una cum sit ex actibus diversificatur ; unde ait : *Si loquamur de voluntate quae est actus, sic distinguitur in Christo voluntas, quae est ut natura, & voluntas quae est ut ratio.* Et alibi ad rem nostram : *Ex quadam dispensatione Filius Dei ante suam passionem permittebat carni eligere, & pati quae sunt ei propria. Manifestum est autem quod voluntas sensualitatis refugit naturaliter dolores sensibiles, & corporis lesionem.* Similiter etiam voluntas ut natura, repudiat ea quae sunt naturae contraria, &c. *Voluntas autem Dei erat, ut Christus dolores & passiones & mortem patetur, non quod ista essent a Deo volita secundum se, sed ex ordine ad finem humanae salutis.* Unde patet quod Christus secundum voluntatem humanae sensualitatis, & secundum voluntatem rationis quae consideratur per modum naturae, aliud poterat velle quam Deus : sed secundum voluntatem quae est per modum rationis semper idem volebat quod Deus. Quasi diceret ; naturale est omni viventi se conservare, & potissimum rationali homini, vitam desiderare potius quam mortem, cum melius sit esse quam non esse. Quia ergo Dei Filius cum natura hu-

Arist. I.  
Ethic. c. 13  
D. Thom.  
3. p. q. 18.  
a. 3.

Idem. 3. p.  
q. 18. a. 5.

na omnes naturæ proprietates assumpfit , naturaliter etiam voluntate rationis , quæ est per modum naturæ , horrebat mortem & hinc ajebat : *Transfer calicem hunc à me. Transeat à me calix iste :* Sed nihilominus attento fine , attento Patris imperio , voluntate quæ est per modum rationis eamdem mortem amplectabatur , & conformabat humanam voluntatem divinæ : *Verumtamen non quod ego volo sed quod tu.* Hic ego vos ad experimenta quotidiana voco . Dicite , quæ lucta , quæ concertatio diversorum motuum in vobis oriatur , cum amara medicina haurienda est , cum membrum à corpore præscidendum ad conservationem reliqui corporis ? reluctatur voluntas sensitiva , voluntati rationali ; hæc quippe finem optatum intuetur , illa in doloris sensu & cruciatu sistit . Quantum igitur Bellum quantam luctam in animo benedicti JESU fuisse credemus cum voluntati sensuali proponebantur intolerabilia tormenta , & mors ignominiosa ; & simul voluntati rationali salus humani generis , voluntas æterni Patris à qua ne hilum recedere potuit obedientissimus filius . Certabat unaquæque evincere , & satagebat natura pro sui juris defensione , ut se conservaret , ratio pro adimplendo præcepto , & redemptione mundi obtainenda . Sed tamen si ( uti fateri debemus ) Christus benedictus eo fine in mundum venerat , & ab instanti Conceptionis suæ sciebat se passurum , videbat omnem apparatus carnificinæ , cognoscebat inviolabile decretum Patris ; cur obsecro nunc in horto in eam orationem erupit : *Transeat à me calix iste.* Quid opus frustra petere , quod stante Patris præcepto se non impetraturum sciebat ? occurrit quæstioni iterum S. Thomas , qui

*D. Thom.* *3. p. q. 21.* *a. 4. ad. 1.* relatis Patrum sensibus huius sententiæ , subjungit : *Si vero intelligitur petijisse , quod non biberet calicem mortis & passionis , vel quod non biberet ipsum à iudeis :* non quidem est factum quod petijit , quia ratio quæ petitionem proposuit , nolebat ut hoc impleretur : sed ad instructionem nostram volebat demonstrare nobis

bis suam voluntatem naturalem, & motum sensualitatis quem sicut homo habebat. Ita S. Thomas : qui tamen fatetur plures sensus & expositiones esse allegatae sententiæ, & quis genuinus sit indecisum relinquit. Alios proinde nobis ulterius rimari concessum est.

I V. Transeat à me calix iste. D. Gregorius Nyssenus *S. Greg. Nyssen. in Catena.* considerans quam personam sustineret in horto Dei Filius, nostram existimat nobis ob oculos positam imbecillitatem cum ait : *Cum igitur alia sit voluntas humana & alia di-vina : loquitur quidem ut homo naturæ nostræ imbecillitatem ostendens, quippe qui nostras passiones in se susceperebat.* Debemus pientissimo Servatori exaggeratae affectum gratitudinis; utpote qui non solum in se recepit, quod nobis fuerat tolerandum, sed insuper exemplum præbuit, quomodo corruptæ nostræ naturæ renitentiam vinceremus. Abhorret illa ab omni adversitate, fugit labores, declinat ardua, sed *Tu contra audientior ito*, & Servatoris exemplo amplectere crucem quam exhibet, bibe calicem quem propinat. *Pro vita exorans ad patrem* ( inquit bonus Scriptor ) si possibile est transeat à me calix iste, ut hoc pacto exemplum esset nobis quomodo seipsum superavit. Laudatur David à Philistæo gigante prostrato, à decem millibus hostium profligatis, sed aureum os non prius agnoscit victorem, quam ubi seipsum superavit : *Non enim eo beatum & vi-horem prædico sanctum illum Davidem, quod hostem viderit, sub pedibus suis, sed quod illi* ( nempe Sauli quem in spelunca deprehensum occidere poterat ) *in manu dato pepercit.* Maximum ad beatitudinem momentum est sui victoria.

V. Transeat à me calix iste. Ad vos Theologi mea *le.* nunc se convertit oratio. Constanter afferitis Christum benedictum ab instanti suæ Conceptionis beatum fuisse, ac visione beatifica fruitum : docetis insuper non esse locum tristitiae, non doloris, non repugnantiae in anima quam beat visio Dei. *Beatitudo quippe est status omnium bonorum aggregatione perfectus.* Qui ergo possibile fuit, ut humanæ Boët. lib. 3. de Con. sol. Pbil.

mana in Christo benedicto voluntas vel pateretur molestiam, vel sentiret dolorem, vel oblitaretur voluntati rationali ac divinae, vel luctam excitaret motuum diversorum in anima?

*Arist. 7. Etbic. c. ult. S. August. Epist. 56.* *summa delectatio ut docet Philosophus excludit omnem tristitiam, omnem dolorem. Et D. Augustinus tradit: Tampotenti natura Deus fecit animam, ut ex ejus plenissima beatitudine redundet etiam in inferiorem naturam, que est corpus, non beatitudo quae fruentis & intelligentis est propria, sed plenitudo sanitatis, & incorruptionis vigor. Duo hic quaerimus: quomodo corpus Christi, & quomodo anima Christi pati potuerit, cum beatifica visio, & animam summè delectaret omni mœrore proscripto, & in corpus refunderet plenitudinem sanitatis excluso dolore.*

*S. Tho. 3. p. q. 14. a. 1. ad. 2.* *dio respondentem Doctorem Angelicum: secundum naturalem habitudinem, quæ est inter animam & corpus, ex gloria anime redundant gloria ad corpus: sed hæc naturalis habitudo in Christo subiacebat voluntati diuinitatis ipsius, ex qua factum est, quod beatitudo remaneret in anima, & non derivaretur ad corpus, sed caro pateretur quæ conveniunt naturæ passibili. Intelligo non ea lege unitam animam corpori ut ex necessitate sua illi privilegia communicet. Sed animam eamdem summè delectari gaudioque perfundi, ac simul summa labore anxietate & mœstitia, non satis capio. Respondet iterum S. Doctor. Virtute diuinitatis Christi dispensativè delectatio contemplationis sic retinebatur in mente, quod non derivabatur ad vires sensibiles. Quod exponens nonnemo ait: per*

*Morand. Trad. 1. de Incarnat. a. 5. ad. 3.* *Virtutem diuinam fuisse impeditum, ne appetitus sensitivus gaudio beatitudinis afficeretur; sed tantum detinebantur in parte superiori scilicet rationali; pars autem rationalis & inferior & su-*

*Suar. in 3. p. D. 30. q. 35.* *perior per potentiam Dei absolutam utroque affectu in summo affectu poterat. Nihil opus ad absolutam potentiam recurre-*

*Lugo. D. re, subscrivo S. Ambrosio, qui in Christo duplicem quasi 22. sed. 2. personam considerans, propriam scilicet & alienam, ita*

*S. Ambros. incap. 22. in rem præsentem differuit. Pro me doluit, qui pro se nihil Luca. habuit quod doleret; & sequestrata delectatione diuinitatis æternæ,*

ne, tedium infirmitatis afficitur. Sequestrata inquit ac seposita, & quodammodo compressa delectatione visionis beatæ pro homine doluit, quasi esset purus homo. Unde rectè Maldonattis ad hunc locum: *Sunt qui respondeant beatum fuisse superiore tantum animæ parte : corpus enim illius nondum fuisse beatum, quia ut pati posset, nondum se in illud beatitudo effuderat : tristitiam autem fuisse in inferiore parte quæ in corpore est. At Christus animam suam usque ad mortem tristem esse affirmat, quo verbo ostendit omnes animæ suæ partes occupasse ; Et paulo post dicit : non sicut ego volo sed sicut tu, Eccl. Ubi haud obscurè significat, se etiam voluntate quæ superior anime pars est, fuisse tristatum mortenque refugisse. Et verò ex eo loco sexta synodus generalis, alijque auctores veteres probaverunt duas fuisse in Christo voluntates, diuinam & humanam. Itaque eorum subtilitas, qui voluntatem hic interpretantur partis sentientis appetitum, probanda non est. Melius igitur alij dispensatione quadam factum fuisse, ut cum Christus beatus esset, tristitiam etiam in superiore animæ partem admiserit : nam sicut beatitudinem suam cibere potuit, ne defueret in corpus ut pati posset; ita premere eam potuit & quodammodo occultare, ut ad tempus tristitie cederet. Hoc igitur sensu etiam dixisse Christum Transeat à me calix iste. ut secundum humanam voluntatem recusaret mortem, quod vitiosum non erat, cum apponeret conditionem si possibile est, si tibi placet, si tuæ voluntati non est contrarium, licet existimare.*

V I. *Transeat à me calix iste.* Oratio hæc nostræ typus est orationis : sic orandum ad patrem ut filiorum explamamus officium. Sciebat Christus decretum Patris de calice passionis pro salute humani generis exhauriendo, sciebat Decretum Patris nequaquam mutari posse; sciebat inquam sine ulla obscuritate, sine ulla falsitate aut falsitatis periculo, unde nec dubitare potuit, utpote non tantum scientia infusa, & cognitione independente à sensibus ac Phantasia, verum etiam scientia & cognitione intuitiva in verbo ac beata. Quid ergo tanta contentione

*Maldonattis  
in c. 26.*

*Matth.,  
Valent. To*

*4. in 3.p.  
D. i. q. 9.*

*Canus de  
locis lib.*

*12. c. 14.*

*Lugo. de  
Incarn.*

*Diss. 20.  
scđ. 2. n.*

*29. Et seqq.*

tentione tertio repetit eumdem sermonem, ac petit quod non erat impetraturus? Nostro id serviebat documento, ut feramus aequo animo, si non impetremus quod per naturae imbecillitatem petimus. Huc intendebat S. Leo Papa cum haec verba explanans dicebat: *Demonstratum est quid possit a trepidante orari, & quid non debeat a medente concedi. Quia enim nos quid oremus, sicut oportet nescimus, & utile nobis est ne fiat: plerumque quod volumus Deus justus & bonus, quando ea que nocitura sunt petuntur, negando miseretur.*

*Eodem sensu Venerab. Beda: Appropinquans Passioni Salvator infirmantium in se vocem sumpsit, ut cum hoc imminet, quod fieri nolumus, sic per infirmitatem petamus, ut non fiat, quantum per fortitudinem parati sumus, ut voluntas conditoris nostri, etiam contra nostram voluntatem fiat.* Medicum agit Deus, aegritudinem nos ex veteri Adamo contraximus, quam in se recepit novus Adam. Oravit ille ex nostra infirmitate transferri calicem, quem tamen ex sua & patris voluntate ultiro exhaustit. Nos igitur orare docuit, ut cum petimus transferri calicem, hauriamus nihilominus impavidè cum Medicus aliam denegat medicinam. *Disce Deo esse subiectus, ut non quod ipse vis eligat, sed quod*

*S. Ambros. Deo scias placitum, monet nos D. Ambrosius.*

*in Luce.  
lib. 10.*

*Psal. 74.  
v. 9.*

*s. Cæsar.  
Dist. 4.*

*Didac. de  
Baæza. To.  
I. in Evan.  
lib. 4. c. 1.  
f. 6.*

VII. *Transeat a me calix iste.* Ad quem transibit bone JESU, si a te transeat? cui propinabitur si tibi auferatur? *Calix in manu Domini plenus mixto, verumtamen sec eius non est exinanita; hunc calicem infudit Deus reprobis & spiritibus e celo deturbatis, qui sub Pharaonis typo demersi sunt in mari rubro, & in profundum missi.* *Transeat a me calix iste.* Illudit Dominus intellectui Pharaoni ( inquit D. Cæsarius Gregorij Nazianzeni frater ) cum exercitu suo Aegyptiorum daemonum; invisibiliter flagellato & submerso ipso, per hoc quod dicit: *Pater si fieri potest, transeat a me calix iste.* Ad quæ celebris Doctor adjungit: *O efficax orationis vis!* orat Dei Filius, ut a se in hostes humani generis ejaculetur calix sui sanguinis, & cum primum orat omnes perimit & submergit

git Pharaonis potestates, diabolicos exercitus. Christi sanguis  
mare rubrum est quo submergitur tartareus Pharaon  
cum exercitu suo, cum reproborum multitudine, qui  
bus in opprobrium, in subsannationem erit Passio Chri-  
sti. *Nam afficent in quem confixerunt.* Sic illudit Deus in-  
tellectui Pharaonis, quem jubet haurire calicem iræ &  
indignationis suæ, eo quod noluerit agnoscere Salvato-  
rem, qui babit amarum calicem passionis pro mundi sa-  
lute. Author vitæ S. Edmundi illustre in rem nostram ad-  
ducit testimonium. Obrutus hic sanctus quadam die  
occupationibus neglexerat pro more contemplari Passio-  
nis Christi mysteria. Cumque noctem penè totam im-  
pendisset studijs, somno se dedit fessus. Apparuit tunc  
illi tetro vultu antiquus hostis, & volenti formare crucis  
signum manum arripuit ne posset levare. Ipse verò con-  
fusus in Domino quasi ambidexter læva tentabat quod  
dextra prohibebatur: hanc quoque involavit dæmon, &  
instar gravissimi saxi super sanctum se projecit. Conver-  
sus oratione cordis ad Dominum Edmundus importu-  
num onus excussum, & exsurgens adjuravit dæmonem,  
*per aspersionem sanguinis Christi*, ut fateretur quid illud sit  
quo potissimum ab infestationibus coerceri possit: Et  
dæmon: *Per illud, inquit, quod nunc nominasti.* Videlicet per  
sanguinis Christi aspersionem. Sic illudit Deus intellectui  
Pharaonis: sic mundi Servator infernalem potestatem  
coercet, sic debellat hostem humani generis: & calix in  
monte Oliveti ipsi propositus ab eo transit ad bonos, ut  
eos servet; ad malos, ut eos perdat, quia *mors est malis* *Hymn. D.*  
*vita bonis.* *Itho.*

VIII. *Transeat à me calix iste.* Insistamus discursui.  
Teremanus Atheniensium Imperator à Cyricio Tyranno  
injustè damnatus, cum calicem veneno plenum propè  
exhaustisset, reliquum quod remanserat effudit in terram  
cum dicto: *Propino Cyricio;* futurum præsagiens ut ipse  
quoque Tyrannus brevi extingueretur. Id commemo- *Cic. lib. xl*  
rans *Tusc. qq.*

rans Cicero ajebat de Theremane : *Lusit vir egregius extremo spiritu, verèque ei qui sibi venenum præbuerat mortem est auguratus.* Ità prorsus in monte Oliveti Servator noster illudit intellectui Pharaonis, cum à patre postulat calicem à se transire, & propinari Principi tenebrarum ejusque affeclis. In ultima cœna propinavit ipse discipulis merum nectar & ambrosiam : in horto Pater æternus illi propinat amarum calicem Passionis : *Per calicem* ( inquit Hugo Cardinal. ) ubique ferè intelligitur Passio. Unde idem Cardinalis ad illa Psaltis Regij *calix in manu Domini adjungit : fuit propriè ejus Passio & tribulatio, quam in terra pro nobis sustinuit.* Porro cum pati & tribulari commune sit probis & improbis, sub diverso respectu propinatur calix his & illis. Probi sponte arripiunt calicem passionis, & cum

Hugo Car.  
din. in c.  
26. Mat.  
thæi.

Idem in  
Psal. 7.

Psal. 115.

Davide profitentur :

Hugo.  
Card. cit.

Psal. 11.

Bern. de  
Bustis in  
Rosar. P.  
2. & serm.  
7. P. 3.

Doultrum.  
Ped. 19.  
Cbriss. P.  
2. To. 2 c.

18. st. 4.

*Calicem salutaris accipiam.* At verò improbi & peccatores, qui recusant hunc calicem de quo bibit Servator noster, fæces bibent coacti. Etenim ut allegatus Cardinalis differit : *Illi qui hic volunt bibere jucunditatem peccati, & nolunt bibere mixtum; tandem bibent non mixtum sed fæces puras : unde ait Propheta : verumtamen fæc ejus non est exinanita. sex calicis Domini pœna est inferni, quæ non exinanietur, quia perpetua erit. Bibent omnes peccatores terræ.* Probis calix salutaris porrigitur & bibunt ex eo sanitatem;

improbis verò calix iræ & indignationis *Ignis & sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum.* Quia in hac vita nolunt bibere calicem passionis, nolunt sibi applicare merita effusi sanguinis Redemptoris ; quod illi iuveni

accidisse credendum, de quo *Bernardinus de Bustis*, & post eum alij commemorant. Fuit inquit juvenis dissolutæ & licentiosæ vitæ qui sæpè à contubernali monitus, ut resipisceret, joco semper eludebat monentem, futurum adhuc tempus ad vitæ finem, quo pœnitentiae operam daret. Non multò post ingravem incidit morbum, & iterum iterumque Sodalis opportunus importunus monitor adfuit, qui ad seriam tandem confessionem proposita

Dei

Dei misericordia , quam toties sanus & valens ad vitæ terminum distulisset, hortabatur. Sed furdo canebatur fabula. Hic ergo toties elusus , animo conturbatus & tristis ab ægroto recedens nocturnæ se dedit quieti , secundum quam visus est sibi videre Christum benedictum, eo habitu quo à Pilato olim lacero flagellis corpore , & spinis coronatus , Judæis è superiori loco ostensus fuerat, ægrotanti adstantem , & hisce cum verbis alloquens tem : *Ecce lacerum spinis caput , & totum vulneribus saucium corpus : sed Ecce apertum latus : hic tibi etsi indigno parta parataque est Dei misericordia , si modo vitam tuam præteritam de-testatus, ad me convertaris.* Ad quæ adolescens ægrotus : *Scio Domine magnam esse misericordiam tuam sed neque minorem esse iustitiam, cui cum nullo meo merito satisfacere possim ; non video quomodo hanc salvā , à misericordia peccatorum veniam sperare possim.* Subintulit iterum Christus : *A misericordia mea vales & debes sperare veniam , quia pollicitus sum eam humiliter petenti nunquam negare.* Verum miserandus adolescens pergit iustitiam misericordiæ opponere, atque cum nihil boni in se, quo misericordiam mercatur inveniat , se totum iustitiae illius rigori desperatâ salute tradere. Hic tandem Christus indignatione plenus expressum de laterris vulnere sanguinem in moribundi faciem coniiciens : *Hic, inquit , sanguis meus in die judicij testis erit oblat.e tibi à me misericordiæ , quam per insanam obstinationem tuam , ac summan ingratitudinem tuam contempsti.* Tam tristi spectaculo expergefactus ægroti contubernialis, accurrit visa ægroti narraturus , sed quæ Dei sunt judicia & justæ in obstinatos misericordiæ divinæ contemptores , animadversiones ; hominem jam mortuum reperit , & ne somnia crederet, quæ fuerunt visa , faciem ejus recenti sanguine invenit maculatam. Misericordissime JESU ! transeat à me calix iste, calix iræ & indignationis tuæ, veniat calix Salaris , calix pretiosissimi sanguinis tui *calix benedictionis.* *1. Cor. 10.*

*IX. Transeat à me calix iste.* Videbat benignissimus *v. 16.*

Servator calicem hunc à Patre quidem sibi oblatum , sed à Iudæis contribulibus amaritie impletum , ac letifero succo, rogit igitur Patrem ne hunc calicem bibat, ne illis imputetur in culpam qui eum felle & absynthio repleverunt. Est hæc cogitatio S. Hieronymi dum ait : *Postulat non timore patiendi, sed misericordia prioris populi, ne ab illo bibat calicem propinatum : Unde non dicit : Transeat à me calix ; sed calix iste, hoc est populi Iudeorum, qui excusationem ignorantiae babere non potest.* Non expavescit tormenta , qui tota divinitate armatur, non refugit mortem qui author est vitæ , non recusat calicem quem desideravit, sed miseretur infelicissimæ gentis , & eius interitum , quem subsecuturum prævidet, aversatur. Eadem mens

*Origen. in Luc.* fuit Origenis : *sine passione mea ( inquit ille sub persona Christi ) omnia illa bona proveniant, quæ per passionem meam sunt proventura. Transeat passio hæc à me, ut & mundus salvetur, & Iudei in passione mea non pereant.* Si autem sine perditione querundam , multorum salus non potest introduci , quantum ad justitiam tuam non transeat : Non recusat passionem, sed passionem cum interitu populi quondam electi : paratus pati omnia quæ in eius tormenta parabantur, dummodo populus non patiatur.

X. *Transeat à me calix iste.* Tristitia in horto conceptæ correspondet oratio. Tristabatur bonus JESUS propter scandalum quod passuri erant Apostoli, propter ruinæ unius de collegio Apostolico ; horum proinde memor Patrem orat, ut calix scandali , calix Apostolicæ fugæ transeat , etsi tandem eos contingat delinquere citò & velut per transitum videantur delinquisse. Hunc esse

*Guilielmi Pepini sensum verba ejus manifestant : Orabat Christus, ut calix sue passionis, id est scandalum quod tunc habuerunt ejus Apostoli, in ipsis non remaneret, sed citò transiret.* In

*Pepini serm. 1. de Passio.*

*S. Hieron. in Mattb. op. Leg.* mentem sibi fortè reduxerat hic author dictum S. Hieronymi : contristabatur non timore patiendi , quia ad hoc venerat ut pateretur, & Petrum timiditatis arguerat , sed propter infelicissimum

*mum Iudam, Scandalum omnium Apostolorum, Ejectionem populi Iudeorum.* Adeò solicitam curam de suis habuit solertissimus Paterfamilias, ut non perderet ex eis quemquam. Sed potissimum ejus angebat animum infelicitissimus Judas, qui jam tunc hauriebat *calicem ire & indignationis*. Ah transeat vel iste calix, serva eos Pater, serva perditum Iudam ! serva sub persona Iudæ multa millia proditorum ! Mi JESU servabitur Princeps Apostolorum : negatia ejus citò transibit, servabitur dilectus discipulus Joannes & cruci asistet ? servabuntur alij Apostoli, quid tibi curæ est unus Judas qui te tradet ? Nempè tanta illi est solicitude de una ove perdita, quanta de nonaginta novem obsequentibus.

XI. *Transeat à me calix iste.* Noverat Servator mundi ab huius calicis haustu pendere salutem totius mundi : noverat posse totum mundum salvari suis meritis, defuturam tamen in quamplurimis applicationem meritorum. Quid ergo mirum si avidus salutis totius mundi orat : *Transeat à me calix iste :* transeat in omnem hominum universitatem ; bibant inde omnes salutem suam, non perditionem. Id ex ingenio Didaci de Tanguas, qui ajebat : orat, *ut quemadmodum omnia hominum peccata in eum translata sunt, ut in ipso vindicarentur, & delerentur ; ita etiam meritum passionis suæ transfiret in omnes homines, ut ab ipso viviscarentur & salvi fierent.* Conformia sunt quæ meditatur supra allegatus Pepinus : *Christus oravit pro omnibus filiis delibus & predestinatis ad credendum, ut scilicet calix id est meritum suæ passionis transfiret ab eo usque ad ipsos quantum ad efficaciam.* Et mox subnectit : *Nam quotquot ex tunc salvi sunt, hoc consequuntur in virtute calicis effusi Dominici sanguinis.* Agnoscis Petre, agnoscis Paule, quantum tibi hic haustus profuerit ? In eum te statum reduxit, ut possis salvifi velis. Vide ut proficiat in vitam æternam. *Clama ergo, clamat idem Pepinus, clama ergo hodie popule christiane cum populo Iudaico, aliâ tamen intentione : sanguis ejus super nos, &*

*Didac. de Tanguas.*

*Trad. de Pass.*

*Pepin. sup. cit.*

*Apocal.*  
14.

*1. Cor. 10.*  
v. 16.

*Didac. de Celada in Tob. g. 85. n. 4.* Super filios nostros. Super Iudeos venit ut calix effusus iræ & indignationis. Etenim hic bibit de vino iræ Dei, quod missum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure. Nos verò bibamus sanguinem Domini, de quo Aposto-

lus : *Calix benedictionis cui benedicimus nonne communicatio sanguinis Christi est?* Adlaboremus, ne fortè in judicium bibamus, ne calix iste nobis potius noceat, quam proficiat.

XII. Transeat, à me calix iste. Miratur nonnemo : & quærerit quid est transeat à me calix iste ? An Christus ultrò admissam expræcepto Passionem deprecatur ? an Dei efficacem voluntatem rogando frustrari satagit, &c. In cuius auribus non peregrinatur ista vox : *Transeat à me calix iste ? quis est hic calix ?* Et sane ab ipso Christo debet pertransire, sed ad quem transeat non facile divinatur. Divinat tamen ipse adducens effatum S. Hilarij. *Transeat, inquit, à me calix iste : quia pati nisi ejus passione non possumus.* Ergò in Martyres, in afflictos, in tribulatos, in mœstos, in eos qui persecutionem patiuntur transire debet hic calix, qui eis vires addat, languentes excitet, pusillanimes reddat animosos. Quasi dicere : mihi porrigere solatij poculum, me animare ad dolores, ad tormenta, ad mortem ultroneè suscepitam necesse non est : transeat ergo ad alios qui pericitari possunt, transeat ad fideles ingentes cruciatus pro nomine meo subituros, *quia pati nisi mea passione non poterunt.* Aliam sententiam adducit ex S. Hilario Doctor Angelicus : *Quod autem ut à se transeat rogat, non ut ipse prætereatur orat ; sed ut in alterum id quod à se transit accedit : atque ideo pro his orat, qui passuri post se erant, ut sit sensus : quomodo à me bibitur calix iste passionis, ita ab his bibatur sine spei diffidentia, sine sensu doloris, sine metu mortis.* Et sane non petit ut transeat & non accedit, quomodo enim transiret si non accederet ; prælibatum ergo sua pressuris vestigia Martyribus & aliis fidelibus vult porrigi, ut à se ad illos idem poculum, cum eadem virtutis & fortitudinis efficacia transferatur,

quod

*S. Hilar. can. 3. in Matthæ. p. q. 21. a. q. ad. 1.*

quod observans S. Dionysius inquietabat : *Quod dicit transfer S. Dionys.*  
*calicem istum à me, non hoc est, non adveniat mibi : nisi enim ad-* <sup>Alex. and.</sup>  
*venerit transferri non poterit.* Sed petit transferri in pugni  
 les suos generosos athletas, ut alacri animo eum bibant,  
 in Stephanum ut lapides immotus excipiatur, in Laurentium, ut lætus flamas admittat, in Petrum ut crucem  
 ascendat, in Paulum, ut gladio jugulum præbeat, in Jo-  
 annem ut securus calicem venenatum bibat, in Cathar-  
 inam ut rotarum cuspides contemnat &c. hi quippe  
 pati nisi ejus passione non possunt. Quid? ejus passione? ejus  
 inquam passione, quia passio Martyrum est ampliata  
 quædam & extensa passio Christi. Iam tunc in horto ja-  
 ētabantur in Christum lapides Stephani, subdebantur  
 flammæ & ignes Laurentij, parabatur Petri crux, Pauli  
 gladius, Joannis venenum, Catharinæ rotæ, &c. Quo  
 haud dubiè respexerit Rupertus Abbas exclamans : *Jam Rup. Abb.*  
*credo à Beate Beatorum signifer Stephane, cum Christus dice-* <sup>lib. 6. de</sup>  
*bat : transeat à me calix iste, audiebat voces tuas, & quos suscep-* <sup>Trin. c. 3.</sup>  
*pturus eras numerabat lapides, cum eadem nocte oraret, essetque*  
*sudor ejus sicut guttae sanguinis decurrentis in terram.* Hinc illa  
 Pauli magnanimitas, animosè jactantis : *omnia possum in eo Pbil. 4. v.*  
*qui me confortat.* Hinc omnes Apostoli : *Ibant gaudentes à* <sup>13.</sup>  
*confœtu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine J E S U* <sup>Addo. 5. v.</sup>  
*contumeliam pati, quando illis propinabatur ignominiae salub-* <sup>41.</sup>  
*re & purgativum poculum ut loquitur Joannes Climacus :* <sup>Joann. Cli.</sup>  
*quia videlicet patiebantur Christi passione, & pati nisi mac. de i-*  
*eius passione non poterant.* <sup>fug. gradu.</sup> <sub>2.</sub>

XIII. *Transeat à me calix iste.* Statuite vobis AA. ante  
 mentis oculos Christum benedictum, non ut Dei filium  
 sed ut erat formam servi accipiens, & cogitate hominem  
 mortis reum quales eramus omnes natura filii iræ. Nun-  
 quamne vidiitis extremo addictos suppicio sitibundos  
 potum petere? Talem cogitate mundi Redemptorem :  
*Qui in diebus carnis sue preces supplicationesque ad eum, qui pos-* <sup>Hebr. 5.</sup>  
*set illum salvum facere à morte, cum clamore valido, & lacry-*  
*mis*

*mis offerens exauditus est pro sua reverentia, ut loquitur D. Paulus. Quid ita? exauditus est? & petijt ut transeat calix iste? Meminerat illius calicis, quem protoparentes in Paradi-*

*fo exhauserant, hunc auferri petit, alium substitui : Pa-*

*Jerem. 31. tres nostri comedunt utram acerbam, & dentes filiorum obstupe-*

*v. 29. scunt. Lamentatur olim Jeremias Propheta : immatu-*

*rum & acerbum mustum biberunt Adamus & Eva, & haec*

*quidem prior lethale poculum marito, & in marito po-*

*steritati omni propinavit. Unde Alcuinus : O utinam po-*

*culum suum ebria illa Eva, aut totum ebibisset, aut totum effudis-*

*set ! Sic quippe posteris nullum allatura erat nocumen-*

*D. Thom. tum, ut D. Thomas & plerique melioris notæ Theologi*

*I. 2. q. 81. opinantur, qui docent Evā solā peccante, peccatum in*

*a. 5. posteros non transiturum. In eundem sensum loquitur*

*Alex. p. 2. q. 105. D. Chrysostomus de Eva : Ut di-vinitatem mente sua imaginata*

*Durand. est, ad esum properavit, & illuc postea fixit & cogitationem &*

*in 2. d. 31. q. 2. mentem, & nihil aliud considerabat, quam ut calicem à maligno*

*Felix de dænone temperatum epotaret. Hunc ergo calicem Servator*

*peccat. c. 9. petit transfire, & finem imponi humanæ infelicitati. Tran-*

*d. 3. sefat à me qui totius humani generis servilem personam*

*S. Chry- sustineo calix iste in Paradiso propinatus : offeratur aliis*

*soft. hom. 16. in Ge- nef. qui sit medicina & antidotum universalis ægritudinis.*

XIV. *Transeat à me calix iste.* Videtur Marcus literalem huius orationis sensum attingere cum refert : *Ora-*

*bat, ut si fieri posset transire ab eo hora. Quod non tam re-*

*nuentis, quam ardentissimè optantis est : Unde & ad dis-*

*cipulos ajebat : Baptismo habeo Baptizari & quomodo coar-*

*Beda Theo- flor donec perficiatur. Quæ verba Beda, Theophylactus & Eu-*

*phyl. Eu- thymius sic exponunt, quasi Christus non suā, sed nostra*

*Maldon. in c. 12. causa mortem optaverit ; non ut se corpore, sed ut nos*

*Lucas. morte liberaret, & ut patris sui suo perfunctus munere,*

*satisfaceret voluntati. Et Maldonatus hos allegans : hec*

*inquit, non sunt verba timentis, sed optantis : angi enim se di-*

*cit, quod ejus mors tamdiu differatur. Sic verba & orationem*

*Christi in horto intellexit S. Catharina Senensis, quæ sub*

*perso-*

persona Christi ita differit : *Tempus est, ut hic calix, quem ab B. Raym.  
instanti meæ Conceptionis bibi per desiderium usque in hanc horam,  
tandem aliquando patiendo atrocissimam mortem, quam mihi para-  
tam video, à me reipsa bibatur.* Et ideo accelerari desidero : nam  
*semel ebibitus transfibit à me completâ obedientia tuâ, & restituto  
tibi ô Pater honore, & hominibus salute.* O plena charitatis  
oratio ! ô ingens pro ingratis patiënti desiderium ! *Trans-  
fusat à me calix,* quasi diceret : effice ô Pater ut intensivè  
quantocyūs patiënti pro mundi salute, quod extensivè pa-  
ti deberem, ut tanto citius mundum ab interitu vin-  
dicem.

XV. *Transfusat à me calix iste.* Si purus homo esses  
Christe mi, omnino mihi persuaderem orationem hanc  
à metu mortis, & cruciatum extortam. Nunc cum  
sciam te Deum esse & hominem, in varias distrahor cum  
SS. Patribus cogitationes. Et memor saepius verborum  
tuorum : *Desiderio desideravi hoc Pascha* idest Hebræo-  
rum modo loquendi *vehementer desideravi*, in eam devenio  
conjecturam, ut arbitrer à vehementi amore tuo in ge-  
nus humanum profectum hoc oraculum. Petis ut *trans-  
fusat à te calix*, nec contentus nominare calicem, addis  
etiam *iste.* Quasi duo obversarentur ante oculos men-  
tis, dulcis *iste*, amarus ille. Ne tu mihi disertus orator es,  
qui è Philosophorum scholis mutuum arripis loquendi  
modum. Familiare est Philosophis concertantibus de  
veritate, usurpare illa : *Transfusat antecedens : nego consequen-  
tiam.* Videris tu mihi de gemino calice ex Laconismi præ-  
ceptis paucō verborum ambitu multa complecti.

*Fæcundi calices quem non fecere disertum?*

*Horat. lib.*

Ille plenus delitijs & solatijs, hic plenus amaritudi- *I. Ep.*  
ne ; ille ad lætitiam exhilarans, hic ad lamenta impel-  
lens. Lætitiae reor calicem, quem transfire cupis, *tran-  
fusat antecedens gaudium & consolatio ex consortio divini-  
tatis emanans*, & veluti abscondatur beatitudo, *concedo  
consequens* poculum fellis & absynthij, mœroris & desola-

tionis, & tamen *nego consequentiam*. Nulla quippe amaritudo generatur ex beatifico gaudio : nec tibi debetur ulla tristitia, qui es sempiterna beatorum voluptas. Dolor & mœror quem *sequestrata delectatione diuinitatis amplecteris*, consequens est ad nostram prævaricationem : hunc tuæ animæ liberè concedis, ut animas nostras libertati restituas. Hoc sensu locutum reor Paulum de *Palatio* : *Cum sit Pater misericordiarum & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: ipse Pater sua oratione detinuit, ne suum dolorem mitigaret. Et hunc credo esse sensum orationis Christi cum ait: Transeat à me calix iste.* Sic Palatios. *Transeat ille quem ab instanti Conceptionis bibi transfuso beatitudinis gaudio in corpus, & prematur tantisper gaudium donec ebibam alterum, quem peccata hominum cruciatibus & doloribus impleverunt.* Non admitto jam solatia, sepono gaudia, ut tanto amplius patiar.

**XVI.** *Transeat à me calix iste.* Vel exinde licet divinarre, geminum calicem obversari ante oculos orantis benignissimi JESU, quod passionem calicem appellat. Usus calice in suprema cœna ad corporis refocillationem, in horto quoque calicis meminit, non qui mœrorem tem-

*Theoph. in Comment.* peret, sed augmentet. *Calicem* inquit *Theophilactus*, *passionem appello, quia dulcis & desiderabilis mibi veluti potus: ideo transeat calix iste, alter veniat amarulentus.* Quasi innueret menti Servatoris propositos duos calices passionis, unum illius passionis quam defacto sustinuit, alterum adhuc acerbioris saltem extensivè. Unde quasi videtur dicere: *Transeat calix iste passionis, quæ die crastino terminabitur, licet acerbissimæ: aliis veniat amarior, qui tormenta omnia geminet, & si non per continua incrementa augeat, in longum extendat.* Tanta videlicet in Christo benedicto sitis fuit tormentorum, tantum desiderium, ut hæc quæ modo pro nobis passus est ceu levia, ceu jucunda & dulcia æstimaret, ac graviora appeteret. Id considerans mellifluus Doctor, & allegata verba *Transeat à me*

à me calix iste, cum illo in cruce prolato sitio componens, ita Servatorem alloquitur: *Quid est hoc? antequam gustes & S. Bern.*  
*bone JESU, peris calicem omnino auferri; & postquam bibisti si- Trad. de*  
*tis? ut video mirabilis potator es tu. Et nonnullis interjectis*  
*pass. c. i.*  
*subiicit: quando passionis calicem, quem antea roga veras auferri,*  
*jam exhausisti dixisti sitio: dilectionis erga nos tuæ magnitudinem*  
*commendans, tanquam dices: quamvis passio mea, tam acerba*  
*fuerit, ut quantum ad humanitatis sensum illam declinare petiverim;*  
*tamen tua ô homo me charitate vincente, & ipsa tormenta*  
*crucis superante: abhuc plura, & majora si necesse sit sitio subire*  
*tormenta. Non dissimile huic documentum est S. Ger- S. Gertrud*  
*trudis monentis, ut homo crucifixi imaginem intuens il- ap. Barry-*  
*lam ad se vocem emitti cogitet à crucifixo: Vides anima in An.*  
*sando.*  
*mea, ut ego amore tui cruci nudus affixus sim ab omnibus dereli-*  
*ctus, & ab omnibus corporis partibus vulneratus. Et tamen ad-*  
*buc ita te amo, ut si consultum esset, & tu liberari non posses alii-*  
*ter, pro te omnem pœnam & crucem quam passus sum, denuò vel-*  
*lem pati. Quo & illa venerabilis Bede referam: Christus Beda. in*  
*inquit, suam mortem ex vi tormentorum accelerari videns, & Matth.*  
*volens diutius pro nobis ferre tormenta, hanc amorem refertam que-*  
*rimoniam proposuit Patri: Pater cur tam citè me mori disposuisti?*  
*cur non moras protractabis, ut magis magisque pro hominis amore pa-*  
*tiar? O ardentissimum amore nostri cor amantissimi JE-*  
*SU! ô incendium inextinguibile! Iactet antiquitas*

*Serpens, sitis, ardor, arene*

*Lucan lib.*

*dulcia virtuti, gaudet patientia duris.*

*9. bell. ci-*

*vil.*

Jactet suos Annibales Macedonia, suos Socrates  
 Græcia, suos Mutios & Catones Roma, quibus dulce  
 fuerit pati; nihil est horum virtus ad mei Servatoris de-  
 fiderium pro me patiënti. *Quos fortes vis dari? ait bonus Clar. Ba-*  
 author, *Mutios spectatores distillantis in foculo dextre, pœnas varse. in*  
*irriti nescio cuius conatus à se exigentes? Catones post Amphi-*  
*syrtes ludibria serpentium ejicientes non emittentes spiritus? an*  
*Porciam non parenti, non conjugi degenerem, cum negasset fortuna*  
*ferrum, carbone vitam extrudentem? Ec. Vicerunt bi quidem*


illud momentum efflandæ anime ; sed eos aut indignatio vicit infelicitatis eventus , aut alienæ potentie livor , aut majoris mali metus excussit. deerant animi ad multas mortes in longa servitute , exilio, paupertate, &c. Hoc non est fortè esse diligere minora , mansuetiusque malum. Alium dabo qui paratior sit ad subeunda tormenta , quam crudelitas ad irroganda. Illum nempe qui conqueritur moras non protrahi ut magis magisque pro hominis amore patiatur : Illum qui à Lætiensi Abbatे Bloſio sic loquens inducitur : Si fieri posset & Patri gratum foret , vel millies ad salutem omnium vestrum crucifigi , & ad extreum usque judicij diem in hisce miserijs doloribusque hic pendere optarem. Ubi estis delicatuli & mollicelli mundanæ prosperitatis venatores , qui omnem adversitatis occasionem studioſiſſimè declinare conamini , quibus importabile videtur jugum, quadragintadialis jejunijs observatio, qui nullum proximi obliquum intuitum , nullam molestiam in vitæ instituto , nullam adversitatem in fortuitis casibus , nullum defectum in rebus domesticis , nullam accidentem cœli intemperiem, sine impatientia, murmuratione , ac ſæpè in Deum Blasphemia tolerare potestis ? Filius Dei, innocentia ipsa, delicatissimus filiorum hominum, ultroneā ſuimet oblatione, Patri ſuo obediens , in acerbiffima tormenta consentit , gravissimos corporis & animi cruciatus non tam patitur, quam diutius pati concupiscit. O Magnanime Isaac ! o patientiſſime JESU , quam pauci

S. Mechtilde grat.  
spir. lib. 2.  
cap. 20.  
Corn. in  
Luc. 12.

funt, qui cum diva tua Mechtilde ex animo fentiant : omnis animæ ſalus & beatitudo in hoc confitit, ut jam hoc jam illo modo aliquem dolorem aut molestiam patiatur ! Quam pauci sunt, qui cum Laurentio à Valeriano Imperatore minis tormentorum appetito exclament : Non eſt famelicus , qui eſcam, nec ſitiens qui potum , dēſiderat tam avidè , quam ego hæc omnia tormenta ambo & ſitio , ut amorem amori , dolorem dolori , mortem morti rependam Chriſto meo. Quam pauci ſunt, qui vel hoc ſacro Quadragesimæ tempore modicum de calice Domini libare velint , modicum ſalubris mortificationis

Bloſ. de  
paſſio.c.18.

tionis sponte suscipere, qui dicant cum Propheta : *Ca- Psal. 115.*  
*licem salutaris accipiam & nomen Domini invocabo.* Frustra <sup>v. 13.</sup>  
 clamat bonus JESUS : *Transeat à me calix iste ad Petrum*  
*ut jejunet, ad Paulum ut subinde humi cubet, ad Jaco-*  
*bum ut injurias æquo animo ferat, ad Joannem ut neceſ-*  
*sarijs patienter careat.* Amarus est nobis calix quem pro-  
 pinat Salvator, quia ab obſervantia filiali degeneramus.  
 Christus ut meditatur *Maldonatus* : *Patris cognita volun-* <sup>Maldon.</sup>  
*tate mortem calicem id est rem sibi jucundissimam appellat : nihil* <sup>in c. 26.</sup>  
*enim non dulce, nihil non suave est obedientie.* Sed premamus <sup>Matth.</sup>  
 Servatoris vestigia, redamemus amantem, compatia-  
 mur pro nobis patienti, rependamus vices ex lege aman-  
 tium. Dicamus cum sponsa & *Hugone Cardinali* : *Dilectus Hugo Car.*  
*meus mibi & ego illi : id est, ad meam utilitatem bibit calicem Paf.* <sup>in Cantic.</sup>  
*fionis ; & ego illi, id est ad gloriam & honorem ejus bibam simili-* <sup>2.</sup>  
*ter.* Dicamus cum *D. Laurentio Iustiniano* : *super omnia B. Laur.*  
*redit te mihi amabilem & bone JESU calix, quem bibisti, opus* <sup>Iustin. lign.</sup>  
*redemptionis nostræ.* *Hoc omnium nostrum facile sibi vendicat a-*  
*morem : hoc est quod nostram devotionem & blandius allicit, &*  
*justius exigit, & ardentius stringit, & afficit vehementius.* Bi-  
 bam igitur tecum miJESU in hac vita hunc calicem ama-  
 rum gustui, dulcem affectui, adversum sensui, salubrem  
 animæ, ingratum carni, gratum spiritui, ut post-  
 modum *novum illud vinum bibam in regno*  
*tuo.*



CONSIDERATIO V.  
JACOB CONFORTATUS.

THEMA

Mansit solus, & ecce vir luctabatur cum eo.

*Gen. 32.*

SYNOPSIS.

- I. Cœlestis Hierusalem structura est omni lapide pretioso ornata, sed hi politi sunt tunisonibus & presuris.
- II. Tales omnino lapides adhibemus pro structura nostræ Pyramidis, & bodie ponimus lapidem signatum nomine Jacobi confortati.
- III. Hic indormiens lapidi vidit scalam præsignantem Christi crucem.
- IV. Et rœdux à peregrinatione diurna luctabatur cum Angelo.
- V. In ejus persona consideramus Christum ab Angelo confortatum in borto Gethsemani.
- VI. Sed tali confortatione quæ dolorem non minuit, sed auxit.
- VII. Solemur & nos peccatores prostratum in terra Salvatorem, & humiliemur sub potenti manu Dei.
- VIII. Prolixius ille orat nostræ instructioni, qui facile in oratione languemus desolati. Orandum secundò & tertio ut impetreremus quod petimus : habemus Christum normam tribulatorum.
- IX. Non est despöndendus animus si non illuc exaudiamur ; vult Deus sibi gratias extorqueri. Luctamur cum Deo, quando aliquid volumus quam ipse velit.

*Mansit solus : & ecce vir luctabatur cum eo.*

*Gen. 32.*

I.

Ilectissimus Christo discipulus & Theologorum Aquila Joannes delineaturus cœlestem Hierusalem, fundamenta ejus laudat à lapide pretioso. *Fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso ornata.* Si fundamenta pretioso & exquisito lapide adornantur, quid



quid de ipsis muris ac mœnibus , quid de reliquis ornamen-  
tis cogitare par erit : de portis quoque adjungit :  
*Et duodecim portæ duodecim margaritæ.* Ferunt margaritas  
concipi in tempestatibus & aëris disturbis, Æliano teste,  
unde & fulgoris filiae appellantur. Avetis scire qui sint hi  
lapides, hæ portæ, hæ margaritæ ? consulite D. Petrum  
Apostolum , qui ait : *Dulcis est Dominus, ad quem acceden-*  
*tes lapidem vivum, Et lapidem summum, lapidem angularem,*  
*electum.* Et divus Paulus : *fundamentum enim aliud nemo potest*  
*ponere, præter id quod positum est, quod est Christus J E S U S.* *v. 11.*  
Mirari subit, quomodo idem lapis fundamentalis sit, &  
summus, & angularis : nisi fortè unus idemque sit o-  
mnia. Julium Cæsarem strenui ducis in exercitu obeun-  
tem munia celebrans *Lucanus* canebat : *Omnia Cæsar. Si-*  
*mile eloquium Paulo tribuit Theodoreus.* *Ipse erat omnia*  
in naufragij periculo : *Eos qui submergebantur sursum attra-*  
*bens nautas adhortans, proram circumspiciens, funes tendens,*  
*remum tractans, velum trahens, cœlum suspiciens.* *Ipse denique*  
*erat omnia ; Et nauta, Et gubernator, Et omnia patiens, ut ma-*  
*la solveret aliorum.* In Paulo Christum descriptum intelli-  
gite. *Ipse erat omnia, Et omnia patiens ut mala solveret aliorum.*  
Et lapis fundamentalis , & lapis summus, & lapis angularis : neque tamen alijs lapidibus in muris Jerusalem  
negavit locum. Duodecim enim portæ, duodecim mar-  
garitæ in tempestatibus tribulationum conceptæ sancti  
sunt, superedificati super fundamentum Apostolorum, Et Prophe-  
tarum. Unde ajebat Abbas Joannes apud Ruffinum : *Hæc* *Ruffin. in*  
*est Dei porta per quam Patres nostri per multas tribulationes Et vit. PP.*  
*iniurias gaudentes ingressi sunt ad civitatem Dei.* Et Christus  
non sine mysterio dilectos duos præ cœteris Apostolos  
Jacobum & Joannem nominavit Bonaërges , hoc est filios *Marci. 3.*  
tonitrui, utpote in tempestate adversitatum conceptos , *v. 17.*  
in persecutionibus adultos. Hinc etiam lapides cœlesti  
Hierusalem aptandi malleis poliri debent, ut canit Eccle-  
sia : *Et tunfione plurima, fabri polita malleo ; banc saxa molam* *Breviar.*  
*construunt.* *in dedit.* *II. In Eccles.*

II. In erection sacrae Pyramidis nostræ ejusmodi lapides posuimus, ut dicere liceat : *Fabri polita malleo, banc saxa molem construunt.* Adeò per adversa probata est & Abrahami obedientia ac adoratio, & Isaaci pietas, ac magnanimitas. Jacobum nunc luctatorem exhibemus, eundemque Deo in adversis conjunctissimum. Encōmium eius ex benedictione ab Isaaco patre accepta sic

- Gen. 27.** exprimit sacer textus : *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni cui benedixit Dominus.* Plenus ager ex mente SS. Patrum **S. Aug. de civ. Del.** speciatim S. Augustini est Ecclesia : fructus ejus describit **civ. Del. lib. 16. c.** David : *A fructu frumenti vini & olei multiplicati sunt.* nimirum fideles, frumentum est Christus, frumentum electorum, **37. Orig. hom. 3. in Cant.** idemque *vīnum germinans virginēs, & oleum effusum.* Thar-gum Hierosolymitanum reponit. **Greg. 16. Moral. c.** *Sicut odor incensi ex optimis aromatibus, quæ tandem offeruntur in monte.* Videte orantem Jacobum, an potius Christum in monte Oliveti, de cuius oratione Psaltes : *Dirigatur Domine oratio mea si-cut incensum in conspectu tuo.*

- Thar. Hierosol.** III. Fessus ex itinere Jacob ait sacer textus : *Tuūt de lapidibus qui jacebant, & supponens capiti suo dormi-vit.* **Psal. 114. Gen. 28.** Durus & difficilis somnus, inquieta planè quies indormire lapidibus : sed ubi quietem alias non reperisset, ibi cœli portam invenit Patriarcha : *Viditque in somnis scalam stan-tem super terram : & cacumen illius tangebat cœlum : Angelos quoque Dei ascendentēs, & descendētes, & Dominum innixum scale.* Fallor anno hic Jacob in spiritu vidi crucem Ser-Euthymi in vatoris nostri suffragante Euthymio. Crucis illi tropheum sca-Cat. Græc. la præsignavit. Quod æquivalenter dictum, ac Jacobi quies in eo consistebat, quod præmeditaretur crucem Christi per scalas significatam : *& Dominum innixum scale.* **S. August. serm. 29.** Quæ Augustinus explanans : *quid est, inquit, in scalam in-cumbere, nisi in ligno crucis pendere?* unde experrectus à som-detemp. Hieron. in no exclamat Jacob : *Verè Dominus est in loco isto. Non est Psal. 117. bic aliud nisi domus Dei, & porta cœli.* Agnitâ cœli porta ubi Cyril. Ale-zand. in crucem viderat figuratam surgens Jacob, tulit lapidem quem suppo-

*supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, altare construxit, ad orationem se accinxit, per votum se Deo obligavit. Ubi meritò observandum, quod Augustinus, Lyranus, Cajetanus, alijque notarunt, visionem & orationem Jacob factam in eodem monte Moria, in quo olim ad sacrificium destinatus fuerat Isaac, & in quo Servator noster calicem à se transferri petijt. Et quidem lapidosum fuisse hunc montem advertit Joannes Episcopus Conimbricensis, qui ait: Ingressus est Dominus antrum subitus terram in vivo lapide excisum. Iibi trinam fecit Patri orationem. Adde illud Bede: Saxum super quod genu flexus est Dominus, tanquam cera emolliatum est, ut genuum exinde vestigia remanserint. Quorsum ista? ut in Jacobo Patriarcha delineem Christum ortem, & tertium Pyramidis sacræ lapidem ejus nomine insigniam; porrò contemplaturus Jacobum luctatorem.*

IV. Post viginti annorum exilium & fugam à facie Esau fratris sui Jacob revertens, & inaudiens Esau fratrem cum quadringentis animabus sibi obviam procedere clamavit ad Dominum: *Eru me de manu fratris mei Esau, ne forte veniens percutiat matrem cum filijs.* Nolo hic immorari, tametsi videam in persona Esau vivis adumbratum coloribus Iudam proditorem. Ad illud me converto, quod sacer historicus subnectit de Jacobo: *Mansit solus, & ecce vir luctabatur cum eo.* Non concordant Patres quisnam iste vir fuerit, quo cum locutus est Jacob. Angelum fuisse plerique autumant, eo quod saepius Jacob angelorum apparitionibus fuerit honoratus, ut initio peregrinationis: *Fueruntque ei obviam Angeli.* Alij existimant fuisse ipsummet Deum. Ita *Justinus, Hilarius, Ambrosius, Chrysostomus, Tertullianus, Theodoretus*: quod suadent illa sacri textūs: *Contra Deum fortis fuisti.* Et immutatum Jacobi nomen: *Nequaquam vocabitur nomen tuum Jacob, sed Israël, hoc est prævalens Deo.* Et ipse Jacob ibi asserit: *Vidi Dominum facie ad faciem.* Quia tamen Propheta Oseas mentionem huius facti suæ inferens Prophetiae ait: *In fortis in e. 7. Ab. Tertul. fort. l. 2. cont.*

*Marcio.* fortitudine sua ( Jacob ) directus est cum Angelo. Et in valuit ad *Theodo.* q. Angelum, & confortatus est : flevit & rogavit eum. sentien-  
91. in Gen. dum potius Angelum quam Deum apparuisse Jacobo,  
O/ce 12. v. 3. quod & alij Patres docent.

V. Considerate dilectissimi in persona Iacobi Christum benedictum in monte Oliveti prostratum coram Patre æterno, qui : *In fortitudine sua directus est cum An-  
ge-  
lo : & in valuit ad Angelum, & confortatus est*; sive ut Lucas  
*Luc. 22.* Evangelista inquit : *Apparuit illi Angelus de cœlo confortans  
eum.* Quid audio ? cœlestis Iacob luctatur cum Angelo, invalescit ad Angelum, vincit Angelum, & tamen confortatur ab eo ? *S. Epiphanius* in consideratione hujus mysterij : *Non indigebat*, inquit, *Angelorum confortatione ; sed confortant illum, hoc est confitendo proprium ipsius robur illi attribuunt.* Et post nonnulla interjecta apponit: *Quapropter admiratione ductus Angelus dicebat ad ipsum, glorificans ac benedicens proprium Dominum in tali stadio ac miraculosa actione con-  
sistentem.* *Tua est adoratio, tuum est Dominum, tua est poten-  
tia, tua est fortitudo.* Pari ferè ratione inducit loquentem

*Theophy.  
in Com-  
ment.  
Beda in  
Luc.* Angelum *Theophylactus* : *Tua est fortitudo : tu enim præ-  
valisti contra mortem, & contra infernum, & liberasti genus hu-  
manum.* In diversam abijt opinionem venerabilis *Beda*, existimans reipsa Christum ab Angelo confortari voluisse ; cum ait : *Creator creaturæ suæ non egens præsidio, sed homo factus sicut propter nos tristis est, ita propter nos confortatur.*

*S. Anselm.  
in Luc.* Idem sensit *S. Anselmus* qui ab Angelo dictum putat : *Constans esto Domine, modo enim genus humanum debes redime-  
re.* Quin & Doctor *Angelicus* eodem collimat : *Confor-  
tatio Angeli non fuit per modum instrutionis, sed ad demonstran-  
dam proprietatem humanae naturæ. Similia leges apud S. Hiero-  
nymum, Cyrillum Alexandrinum, Joannem Damascenum, alios.*  
*D. Tho. 3.  
p. 9. 12. a. 4.  
Hier. Dial.  
2. cont Pe-  
lag.* Et hoc forte sensu clamabat *Isaias* : *Consurge, consurge, in-  
duere fortitudinem brachium Domini.* Cur tristaris & mero-  
*Cyrill. A-  
lex. E. 9.  
Damasc.  
lib. 3. de  
fide c. 20.* re affligeris ? cur in terram prosterneris ? adeòne terræ pondus grave est, ut illud portare non valeas ? quid igi-  
tur

tur dicebat de te *Isaias*: qui appendit tribus digitis molem ter- *Bern. serm.*  
*ræ.* Grave est sensui perferre tam crudelia tormenta ; *I. de S. An-*  
 sed recogita propositum tibi gaudium. Ligaberis ; *dr. Suar.*  
 solves vincula peccatorum. Captivus duceris ; *To. I. in 3.*  
 bertatem afferes filios Dei. Nudaberis ; *p. Diff.*  
 amicies vestimento gratiæ. Morieris ; *30.*  
 cabis ad vitam. Includeris sepulchro ; *Ijai 51.*  
 pultos Patres educes ad cœlum. *v. 9.* *Induere fortitudinem.* Sal-  
 meron in hunc locum : *Salmer. in* *v. 12.*  
*vult omni consolatione,* *E* omni robo-  
*re destitui, patique tanquam purus homo :* ne tu cum affigeris di-  
*cere possis, Christus Deus fuit E non homo ;* O defolatissime  
 JESU per tuam illam animæ amaritudinem ac tedium  
 quod in horto sustinuisti , conforta animam meam , ut  
 destituta humanis subsidijs , derelicta ab hominibus , ad  
 tuum se convertat solatum. Atque ut cum venerabili  
*Thoma de Kempis* loquar : *Hæc mibi sit consolatio libenter vel-* *Thom. à*  
*le carere omni humano solatio. Et si tua defuerit consolatio, sit* *Kemp lib.*  
*mibi tua voluntas E justa probatio pro summo solatio.* *3. de imit.*  
*c. 16.*

V. I. Confortans eum. Ad quæ verba *Beda* supra alle- *Beda, cit.*  
 gatus : *Confortatus est, sed tali confortatione, que dolorem non*  
*minuit, sed magis auxit : confortatus enim est ex fructu magnitu-*  
*dine, non subtracta doloris amaritudine.* Ah quale hoc est ge-  
 nus solatij , vivacius ob oculos ponere imminentia tor-  
 menta , instantem ignominiosam mortem ! quale sola-  
 tium ad extrema damnatis supplicia , si judex adveniens  
 bacillum frangat, hortetur ac moneat : *Induere fortitudi-*  
*nem, gladius paratus est quo ferieris ; erectum patibulum*  
*in quo pendebis.* Desolatio nova id potius est, quam  
 solatum. Quid agis Angele Gabriel, *Fortitudo Dei*, hunc  
 enim plerique Patrum apparuisse volunt, quomodo so-  
 laris Dominum tuum , quo argumentorum genere per-  
 suadere conaris Christo, ut fortiter ferat parata supplicia,  
 funestum mortis genus ? nempe confortas *ex fructu ma-*  
*gnitudine, non subtracta doloris amaritudine.* Videor mihi ite-  
 rum audire : *Induere fortitudinem brachium Domini.* *Tri-*  
*staris*

staris quod discipuli tui obdormiscant ; ecce me ad tua servitia. Tristar is quod post tuum excessum Iudeorum & gentilium persecutio in tuos fideles desæviet; sed recognita quod tuo sanguine animabuntur ad agonem. Tristar is quod Iudas post paucas horas damnabitur ; sed cogita etiam, quod latro in cruce salutem consequetur. Tristar is , quod Petrus Apostolorum Princeps te negaturus est ; sed cogita quod militum Centurio te Deum confitebitur. Tristar is , quod te relicto discipuli fugient ; sed cogita quod dilectissimus Joannes cum amantissima matre sub cruce consistit. Tristar is quod incondito clamore vociferabuntur Iudæi crucifige , quia Filiu m Dei se fecit ; sed cogita, quod multi tundentes pectora sua dicent : *Verè filius Dei erat iste.* Tristar is quod Princeps sacerdotum scindet vestimenta sua te Blasphemum pronuntians ; sed cogita, quod velum templi scindetur in duas partes in testimonium tuæ Deitatis. Tristar is quod Iudæi te la troni famosissimo Barrabæ postponent ; sed cogita, quod Pater æternus ad dexteram suam te faciet considere. Tristar is quod Herodes te irrisoriè veste alba induet ; sed cogita quod post triduum resurges in gloria *amictus lumine sicut vestimento.* Tristar is quod Pilatus in judicio te condemnabit ad mortem ; sed recogita quod tu olim futurus sis Iudex omnium vivorum & mortuorum. Denique *confortatus est Salvator meus , sed tali confortatione , que dolorem non minuit sed magis auxit.* Unde

*Matth. 27  
v. 55.*

*Luce. 22.  
v. 44.*

*Marti. 2.*

VII. *Factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Accurrite, accurrite fideles animæ, accurrite Christiani, & Salvatorem vestrum in horto agonizantem pari cum Angelo conatu solamini. Mi JESU non sum Angelus , nec aptus ut Angelus ad te confortandum : sum peccator , sed quia memini te venisse non vocare justos sed peccatores, fortè gratus tibi præstabò obsequium quam Angelus. Ecce adsu mus filij iræ, adsumus tci æternæ moris , præfumimus*

te alloqui & agonizantem solari. Agnoscimus quid te in hanc agoniam conjecerit. Prostratus es immani ponde re peccatorum nostrorum : superbia ingrati hominis te sub pedibus proterit : iracundia nostra , furor & odium te dejecerunt ad terram : vanitas & luxuria voluptuosorum tibi ruborem elicuit: avaritia Euclionum & usurario rum tibi sanguinem è venis exsugit. Peccavimus : miserere JESU ! pollicemur vitæ emendationem : humilia mur sub potenti manu tua ; ponimus iracundiam & odium proximorum, ne tu sol oriens ex alto occumbas super iracundia nostra : proscribimus à cordibus nostris omnem vanitatem & luxum , ne tu erubescas : execramur omnem avaritiam , ut tu sanguinis profusione parcas. Miserere ô JESU ! quid hæretis peccatores ? nondum lapidea corda vestra emollit adeo mœstum spectaculum Christi pro vobis agonizantis ? nondum fastum , nondum iras, nondum illecebras , nondum cupiditates alegatis ? Dicat superbus : Afflictissime JESU patere ut te consoler : Tu procidis in faciem tuam, quia ego instar inflati pauonis caput meum erigo & proximos meos contemno ; volo, volo deinceps humilitatem sectari : miserere ! dicat voluptatum sectator : O JESU pro me sanguineo sudore madens : ego in sanguinibus & voluntate carnis haec tenus volutatus , tibi sanguinem in horto elicui : pœniteo : carnem deinceps macerabo cilicijs & jeunijs : miserere ! dicat vindictam spirans & iracundus : Mansuetissime JESU , video quod in genua pro voluntus ores Patrem pro persecutoribus tuis , pro me & mei similibus, qui odio habent proximos suos : & ego adhuc in corde foveo rancorem erga Petrum , exerceo iniicitiam cum Paulo : consolare mi JESU : pono odia , remitto offensas, hoc momento inimicis condono & parco, ut & tu mihi parcas. Miserere ! dicat avarus : Liberalissime JESU , agnosco quid tibi è corpore cruentum sudorem expresserit: ego ego ille sum , qui subditis , qui

pauperibus, qui viduis & orphanis substantiam per summam iniquitatem extorsi, & quasi eorum sanguinem suxi: ecce siquid aliquem defrauda vi reddo quadruplum. Misere-re! si talibus animæ Christianæ orationibus agonizan-tem in horto Salvatorem consolaremur, nolite dubitare, quin diceremus appositè ad persuadendum.

VIII. *Factus in agonia prolixius orabat.* Miratur D.

D. Cesar. *Cæsarius Arelatenfis hanc Christi in horto orationem.* In  
Arel. hom. *Evangelio scriptum est inquit, quod procidens in terram oraverit.*

34. *Quid enim indigebat Christus ut taliter oraret?* orat Iudex &  
desiderat parcere. Sed cur orat Iudex, quod ipse præstare  
potest? nempe ut loquitur *Basilius Seleuciensis*, Filij ad Pa-

Basil. Se-  
leuc. orat. *trem ob naturæ similitudinem sine ullo impedimento reciprocatur  
oratio.* Expressisse hic videtur Salvator noster votum il-

<sup>24.</sup> Psal. 115. *Iud Psalmiste: Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini in-  
voco.* Dum illi calix salutis humanæ bibendus propo-  
nitur prolixius orat, & jungit quæ difficillima sunt. Lan-  
guens enim & mœrore concidens animus, etiam ad ora-  
tionem languescit. Id ego nostræ tepiditati excitandæ

D. Paf-  
lib. 8. in  
Matth. *Christum egisse reor, & eo sensu accipio verba D. Paf-  
chafij: Nec crux aut calix Passionis sine invocatione Domini,  
nec invocatio Dei sine cruce, que tollenda est, ad salutem aliquid  
valet.*

*Prolixius orabat Christus, quo magis angebatur;* instabat orationi etiam agonizans. Trinæ orationi tres  
horas illum impendisse putant nonnulli, idque colligunt  
ex illis verbis: *Sic non potuisti una hora vigilare mecum?* post quæ iterum & tertio oravit, & quia prolixius, haud  
dubiè adhuc duas horas impedit. Et nos quantulum  
temporis insumimus cum tribulamur, cum necessitati-  
bus premimur, cum in periculis constituti sumus? an-  
non per summam socordiam & mentis torporem cum

Franc.  
Mendoza. *Apostolis indormiscimus?* Quid est ( inquit bonus au-  
thor ) quod *Apostoli omnes in Passione aufugerint,* & *D. Petrus  
ex omnibus suum Magistrum abjurarat?* dixerim quia omnes in  
oratione dormierunt. Hostilibus armis patuerunt, qui se orationis  
præsi-

*præsidij exarmarunt.* Quod si fortè ad orationem accurrimus, nec illico exaudimur, ad impatientiæ argumenta prorumpimus. Non ita Servator noster, qui secundò & tertio oravit eumdem sermonem : & Apostolus monet : *Orationi instate vigilantes in ea.* Observat *D. Chrysostomus* <sup>ad Coloss. 4. v. 2.</sup> Isaacum totis viginti annis Deum orasse, ut conjugis Rebeccæ sterilitatem solveret : *Deprecabatur autem* (inquit sacer Historicus) *pro Rebecca uxore sua, quoniam sterilis erat,* & *exaudiuit eum Deus.* Addit *Chrysostomus* : *Non quia mox* <sup>S. Chrysost. hom. 49. in Ge.</sup> *ita subditur, ut scriptum est; putes è vestigio & protinus assequi-  
tum esse quod optabat & quærebat.* Nam *viginti annis mansit o-* *rans & deprecans Deum : & tunc tandem affecitus est quod de-* *siderabat.* Ità *Chrysostomus*, qui ibidem egregiè nos commonefacit : *Quid dicemus nos, qui tantis peccatorum oneribus* *premimur ; & neque tam variam virtutis justi partem ostendimus :* *sed eti si aliquid bene egerimus, statim torpescimus, & resiliimus nisi* *statim exaudiatur ? Propterea oro, ut ex his qua justo illi eve-* *nerunt eruditu nunquam cessemus orare Deum, ut ignoscat nobis* *peccata ; servensque & astuans desiderium ostendamus, & non* *eiore feramus, neque segniores simus, si non statim audiamur. Sed* *quid opus exemplis alienis ? Christum habemus quem* *imitemur, normam & typum tribulatorum : Imitetur er-* *go (verbis utor *D. Bernardi*) quelibet fidelis anima sponsum* <sup>S. Bern.</sup> *Iuum, dulcem JESU M., qui se sequentibus formam prescripsit,* <sup>Tract. de</sup> *imminentibus periculis posse à nobis Dominum frequentius exorari,* *ut flagella iracundie sue dignetur averttere ; si tamen ablata non* *fuerint, exemplo passionis Christi, grater, patienter, & viri-* *liter cum omni patientia toleranda sunt. Neque enim eo usque* *se nostræ afflictiones extendunt, ut ad agoniam & fudo-* *rem sanguineum velut Christum adducant, quod per-* *pendens Sidonius Apollinaris monebat. Quantum libet no-* <sup>Sidon. A.</sup> *bis anxietatum pateras vita presentis propinet afflictio, parva pollin. lib.* *toleramus, si recordemur quid biberit ad patibulum, qui invitat ad* <sup>4. c. 9.</sup> *cælum. Addo ego si recordemur, quid biberit in horto* *agonizans, qui pro nobis patiebatur.*

**IX. Factus in agonia prolixius orabat.** Elige nunc orationis prolixioris causam quam mavis, sive ut dolor mitigaretur, sive ut passio ad plura perferenda ampliaretur, sive ut nobis esset in orando exemplum, illud sanè mihi videtur ad nostram instructionem aptissimum in petendis à Deo gratijs animum non despondendum. Rogas & impetas? gratias age; rogas & non impetas? dic: *Fiat voluntas tua: non sicut ego volo, sed sicut tu.* Rogas iterum & non impetas? prolixius ora. Vult Deus gratias sibi extorqueri. Dic cum Jacobo: *Non dimittam te nisi benedixis me.* **S. Gregor. in Psal.** *Vult Deus rogari:* ait *S. Gregorius, vult cogi, vult quadam importunitate vinci.* Et *S. Chrysostomus: Accedamus importunè, imò hoc nunquam est importunè accedere.* **S. Chrysost. in Ep. ad Tim.** *Sicut enim respirare importunum nunquam est, ita etiam non quidem petere, sed non petere potius importunum est.* Vos nunc potissimum alloquor, qui omnia vobis ex animi sententia desideratis succedere, qui nullâ molestiâ vitam vestram vultis aspersam. Accedite nunc opportunè, ut discatis etiam importunè orare. JESUS Dei Filius exemplar vobis proponitur *Factus in agonia*, luctatur cum voluntate Patris æterni, semel, iterum, tertio orat & deprecatur, nec animo cadit: quin potius in sinum paternæ voluntatis se coniicit. *Non quod ego volo, sed quod tu.* Novit enim & nos vult docere, quod voluntas æterni Patris in nostrum cessura sit emolumentum. Dissimulat se audire, sed miseretur negando: negat postulata, sed præparat meliora.

**Gueric.** *Annon tibi cum Angelo* (sic differit *Gueric. Abbas*) *imò cum Deo ipso luctari videris?* quando quotidie præproperis tuis resistit vobis? laveris velut aquis nrvis, mundus sis corde & corpore, & ipse sordibus intingit te. *Dicis sapiens efficiar,* & ipse longius recedit à te. *Clamas ad Deum,* neque exaudit te. *Nisi accedere ad eum,* & repellit te. *Decernis rem,* & in contrarium tibi cedit; & per omnia ferè in duritia manus sue aduersatur tibi. O dissimulatrix clementia, quæ duritiam te simulat! quantâ pietate pugnas aduersus eos, pro quibus pugnas! Tota nocte luctatur

Deus

Deus cum Jacob , & nihil cogitat nisi duellum. *O dissimulatrix clementia!* Vult illi largissimam impartiri benedictionem. Toto trihorio Dei Filius in horto flectit genua, prosternitur ad terram , clamat ad Patrem & Pater per Angelum illum confortat , sed tali confortatione , que dolorem non minuit sed magis auxit. O iterum dissimulatrix clementia! Oportuit Christum pati , & ita intrare in gloriam suam. Agite Charissimi , accurramus ad prostratum in horto Iesum , ad luctantem cum Angelo Jacobum nostrum , & sedulâ contemplatione insistamus huic mysterio, quoadusque resumptis animis illud ulterius pertractemus. Ego cum jam sudantem videam , nec pro temporis brevitate me amplius extendere valeam, obtempero jubenti , dimitte me jam enim ascendit aurora. Illa videlicet , quâ sacratissimum eius corpus purpuratur , & cum hoc in proximum vos dimitto , ipsum verò non dimittam nisi benedixerit mihi , nec vos dimittite.



CONSIDERATIO VI.  
JACOB LUCTATOR.  
THEM A.

*Dimitte me jam enim ascendit aurora.* Gen. 32.

SYNOPSIS.

- I. *Zacharie Prophete ostensus IESU Sacerdos induitus vestibus sor didis, JESUM Salvatorem desi gnabat, nostris iniquitatibus for didatum, quem luctantem contem plabimur.*
- II. *Luctator noster factus in agonia prolixius orat, infirmitate robo ratur.*
- III. *Agonia ejus fuit reluctatio sensuali tatis ad rationem, quia jubebatur baurire potionem amare composi tionis, proponebat tamen ratio dul cem potionem, & temperans ana ritudinem persuasit haustum.*
- IV. *Reluctabatur etiam amori dolor, quorum congressus mirabilem in Christi mente causavit luctam & duellum. Vicit amor.*
- V. *Hanc agoniam & luctam exprimit quotidiana experientia in igne & aqua : Vincit ignis.*
- VI. *Vicit amor & elicit ex corpore toto sanguinem : cuius vel una gutta sufficiisset abluendo toti mundo.*
- VII. *Sed copiosus destillavit velut anti dotum contrâ lethale viru, quod in horto Paradisiaco nos infecerat, velut medicamentum contra pecca torum venena superbie, avaricie, & luxurie, &c. quarum reliquias tergit Christus sanguine suo. Ne prodigamus tam pretiosum Pharma cum.*

*Dimitte me jam enim ascendit aurora.* Gen. 32.

I.



*M*irabilem visionem sibi aliquando exhib tam recenset Zacharias Propheta. Imperato quippe silentio universæ carni *sileat omnis caro à facie Domini*, & adiectâ causâ : *quia consurrexit de habitaculo sancto suo*. Velut captata sermonis benevolentia, incipit nar rare

narrare visionem : *Et ostendit mihi Dominus IEsum sacer-* Idem. 3. v.  
*dotem magnum stantem coram Angelo Domini Sc. Et Iesus* <sup>1. 53.</sup>  
*erat induitus vestibus folidis, & stabat ante faciem Angeli. Qui*  
*respondit & ait ad eos, qui stabant coram se dicens : Auferte ve-*  
*stimenta folidia ab eo. Et dixit ad eum : Ecce abstuli a te iniqui-*  
*tatem tuam, & indui te mutatorijs, Sc. Videor hic mihi vi-*  
*dere delineatum amantissimum nostrum Jesum in horto*  
*Gethsemani coram Angelo confortatore, induitum ve-*  
*stibus folidis iniquitatum nostrarum, quas ultro for-*  
*magm servi accipiens sibi induit, & in monte Calvariae de-*  
*ponens cum vestimento gloriae commutavit. Videor*  
*etiam mihi audire Angelum perorantem : Confortare :*  
*ecce advenit tempus quo depones vestimenta folidia*  
*humanitatis, quo sanguinis tui profusione elues iniqui-*  
*tates totius mundi, quo exuta mortalitate, indues im-*  
*mortalitatem, & amicieris lumine sicut vestimento. D.*

*Ambrosius in hunc locum : Habebat vestimenta folidia, sum-* S. Ambros.  
*psit vestimenta nostra : pro nobis sumpsit carnis infirmitatem, pro* <sup>sec. 5. in</sup>  
*nobis esurivit, vapularvit, crucifixus & mortuus est. Neque so-*  
*lum in fine vitae his vestibus folidatus apparuit, jam in*  
*primo Conceptionis instanti illas assumpsit. In laboribus Psal. 87.*  
*a juventute mea dicit in ejus persona Psaltes ; alij legunt,*  
*Agonizans, moriens, moribundus a puero. Hunc igitur agoni-* ap. Manf.  
*zantem, & coram Angelo variè duellantem hodie con-* Bibl. To. I.  
*templemur, hunc intimo amoris affectu non tam folidi-*  
*datum vestimentis infirmitatis nostrae, quam formosum*  
*in stola sua, sanguine suo purpuratum in lucta & duello*  
*conflictantem aspiciamus. Multum profectò confert ad in-*  
*citamenta virtutum, magistrum luctantem indefinenter aspicere,*  
*nec cedentem, ut loquitur D. Chrysostomus. Agite contem-* D. Chry-  
*plemur. Sileat omnis caro a facie Domini.* sof. hom. 4. Ep. 2. ad

II. *Et fatus in agonia prolixius orabat. Luctatur adhuc* Timoth.  
*cum Angelo cœlestis noster Jacob, quasi victus ; & tamen* ap. Stenge.  
*victor, quasi cum Paulo diceret : Virtus in infirmitate perfici-* Exemp. 4.  
*tur, cum infirmor tunc potens sum. Jacob timens hostilem* <sup>1. c. 25.</sup> 2. Cor. 12.

frattris impetum, cum Angelo apparente manus conserit, confligit, vulneratur in femore, ut exclamat Angelus:

*Gen. 32.* *Dimitte me jam enim ascendit aurora.* Quid adhæc Jacob?

*Non dimittam te, nisi benedixeris mibi.* Fortior est ex vulnere, animosior cum succumbit, nam *virtus in infirmitate perficitur.*

*Theodor.* Quod observans *Theodoreetus* ajebat: *luctando compri-*  
*ap. Baæza.* *mit & percutit hominem, ut illum & fortiorum & fidentiorem ad-*  
*in Chri.*

*Fig. lib. 2.* *versus hostes reddat.* Et *S. Bernardinus Senensis* ad supra ad-

*c. 3. s. 46.* *ductam Zachariæ visionem: Agnosco certè, agnosco J E-*  
*S. Bernar.* *SUM magnum sacerdotem, sordidis opertum uestibus, dum al-*

*q. in Nativ.* *tercaretur cum diabolo.* Exemplum dedit nobis, ut nos eadem fa-

*ciamus. Utilior siquidem in confictu lorica ferrea, quam stola linea.*

Quasi causam innueret, cur ad infirmitatem, ad abjectio-  
nem, ad tolerantiam molestiarum recurrerit, ut his sci-  
licet tanquam loricâ ferreâ contra adversarium armare-  
tur. *Utilior siquidem in confictu lorica ferrea, quam stola linea,*  
infirmitas quam robur, afflictio quam prosperitas.

III. *Et factus in agonia prolixius orabat.* Qualis hæc

*S. Cyril.* fuerit agonia inquirunt SS. Patres, & ejus causas ri-

*lib. 4. in* *Joann. c. 5.* *Bona ventura & alij existimant fuisse reluctationem sensu-*

*Damasc.* *alitatis ad rationem. Erat ista agonia ( inquit Lyranus ) re-*  
*lib. 3. or-* *luctatio sensualitatis meritò horrentis, & rationis ipsam acceptan-*

*bodoxa-* *tis, quia virtute di-vina quelibet pars permittebatur agere & pa-*

*fidei. S.* *pati, quod erat sibi proprium. Unde & Carthagena agens de An-*

*Greg. ap.* *geli confortatione sic discurrit: Angelus in tantum Chri-*

*S. Bona-* *stum Dominum confortavit, in quantum predicta illa motiva ei*

*vent. in* *ante oculos proponens, mo-vit illum, ut ferventissimos obedientiae*

*Luc.* *actus erga sustinendam mortem parti sensit: vae alias valde mole-*

*Carthag.* *stam eliceret; bæc autem inferioris portionis oppressio non poterat*

*10. boni 4.* *illi non ingentem inferre molestiam. Simile quiddam experimur*

*in medicina, quam horret gustatus, nauseat stomachus,*

*sed ratio & amor sanitatis persuadet. Hinc ut loquitur*

*D. Thom.* *D. Thomas ad illa verba: Calicem quem dedit mibi Pater. Di-*

*Io. 14. in* *citur autem Passio calix, quia ex charitate patientis dulcedinem*

*babet,*

*habet, sed ex natura sua amaritudinem : sicut & medicina sanativa propter spem sanitatis, dulcis est, sed amara propter saporem. Ah quam amaram potionem Angelus propinabat Servatori nostro, à qua meritò abhorrebat natura humana. Imaginor ego mihi quoddam Recipe nauseam creans.*

¶. De Fol. Senæ, & senecionis maris. *Consilium inierunt Matth. 27 omnes Principes sacerdotum & seniores populi,*

*De fatureia : Saturabitur opprobriis.*

*Tbren. 3.*

*v. 30.*

*De gentiana : Tradetur enim gentibus & illudetur.*

*Luc. 18.*

*De buglossa & cynoglossa. Tauri pingues obsederunt me, circumdederunt me canes multi.*

*v. 32.*

*Pf. 21. v.*

*De Virga pastoris : Percutiam pastorem & dispergentur oves gregis.*

*15. Marci.*

*24. v. 27.*

*Matth. 26.*

*De satirio seu leporina ; Discipuli omnes relitto eo fugerunt.*

*v. 50.*

*De Turbith, abrothano & gladiolo : turba multa cum gladiis & fustibus.*

*Math. 26.*

*v. 47.*

*De Rhabarbaro : Græcis & barbaris, sapientibus, & insipientibus debitor sum. Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus.*

*Rom. 1.*

*Math. 26.*

*De felle & absynthio. Replevit me amaritudinibus, inebriavit me absynthio, dederunt in escam meam fel, &c.*

*Tbren. 3.*

*v. 15.*

*Psal. 68.*

*Hæc & plura ejusmodi congregabantur in amaram potionem suavissimi JESU, à quibus natura humana non abhorrere sibi relicta non potuit : imò ex Dei beneplacito debuit, siquidem ut D. Laurentius Iustinianus meditatur : Et Dei fruebatur visione & intolerabili passione gemebat, ut tota divinæ fruitionis gloria in eo militaret ad pœnam : Hæc quippe illi amaram potionem reddebat dulcem non dulcedine sensus, quem potius exasperabat, sed dulcedine sanitatis desideratae toti mundo. Unde cum ab hoc calice horreret sensualitas, alium ei miscuit ratio. Recipe.*

¶. De petroleo & hyssopo. *Recordatus Petrus verbi JE-SU, egressus foras flevit amare. Asperges me hyssopo, & mundabor.*

*S.Laur.*

*Iustin. de*

*Agone.c.9.*

*Math. 26.*

*Psal. 50.*

- Joan. 19.* De conserva rosarum : *Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.*
- Math. 27.* De terra sigillata : *Signantes lapidem cum custodibus.*
- Marci. 16* De myrrha & aloë : *Venit autem ḥ Nicodemus ferens mixturam myrræ & aloës.*
- ad Tit. 3.* De Origano & salvia : *Secundum suam misericordiam salvos nos fecit.*
- v. 5.*
- Luca 24.* De consolida regali : *Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam.*
- v. 26.*
- Mattb. 28.* De callitricho seu saxifrago. *Non est bic. Surrexit enim, viderunt revolutum lapidem.*
- Marci. 16.* De Angelica : *Angelus enim Domini descendit de cœlo, & accedens revoluit lapidem.*
- Math. 28.*
- v. 25.*
- Rom. 6. n.* De semperviva & consolida majori : *Christus resurgens ex mortuis jam non moritur, &c.*
- 9. Sc.*
- S. Laur.* Hunc calicem agonizanti Domino ratio, quæ cum sensualitate humana conflictabatur, uti ipsem fatetur : *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma, propinabat.*
- lib. cit. de triumph.* In cuius agoniæ consideratione exclamat *S. Laurentius Iustinianus* : *qualis confitit! qualis pugna! quale spectaculum!*
- agon.* Impellebat *Spiritus Christi*, reclamabat natura passibilis pœnarum immanitate perterrita. In horum medio *Christus constitutus*, tam strenuus ac infuperabilis miles carnis non ferens blanditiæ, spiritus jussa implere curavit, & paternæ se voluntati subdidit. Ni fallor hoc Spiritus S. per Prophetam Davidem insinuare voluit: *Calix in manu Domini vini meri plenus mixto, & inclinavit ex hoc in hoc.* Quomodo est vinum merum si mixtum? aut quomodo mixtum si merum? nempe duos calices confudit, inclinavit ex dulci in amarum, & ex utroque unum calicem temperans, ad potum se resolvit: *Non quod ego volo sed quod tu.* Id observans *Hugo Cardinalis*, aiebat : *Cum aliquis habet duo vase ubi est vimum diversarum specierum, si vult facere mixtionem inclinat & effundit de uno vase in aliud. Sic Dominus in calicem tribulationis inclinat calicem æterne jucunditatis.* Et dum sensualitas dicit cum Origene: *Sine*
- Psal. 74.*
- Hugo.*
- Card. in Psal.*
- Orig. in c. 26. Math.*

*Sine passione mea omnia illa bona provenient ; ergo mittat Pater in defensionem plusquam duodecim legiones Angelorum : respondet Spiritus & ratio : Transeat antecedens , nego consequiam : transeat calix ille jucundus , veniat amarulentus. Quomodo enim implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri, Matb. 26. sic mandat Pater , sic ego mihi proposui , sic mundo v. 54. promisi.*

**IV. Et factus in agonia.** Conceptâ heroica resolutio-  
ne ad ehibendum amarum calicem, ad patiendum acer-  
bissima tormenta : ecce tibi novi duo ptigiles in arenam  
descendunt : & de primatu concertare incipiunt, uter  
illorum magis cruciare debeat benignissimi JESU cor,  
nimirum *Amor & dolor.* Duellum orditur amor. *Et fa-*  
*ctus in agonia.*

*Militat omnis amans.*Ovid. 3.  
de Amo.

Et propinat calicem. Propinare amoris est, respon-  
de tdolor pro ambrosia infundendo mare amaritudinum:  
quod observans *Theophylactus* ajebat : *Poculum dicit suam* Theophyl.  
*mortem ostendens quod propter amoris magnitudinem sic suaviter* in c. 26.  
*Matth. accedat ad mortem, quod mare passionis calix quidam esse videtur.* Tanta nimirum fuit amoris magnitudo, ut philtro hu-  
manæ naturæ potandus amator ad ipsum conspectum  
calicis in deliquium prolaberetur. Pergit amor : *Et factus*  
*est sudor ejus sicut guttae sanguinis.* Sanguinem fundere a-  
moris est.

*Purpureus tela resumit amor.*Ovid. 1.  
Eleg.

Id in considerationem advocans *S. Bernardinus Se-*  
*nensis* inquietabat : *Immensus ac ferventissimus amor in hoc ma-*  
*nifestatur.* Quod nimirum viso calice Passioñis exfudet san-  
guinem qui ferventer amat : ebulliunt venæ ad amoris  
ignem : nec deest suo officio dolor. Nam ut observat  
*Carthagena :* *Licet naturaliter sanguis, quando animus borret &* Carthag.  
*pavet, ad cor foendum solicite properet, ardens tamen Christi hom. 5. de*  
*amor foras illum mittit.* Intelligite causam, ut cum dolore *passio-*  
*concertet, ut solatio destituto ejus corde vehementius pro nobis*  
angere-

angeretur. Sed si dolor animum occupaverat, illi potius tribuenda haec operatio ebullientis sanguinis, quando pius amator.

Sil.lib. 8.

*U*ndantes agro frenabat corde dolores.

Hos vero augmentabat cui supra omnes ingenium est,

*Ingeniosus amor.*

Ovid in

Epist.

S. Lauren.

Iustin. de

connub.

cap. ult.

Luc. 2. v.

35.

Joan. 18.

v. 3.

Campan.

Stroza fil.

Matt. 26.

26.

Joan. 18.

S.Laur.

Iust.lib.de

lign. vti.

cap. 5.

Idiota.

Contempl.

am. div.

lib. 1.c. 14.

Unde & ajebat *B. Laurentius Iustinianus*: *Ignitus amor semper meditatur nova, & insueta componit; impatiens namque cum sit, cogitare non definit, quomodo ardentius diligat. Opponit se dolor & amori amarorem miscet, ipse quoque impatiens, gladios affert & hastas. Doloris gladius. Turba multa cum gladijs & fustibus. Non credo defuisse amoris sagittas: certe faces aderant. Venit illuc cum laternis & facibus.*

*Flammus accensis ignibus ardet amor.*

His incalescens dolor vibrat gladium, servum Principis sacerdotum vulnerat: *& amputavit auriculam ejus.*

Amor è diverso osculis uititur: *& osculatus est eum.*

*Arridens basia donat amor.*

Dolor innecit & constringit manus. *Et manus injecerunt in JESUM & tenuerunt. Sed amor suppeditat funes & vincula. Et ligaverunt eum. Sine amoris vinculis ligari non potuisset. In funiculis Adam, in vinculis charitatis. Nullum vinculum, ait S. Laurentius Iustinianus, Christum ligare potuisset, si charitatis vinculum defuisset.*

Meritò igitur sapiens Idiota exclamat: *O piissime Domine JESU Christe, opifex amoris, hoc vinculum te in cruce tenuit, quem omnes funes totius mundi nullatenus tenuissent. Dolor amantem in terram deiicit ac pedibus calcat: amor econtra illi oculos obvelat. Velatos oculos habet amor. Dolor illi alapas infligit, amor eum denudat; dolor artus ejus dilacerat, amor sanguine depingit. Dolor illum flagellat; amor vestit purpura. Dolor virgas affert; amor è rosis spinas in coronam legit. Dolor spinas imprimit, amor pro sagitta arundinem porrigit: Dolor arundine caput percutit.*

*Amor*

Amor in officina sua procudit clavos , dolor eos incutit.  
 Interrogetur ipse amator hominum. *Quid sunt plague istae Zech. 14.*  
*in medio manuum tuarum : his plagatus sum in domo eorum qui*  
*diligebant me. Amor extendit ejus brachia in amplexum :*  
*dolor eius nervos & venas crudeliter extendit. Amor il-*  
*lum cruci alligat ; dolor totum corpus in crucis erectio-*  
*ne quassat. Amor inclinat caput morituri ad osculum*  
*peccatoris, dolor illi Spiritum emittit. Clamans voce ma-*  
*gna exspiravit. Uter jam istorum pugilum viciisse creden-*  
*dus ? Amor se putat viciisse , quia mori persuasit : dolor*  
*quia vitam extorsit. Ex amante & dolente quæramus.*  
 Respondet ille : *Attendite & videte , si est dolor similis dolori* <sup>Ibren. 1.</sup>  
*meo. Et rursum protestatur : Majorem hac dilectionem nemo* <sup>v. 12.</sup> *Joan. 15.*  
*habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei* <sup>v. 15.</sup>  
*estis. Quis arbiter vestrum erit O amor ! O dolor ! Illi de-*  
*betur triumphus & victoria , qui postremus remanet in*  
*arena. Postquam amans & dolens JESUS inclinato capi-*  
*te tradidit Spiritum illico recessit dolor. Iam non moritur,* <sup>Rom. 6.</sup>  
*mors illi ultra non dominabitur. Perrexit tamen amare etiam* <sup>v. 19.</sup> *Joan. 19.*  
*mortuus. Nam unus militum lancea latus ejus aperuit. Mi-* <sup>v. 34.</sup>  
*les hic fuit ex amoris militia. Siquidem habet clarum suum* <sup>S. Ambros.</sup> *In Psal.*  
*charitas, habet gladium ut ait Ambrosius, & teste S. Bernardi- 118.*  
*no Fervidus velut athleta est amor, & triumphans fortitudine.* <sup>S. Bern.</sup>  
*Hic lancea velut sagitta emortui cor petens latus eius a-*  
*peruit , ut sibi victoriæ trophæum erigeret. Praenimio* <sup>Sen. Ierm.</sup> *S. Bonaventura* <sup>de passio.</sup>  
*( inquit S. Bonaventura ) sui amoris fervore voluit lancea* <sup>in sim. 6.</sup> *suum latus aperiri, ut demonstraret quod tibi tradidit cor suum.*  
*Igitur amor vicit in agonia, & si tantum doluit quantum*  
*amavit, diutius amavit amator hominum quam doluit.*

V. *Et factus in agonia. Hanc agoniam exprimit nobis*  
*aliquatenus quotidiana experientia naturalis. Videmus*  
*quippe luctam & certamen in qualitatibus contrarijs ,*  
*quæ invicem adversantur. Calor repugnat frigori , &*  
*una qualitas aliam concertando intendit. Immergit*  
*hyemali tempore manum frigidæ nivi, & cum intensum*

frigus senseritis, applicate illicò igni, sentietis profectò gravissimum dolorem ex pugna caloris cum frigore. Hanc pugnam vocant Philosophi antiperistasim, cuius opera circumcessus ab externo frigore modicus calor in cellis vinarijs, & alijs occlusis locis seipsum inten-dit, ut experiamur calidiora in hyeme, quam aestate cel-laria. De nostris luctatoribus in anima benedicti JESU li-cet mihi usurpare illa verba sapientis : *Nix & glacies su-stinebant vim ignis. Et quod mirabile erat in aqua, que omnia extinguit, plus ignis valebat.* Quod eo sensu accipio. Nix & glacies intendebant calorem ignis pugnando, & vice verfa ignis augmentabat frigus nivis, & glaciei per antiperi-stasim. O Christiani ! *Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus ad-versus semetipsum contradictionem,* qui talem in se luctam pro nobis perpessus est. Nix & glacies doloris incrementabant vim ardoris amoris, & intensus amor augebat doloris acrimoniam & sensum. *Et quod mirabile erat in aqua de qua Psaltes canebat : Intraverint aquæ usque ad animam meam.* Et Job : *Bibit subsannationem quasi aquam.* In aqua inquam doloris plus ignis valebat, vince-bat amor. *Aque multæ non potuerunt extinguiere charitatem,* qua unigenitus Dei Filius erga humanum genus flagra-bat. *Invenimus virtutem J E S U M , invenimus infirmum S. Augustin.* JESUM, fortè & infirmum, inquit S. Augustinus. Ex amore pariter & dolore agonizans, sudat sanguinem amo-ris imperio, doloris ministerio, fortis amore, infirmus dolore, & quod magis mirabile est, me ingratum amat, pro me ingratu dolet.

*VI. Et factus in agonia.* Videor nunc mihi audire ipsummet diribitorem pugilum, & sententiam pronun-tiantem de amoris & doloris in anima sua concertatio-ne, sub schemate Aquilonis & Austri. *Surge Aquilo, & veni austro, perfla hortum meum, & fluent aromata.* Surge A-quilo frigoris bajule, & veni Austro calore temperate; agite animum & corpus meum perflate, torquete ani-mum

Sap. 16.  
v. 22.

Heb. 13.  
v. 3.

Psal. 68.  
v. 2.

Job. 34.  
v. 7.

Cant. 8.

S. Augustin.

Cant. 4.

mum pariter & corpus ut fluant aromata pretiosi & salubris sanguinis. Et ecce *fatuus* est sudor ejus sicut *guttæ sanguinis* decurrentis in terram. Ad quæ verba S. Cyprianus : S. Cyprian.  
ap. Paolac.  
Summus & mirabilis fuit Christi amor: fortis fuit, ardens fuit, amarus tamen, insuavis, crudelis amanti fuit. Et S. Bernardinus S. Bern.  
Sen de  
Passio.  
Senensis exclamat : O quali ardore fornax JESU incensa erat, que sic carnem suam totam in sudore relinquebat. Immensus plane & ferventissimus amor in hoc manifestatur : sèpè enim fervens ebullitio emittit ad extra, proinde quantum anima Christi charitatis igne in intimis bulliendo ferueret, scaturitio hæc sanguinis clarius manifestat. Tam pretiosus erat sanguis Christi, ut gutta unica profusa sufficeret ad generis humani redemptionem ut docent Theologi ; voluit tamen & in horto sudare, & conculcari, & flagellari, ut totum profunderet amore pariter saucius & dolore, ut quidquid sanguinis, quidquid succi in corpore suo latebat, exiret ad lavacrum nostrum prout differit Oleaster. Summus igitur & amor fuit & dolor agonizantis & patientis Christi, ut liceat dicere amor pariter & dolor Servatorem mundi peremit. Oleast. in  
Ijai.  
Audio siquidem : dolores nostros ipse portavit. Sed & audio : Oblatus est quia ipse voluit. Quæ considerans Antonius Bur- Anton.  
Burg. To.  
1. in Evan.  
gensis inquit JESUS non patiens tue utilitati sine adhibito dolore studere, apud hortum ex agonia vehementia aquam pro nobis fudit, & sanguinem. Non enim ardenter amat, qui sine exhibito dolore beneficia præbet. Aquam ait & sanguinem ut cor- ad c. 26.  
Matth.  
seq. 2. obj.  
3.  
responderent postrema primis, & quidquid succi in corpore ejus latebat, exiret ad lavacrum nostrum.

VII. Universum humanum genus jacebat in horto infectum lethali veneno deceptoris serpentis, & gemebat velut moribundum : hoc virus ut depelleret Dei Filius, ingressus est hortum & sudavit sanguinem salubre antidotum contra venenum. *De mortu lethali* (sic loquitur Marcellinus Matisconensis) virulentus humor hominem totum persuaserat, sed hujus morbi reliquias terfit Christus sanguine mādens. O Christiani ! O peccatores ! utinam de singulis no-

strum & nostris morbis liceret dicere : *Huius morbi reliquias tergit Christus sanguine madens.* Sunt ut loquitur Apostolus : *Inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.* Sunt qui laborant cephalæa & dolore capitis superbi, exaltati, præsumptuosi, inflati : his suadeo ut accurrant in hortum ad JESUM agonizantem, ut *huius morbi reliquias terget Christus sanguine madens.* Sunt qui laborant hydro-piñ cupiditatis & avaritiæ : nam his

*Quo plus sunt potæ plus sitiuntur aquæ.*

Accurrant in hortum ubi Dei Filius aquam sudat & sanguinem, ut *huius morbi reliquias terget Christus sanguine madens.* Alij laborant diversis febribus, præsertim calida & ardente quæ est luxuria, unde *Ambroſius in Lucam :* *Febris nostra avaritia est, febris nostra luxuria est, febris nostra ambitio est, febris nostra iracundia est, &c.* Accedamus ad liquorem pretiosum, ad antidotum veneni, ad salutare pharmacum sanguinis Christi : ut nostrorum morborum reliquias terget Christus sanguine madens. Sed pro dolor! multi etiam hoc sacro tempore quod universos fideles ad pœnitentiam stimulat, reperiuntur, qui tam salubre medicamentum contemnunt, & quasi conculcant : ad quos cum Propheta dicere possum : *Nunquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti es sis & Deo meo?* ubi septuaginta legunt : *agonem facitis Deo.* Efficitis ut sudet sanguinem Dei Filius. *Et dormiunt multi, malæ ac inventeratae consuetudinis peccatorum lethargo oppressi, nec evigilant.* Id queritur ipse Dei Filius apud Ezechielem :

*Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo ejus, neque per ignem. Immunditia tua execrabilis, quia mundare te volui, & non es mundata a Fordibus tuis.* Nolite O Christiani prodigere tantum pretium, tam salubre animarum vestiarum pharmacum. Agite, hac hora, hoc momento

*accurrите ad JESUM agonizantem : Lavamini, mundi esto te, auferte malum cogitationum vestiarum ab oculis meis, quiescite agere perverse, discite benefacere, querite judicium, subvenite oppres-*

*1. Cor. 11.  
v. 30.*

*3. Ambroſius  
in Luc. lib.  
4.*

*Isai. 7.  
v. 13.*

*Ezech. 24.  
v. 12.*

*Mat. 1. v.  
16.*

oppreso, judicate pupillo, defendite viduam, &c. Et morbi vestri reliquias terget Christus sanguine madens.

## CONSIDERATIO VII. MOYESES PASTOR FIDELIS, THEMA.

*Moyses autem pascebatur oves. Exodi 3.*

### SYNOPSIS.

- I. Messenii pro suæ urbis insignibus utebantur littera M. nos eamdem quarto nocte strudere lapidi insculpsimus, ut desinet Moyses & ejus sororem Mariam id est amaritudinem.
- II. Moyses figurabat Christum, pastor pastorem bonum, & Episcopum animarum nostrarum.
- III. Qui appropinquans lupo Iudea sentit in pace amaritudinem amarissimam, quod amoris pignore osculo ad proditionem abutetur.
- IV. Erat Judas plurimis decoratus a Christo prerogatis, quas omnes perdidit mutatus in alium per infatiam avaritiam :
- V. Erat electus inter duodecim, & tamen diabolus. Nemo sibi blanditur de statu in quo est, ubique lo-
- VI. Huius detestandi vitij effectus sunt innumerari, Iudea fuit laqueus ad interitum.
- VII. Nam ab eo inductus Magistrum suum levissimo pretio vendidit, cum servilia sepe capita longè carius vicerint.
- VIII. Insanus maledicitor venit cum laternis & facibus nocte silenti, & quietâ omnibus creaturis, querens hominem infernalis Diogenes. Nox hec fuit mysteriorum secunda. Aliae sunt faces ad funus synagoge.
- IX. Vé igitur vobis Iudea sedutoribus, cupidis, avaris, divitiarum auctoribus, qui in tenebris ambulatis, & ad mundi lucem cœcutitis. Tu vero O homo Dei hec fuge.

*Moyses autem pascebatur oves. Exodi. 3.*

### I.



Eteres Lacedæmonij & Messenij ad exprimenda suæ gentis insignia primam sui nominis literam usurpabant. Lacedæmonij quidem literam L, at Messenij literam M. qua non

*Anton. Ricciard. in Comment. 15m.*

solum clypeos & arma, sed & urbis portas ac mœnia agrorum fines & terminos, quin & privata sigilla obsignabant. Horum exemplo nos in structura sacræ Pyramidis quam Christo in monte Oliveti erigimus unicâ contenti literâ quarto lapidi imprimeamus litteram M, qua designabimus Thaumaturgum Israëlitici populi ducem & legislatorem Moysen, & simul sororem ejus Mariam. Nuncupatur à sacro historico *Maria Prophetissa* soror *Aaron*, non sine mysterio, cùm æquè fuerit soror Moysis, cur ergo tantum soror Aaron? Moyses idem sonat ac *Attractus de aquis*, *Aaron montanus*, *Maria amaritudo*, quæ omnia Servatori nostro in monte Oliveti constituto ad amissim conveniunt. Attractus enim de aquis sudoris sanguinei, montanus orator noster amaritudinem sensit ac prægustavit amarissimi calicis, ut dicere potuerit cum Regio Psalte : *Ecce in pace amaritudo mea amarissima.*

*S. Hieron.  
de nom.  
Hebr.*

*Psal. 61.*

I I. Moysen fuisse typum Christi benedicti, ac tunc potissimum quando in monte orans pro populo brachia *Tertull. lib.* in altum tollebat, fatentur SS. Patres *Tertullianus*, *Cyrillus*, *Justinus*, *Cyprianus*, *Theodoreetus* & alij, quorum *Theo-Marcion.* *Cyril. col.* *doretus* differtè ad rem nostram : *Dum extendebat manus leða. c. 16.* *Moyses*, *præferebat typum ejus*, qui *crucifixus est pro nobis*. *Iustin. cont.* *At nescio* annon *Pastorali officio* magis expresserit *Moyses Salvatorem* in monte Oliveti ab oratione surgentem. *Tryphon.* *Cyprian.* *Theod. q.* *Moyses autem pascebatur oves.* Id ponderans *Philo Hebreus*: *34. in Exod.* *Præfuit*, inquit, *gregibus ad principatum se præparans*. *Nam Philo. lib.* *pastoralis ars ad regnum est præludium*. Et idem alibi : *Tanta 1. de vita curæ pastoralis honestas creditur & utilitas*, ut *Poëtarum gens Moyse.* *Reges soleant vocare pastores populi*. Cœlestis noster *Moyses Idem lib.* *de agricul.* qui se ipsum nominavit pastorem bonum, si uspiam, certè in horto se manifestavit Pastorem ovium, Pastorem *Joann. 10. populi*, Pastorem bonum. *Albertus Magnus in Joannem: v. 11.* *Ego, inquit, sum Pastor bonus, bonus in natura, bonus in gratia,* *Alt. Mag. in Joan.* *bonus in pastorali cura*. *Cajetanus* verò : *Summus Pastor sum-Cajet. in Joan.* *mē bonus*. Et *Lucas Burgensis* : *Unus & singularis per Propheta-*

*tas, nominatim Ezechiel. c. 34. Promissus Pastor magnus ovi-  
um, quem vocat Paulus Hebr. 13. Principem Pastorum, &  
Episcopum animarum nostrarum. Videte obsecro Pastoris  
nostrri vigilantiam & de ovibus sollicitudinem. Dormiunt  
oves ejus discipuli, ipse vigilat; unam ovem aberrare  
advertisit, & vadit eam quæsitum ut gregi associet. Sed  
actum agis magne Pastor, hæc ovis jam lupum induit.  
Non tamen deponit curam. Eia inquit oviculæ meæ:  
Surgite eamus: ecce appropinquavit, qui me tradet. Reduca-  
mus si fieri potest errantem ovem.*

*Luc. Burg.  
Ibid.*

**III.** *Adhuc eo loquente, ecce Judas. Hic verus est Ama-  
lecia, sive ut *Rupertius* interpretatur lingens, osculans: in ve-  
stimento ovium lupus. Ecce Judas. Ecce in pace amaritudo  
mea amarissima. Prælibasti in horto mi JESU amarum cali-  
cem, haurire cœpisti mare amaritudinum, sed hæc ama-  
ritudo quam tibi os Judæ propinat in pace amaritudo ama-  
rissima, cùm sub mellis dulcedine amarissimum fel offer-  
tur. Accedens ad JESU M dixit: Ave Rabbi. O fallax &  
dolosum cor! crudele & inimicum osculum! Amoris ar-  
ma deserviunt rancori & odio, pacis symbole bellum &  
persecutionem denuntiant. Et osculatus est eum. Impie,  
crudelis, sanguinarie latro, quis te hanc artem edocuit,  
cum armis pacem componere, per amicitiae pignus tui  
amatorem hostibus tradere, & quem ante modicum in  
sacramento sumpferas, spurcissimo tuo ore contamina-  
re! Ah lupe infernalis, itanè *venenum infundis osculo* (*ut lo-*  
*quitur S. Ambrosius*) *quo gratia charitatis infunditur; osculo* *in Psal. 39.*  
*quod sacrae pacis insigne est; osculo quo amicitia fida firmatur; os-*  
*culo quo fides sancta signatur.* Et alibi in eumdem sensu.  
*Amoris pignore vulnus infligis? charitatis officio sanguinem fun-*  
*dis? & pacis instrumento mortem irrogas?* Similiter *S. Augu-*  
*stinus: Oscularis & insidiaris; amicitiam fingis cum proditor sis.*  
Quin & *S. Thomas Doctor Angelicus: Ostendis amicitiam per*  
*osculum, & venisti perdere me?* secundum illud *Psal. 27. Lo-*  
*quuntur pacem in ore suo, mala autem in cordibus eorum.* *Paulo*  
*ante**

*Rup. Abb.  
in Psal. cit.  
Psal. cit.*

*S. Ambros.  
in Psal. 39.*

*Idem lib.  
10. in Luc.*

*S. Aug. in  
Caten.*

*apud S.  
Thomam.*

*S. Thom. in  
c. 26. Mat*

*To. 14.*

ante benignissimus Pastor & Episcopus animarum nostrarum discipulos suos ordinaverat sacerdotes, eisque modum missam celebrandi præscripserat: *Hoc facite in meam commemorationem.* Et ecce indocilis Iudas, asino stolidior, nondum benè perceptis Rubricis, primam Missam orditur de Requiem & pacem dare vult, ubi dari non debet.

*Ab osculo incipitur bellum, & per pacis signum rumpitur sacramentum.* inquit S. Augustinus. Verè Christe mihi in hac pace amaritudo tua amarissima: & potes queri: *Homo pacis meæ, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplationem.* Aquila legit. *Homo cui confisus eram: Symmachus: homo cui confidebam.* Hic repertus est infidus, rebellis, prævaricator, traditor, persecutor, lupus rapax, fidelem animarum Pastorem persequens.

IV. Consideremus hoc mysterium paulò attentius cum suis circumstantijs personarum, temporis, verborum & actionum. *Ecce Iudas unus de duodecim.* unus è principibus electi populi: *Collocet eum Dominus cum Principibus,* non quibuscumque sed *cum principibus populi sui.* Hic accessit primò principibus sacerdotum, mox principibus tenebrarum. Iudas *Filius regni cœlestis* sic cum appellat in

S. Chrysostomus: *Regni filius erat, & cum duodecim audiit discipulis sedebitis super sedes duodecim.* Iudas amicus Dei Filij. *Nimis honorati sunt amici tui Deus.* *Vos amici mei estis.* Iudas Angelus imò judex Angelorum? *Nescitis quoniam Angelos judicabimus?* Iudas filius Dei. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Iudas lux mundi. *Vos estis lux mundi.* Iudas sal terræ: *Vos estis sal terræ.* Iudas hora divini horologij duodecim Apostolos elegit, de quibus dicit nonne duodecim sunt horæ diei, Inquit

Cyrill. lib. 7. c. 12. in Joann. S. Cyril. Alex. Ecce Iudas unus de duodecim excœcatus ab avaritia, vendit suum Dominum, Magistrum, Deum, & transfiguratur ex Principe electorum in Principem & dum impiorum: *Facit hoc insatiata cupiditas* (verba sunt S. Petri Chrysologi) *qua contenta non est homines criminosis fieri, nisi eos duces criminum faciat & Magistros.* Ex filio regni transit

S. August.  
serm. 122.

Psal. 40.  
v. 10.

Psal. 112.  
v. 7.

S. Chrys.  
ost. bom.

77. ad po-  
puum

Psal. 138.  
x. Cor. 6.

v. 8.  
Iohn. 1.

Cyrill. lib.  
7. c. 12. in

Joann.

S. Pet.  
Chrysol.  
serm. 2.

transit in filium gehennæ : *Avarus vir inferno est similis.*  
*Infernus enim quantoscunque devora veritatem, numquam dicit satis*  
*est. Sic et si omnes thesauri confuxerint in avarum.* Ait S. Au- <sup>S. Aug. in</sup>  
*gustinus.* Ex amico Dei fit ejus inimicus : *Tui isti scelerata* <sup>Epiſt.</sup>  
*avaritia fluctus.* *Tuo impulsu & incentivo filius parenti inimi-*  
*citas denuntiat.* Sic S. Asterius. Ex Angelo fit diabolus. <sup>S. Aster.</sup>  
*Unus ex vobis diabolus est, ipsa veritas æterna de luda pro-* <sup>bom. de</sup>  
*nuntiat.* Ex filio Dei mutatur in filium diaboli. *Nihil sic* <sup>Joann. 6.</sup>  
*diabolo hominem subiici facit ut inibiandi opibus, atque habendi a-* <sup>v. 71.</sup>  
*more superari.* Sic S. Chrysostomus. Ex mundi luce transiit <sup>S. Chrysost.</sup>  
*in tenebrosum chaos.* *Nonne & Iudas proditor inter cœteros* <sup>bom. 13. in</sup>  
*audiebat : Vos estis lux mundi ? Nonne diabolus lumen ejus extin-*  
*sit ?* sunt verba S. Ambrosij. Et magnum chaos firmatum est in- <sup>S. Ambros.</sup>  
*ter aurum & animam.* Sic S. Pet. Chrysol. Ex sale terræ fa- <sup>in Psal.</sup>  
*pienti, factus est sal infatuatum, & ad nihilum valet ultra* <sup>118. serm.</sup>  
*nisi ut mittatur foras.* Unde Augustinus : *Quæ est ista rogo anti-* <sup>S. Pet.</sup>  
*marum insaniam, acquirere aurum & perdere cœlum ? Denique* <sup>Chrysol.</sup>  
*ex hora divini horologij transfertur in horologium in-* <sup>serm. 22.</sup>  
*fernale : Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum.* <sup>S. Aug. ser.</sup> <sup>25. de</sup>  
<sup>verb Dom.</sup> <sup>Joann. 17.</sup> <sup>v. 12.</sup>

V. Ecce Iudas unus de duodecim. Nihil rarum aut novum in communitate, inter multos, reperiri unum sceleratum, & si rationem subduxeris plures in mundo mali quam boni : sed quod ex duodecim electis à sapientia æterna, & in Apostolicum suscepitis consortium unus repertus sit non malus solum sed malorum & scelerorum omnium coryphæus, id sanè mirabile cogitatu. Non possum sine admiratione ingenti legere : *Ego elegi vos de mundo, & unus vestrum diabolus est.* Quis hic non paveat, <sup>Joann. 15.</sup> <sup>v. 19.</sup> & cohorrescat, si locus conceditur diabolo in tali collegio : *Ego elegi vos de mundo.* Quando hoc Dominus dicebat ( inquit Cyrillus ) non ipsum Iudam attendebat, sed Matthiam <sup>Cyrill. sup.</sup> in locum illius subrogandum. Cur ergo Iudas cum cœteris cit. ad Apostolatum assumitur ? cur ei concreduntur mysteria ? cur in numero duodecim computatur ? Nempe, ne sibi quisquam blandiatur de loco, de consortio, de of-

ficio, sed cum metu & tremore quisque operetur salutem suam. Appono verba S. Bernardi. *Nusquam est secundum fratres, neque in cælo, neque in paradiſo, multò minus in mundo. In cælo enim cecidit Angelus in præsentia diuinitatis; Adam in paradiſo de loco voluptatis; Iudas in mundo in schola Servatoris.* Et quod maximè considerandum omnes hi per cupiditatē: ut verum omnino sit *Radix omnium malorum cupiditas.* Angelus per cupiditatē dominatus & ambitionis, Adam per cupiditatē gulæ, Iudas per cupiditatē avaritiæ, quæ cum sit cœteris frequentior, est etiam cœteris periculofior, & omnia vitia, omnia sclera post se trahit.

*S. Paulinus agens de avaritia: Hæc una, inquit, omnibus armata criminibus, vel si sola nos capiat, & Zabulo ad malitiam, & homini ad mortem sufficit. Et Rupertus Abbatis vox est: Plenus diuinijs, plenus vitijs. Id probè non rat sapiens cum diceret: Odibilis coram Deo est & hominibus superbia, & execrabilis omnis iniquitas gentium: avaro autem nihil est scelestius. Nihil est iniquius quam amare pecuniam.*

*B. Petrus Damiani in eas erupit voces: Dura certè & nimis formidolosa sententia. Si enim nihil est avaro scelestius nihil iniquius; non ergo melior parcidis, non præsertur incestis, æquatur hæreticis, assimilatur idololatris? Ita est mihi Damiane, imò amplius aliquid de avaritia pronuntiat S. Gregorius quasi Iudam avarum describens: De avaritia proditio, fraus, fallacia, perjuria, inquietudo, violentie, & contra misericordiam obdurations cordis oriuntur. Et S. Augustinus: An ignoras quod radix omnium malorum avaritia est, & servitus idololatriæ, mater usuræ, genitrix gabenæ. Quin & D. Chrysostomus. Qui pecuniae amore rapiuntur, invidi quoque, nequam, multum jurantes, perjuri, temerarij, audace, maledici, fures, inverecundi, impudentes, ingratij, mala denique omnia sint necesse est.*

V I. Atque ut huius malorum omnium radicis effetum in ipso Iuda conspiciamus subserviat nostro discursu quod ijdem SS. Patres de avaritia loquuntur. S. Petrus Chrysostomus.

*Chrysologus*, avaritia inquit. *Comparat bellatores, sanguinem S. Petr. vendit, agit mortes, prodit patrias, &c. fas nefasque confundit, Chrysol. violat veritatem, innocentiam tollit, amicitiam subruit.* Ut plura quæ ibi congerit præteream. *S. Gregorius septem a-* *S. Greg. li.*  
*varitiæ filias recensens, Prima, ait; est obduratio cordis, se-* *31. moral.*  
*cunda est violentia, quæ fit nocendo alicui palam per facta mala.*  
*Tertia est inquietudo hoc est appetitus lucri. Quarta est perjurium.*  
*Quinta est fallacia, quæ fit per verba decipientis in occulto. Sexta*  
*est fraus. Septima proditio.* Tam nobilem familiam Iudas aluit. *S. Valerianus nihil mirandum existimat, si avarus* *S. Valer.*  
*proditionem moliatur: unde ait: Ille proditionis arguitur,* *bora. 20.*  
*ille delator alieni criminis accusatur, quis dubitet, quod secretum*  
*pectoris oblatæ pecuniae pondus irruperit?* Iudam ad proditionem sui Magistri avaritia impulit; & quis dubitet quod secretum pectoris oblatæ pecuniae pondus irruperit? sed quo tandem fructu? Faulus Apostolus quasi ad Iudæ exitum respiciens: *Qui volunt, inquit, divites fieri, incidunt in tentationem & laqueos diaboli.* Et sapiens id quasi prophetans: *Qui congregat thesauros impingetur ad laqueos mortis.* Iudas laqueo se suspendit. Quod ponderando Venerab. Droga: *Iam diu à Christo recesserat, & avaritiæ laqueo se suscenderat, sed quod fecerat in occulto palam omnibus innotuit:* *Drogo. de Sacram.*  
*pœnæ qualitas supplicij modum aperuit.* Et Hugo Cardinalis vocat divitias laqueum desperationis. Quid mirum igitur si irretitus his laqueis impius proditor abiens laqueo se suspendit, & ut impleret etiam quod dixerat sapiens: *Nihil est Eccl. 10.*  
*iniquius quam amare pecuniam.* Hic enim & animam suam venalem habet, quoniam in vita sua projicit intimam sua: O detestabile malum avaritiam! o deplorandum genus mortis! O cæcas hominum mentes, qui tam pernitioso vitio se mancipant! Ergo laqueus diaboli sunt divitie hujus mundi! clamat Hugo de S. Victore: *Heu me quam pauci sunt, qui volunt ab isto laqueo liberari? quam multi sunt qui dolent quod parum sunt irretiti?* Fugiamus hanc pestem. Qui divitijs intendit naturâ proditor existit. Inquit Aristæus. Fugiamus hanc pestem. *Hugo de S. Vict.*  
*mischell. II.*  
*1. 2. 6. 57.*  
*Aristæus.*  
*de 72 n.*

VII. Ecce Judas unus de duodecim. Avaritiā excēcatus innocentiae nundinator, Dominum & Magistrum suum solā cupiditate habendi inductus vendere præsumpsit, & quidem levissimo pretio, quo servi & mancipia veniebant. Id notavit Hieronymus inquiens: *Iudam avaritiā ex-cēcatum, nec rogatum, nec quæsum sese sponte proditorem obtulisse, nec de auctione pretij quicquam lūcitatum esse, sed quasi vīle mancipium in potestate ementium posuisse, quantum vellent dare.* Et quia Exodi 21. pro seruo aut ancilla occisis jubebantur numerari triginta sicli argentei, vero simile est Iudeos tanti voluisse emere Christum, quanti apud eos ser-vius estimabatur. Iam Christus mi factus es formam servi accipiens. Celebris huius ævi Theologus narrat se sicutum & ectypum argentei similem eorum, qui Romæ asservantur naclum fuisse, & facta diligent per trutinam comparatione, cum moneta nostra oculari inspectione deprehendisse, triginta illos siclos seu argenteos, juxta monetam Imperiale conficerre florenos Rhenenses viginti duos, & dimidium. Alij censem fuisse tantum florenos quindecim. Qui sumnum. c. 5. Suar. To. 2. in 3. p. D. 34. f. 1. Salian. ad an. Cbri. 34. Corn. Jansen. Maldonat. Sa. apud Drexel. in Cn. Cbri. Mor. P. 2. c. 3. Plin. l. 7. c. 39. Lips. de magnit. Rom. c. 4. Suet. lib. de Grammat. N. 3. consent fuisse florenos quindecim. Qui sumnum pretium ponunt, aiunt fuisse florenos viginti quatuor. Tam vili pretio vénijt Salvator meus, cuius bonitatis infinitus est thesaurus! O cæcitatem! O avaritiam execrandam! Daphnis Grammaticus teste Plinio venditus est trecentis millibus septingentis festertijs. Pretium hominis in servitio geniti ( inquit ille ) maximum ad hanc diem, quantum quidem compererim, fuit Grammaticæ artis Daphnidis. Pisaurensi vendente, & M. Scauro principe civitatis III. M. DCC. festertijs licente. Quod Justus Lipsius ad nostratem monetam calculos revocans, ait fuisse septem millia, quingentos & septendecim imperiales. Addit Plinius: Paenzontem è spadonibus Seiani III. M. D. emptum mercante Sutorio Prisco. Diversus à superiore Lutatius Daphnis teste Suetonio ducentis millibus nummum Quinto Catulo emptus est, quæ pecuniæ summa nostratum Imperialium quinque millia æquat. Bello civili Romanorum quo C. Gracchus

peremptus est, caput ejus ad consulem Opimum detulit Septum eleius, & ob id dono accepit centum nummos aureos Romanos, hoc est supputatione Saliani mille septingentos sexaginta sex coronatos nostratis monetæ. Tanti æstimati sunt servi, & servilia capita cum cœli teræque Dominus solis triginta argenteis sit venditus !

*Salian.*  
*Annal. V.*  
*Test. ante*  
*Crisii an.*  
120.

VIII. *Ecce Iudas.* Tam insanus & impius nundinator, *venit cum laternis & facibus.* Occurrit memoriae nox illa, an potius ut canit Poëta.

-- *Subit illius tristissima noctis imago*

*Ovid.*  
*Trist.*

Qua mundi Salvator in monte Oliveti Patre adorato in manus hostium impiâ proditione traditus est : Imaginor mihi altum silentium creaturarum, quietem omnium animantium, refocillationem lassorum artuum. Poterat cœlum immugire, fulgetris & ferali tonitru Christi inimicis terrorem incutere ; siluit. Poterat terra concuti & rupta deglutire adventantem multitudinem, uti olim Dathan & abiron ; mansit immota. Silebant in cœlo Angeli ad cœlestis facialis Gabrielis cum Christo colloquium intenti. Luna & stellæ sibi obscurum nubium syrma prætexuere, ne aspicerent Iudaicæ gentis impiatem. Quiescebat in molli lectulo primus Adam, cum eius onera secundus Adam in suos humeros reclinasset. Solus JESUS, Iudas, & Iudæi Hierosolymis vigilabant ; JESUS ex desiderio salutis humanæ, Iudas ex avaritia. JESUS præparans se ad mortem, Iudas ad traditionem ; Iudæi ad crudele parricidium : JESUS ut Patri æterno obediret ; Iudas ut impijs computaretur, Iudæi ut odium suum exequerentur. O verè tristis, funesta, monstrosa, infelicissima nox !

*Nox inter noctes perdere digna locum.*


*Ovid.*  
*Trist.*

In qua sole justitiæ in occasum declinante, tam citò laternæ & faces necessariæ sunt ! *venit cum laternis & facibus* ; Cœce tenebrio, cœcorum ductor, an hominem quæris infernalis Diogenes ? *Ecce homo, imò primas ho-*

- minum homo Deus. Quid facibus opus cum *lumen mundi* inquiris ? O noctem malorum simul & mysteriorum fœcundam ! nocte Abraham fratrem suum Loth captivum Elamitis eripuit : hac nocte nullus accurrit ad eripiendum Iudæorum insidijs fratrem nostrum fugentem ubera matris nostræ. Nocte Josue quinque Amorhæorum Reges internecione delevit : nocte hac cœlestis meus Josue vitâ exuendus traditur Principibus sacerdotum. Nocte Laban filijs suis benedixit, nocte hac mundi Redemptor pro salute mundi maledicitur : *Fatius pro nobis maledictum.* Nocte Iacob excitatur à Deo ut in Ægyptum descendat ad Ioseph filium invisendum : nocte hac divinus Jacob monetur ab Angelo ut in crucem ascendat, ibique in Ioanne filios suos alloquatur. Nocte omnipotens Deus eduxit populum Israël de terra Ægypti pti præcipiens : *Transite per terram Ægypti nocte illa, & percutiam omne primogenitum :* nocte hac ipse Dux populi electi per Ægyptum acerbissimæ Passionis educitur ut occumbat *primogenitus in multis fratribus.* O memorabilis nox ! est enim Phæse id est transitus Domini. Qua mundi Salvator transiit à lætitia ad tristitiam, à majestate ad contemptum, ab incomprehensibilitate ad vincula, à Paradiſo ad hortum, à voluptate ad miserias, à libertate ad servitutem, à Dominio Angelorum, ad conculationem peccatorum ; à vita ad mortem. O nox de qua dictum est : *venit Iudas cum laternis & facibus !* quasi opere ipso testaretur, se indocilem fuisse Christi discipulum. Dixerat de seipso Magister : *Ego sum lux mundi.* Dixerat de discipulis : *Vosestis lux mundi.* Fuiſſet in Iuda unica scintilla veræ lucis, non attulifſet ad lucem videndam laternas & faculas. O cæcitas ! non vides claro sole, quomodo videbis fulmantibus ad horrorem tædis & facibus ? Nempe jam latata est in synagogam mortis sententia, causa finita, iniquè vult synagoga lætitiam contristare, majestatem contemnere, incomprehensibilitatem vincire, libertatem servitio

vitio mancipare, Dominium conculcare, justitiam condemnare, vitam è medio tollere. Ergo moriatur; hæ tædæ fumo sublustres, hæ faces modicā nictantes luce funeri & sepulturæ deserviant. Mortem verò Christi languenti lumine colluistrabunt magnaluminaria mundi sol & luna, ille sanguineis radijs, hæc pallido vultu, & cœlum totum sibi atrum & luctuosum syrma prætexet.

IX. Vos nunc alloquor insensati peccatores, vos Iudæ affeclæ & commilitones, lupi rapaces, non tondere oves, sed deglubere nati, avari fceneratores, usurarij divitiarum amatores: *Ve qui dicitis malum bonum, & bonū malum; ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras:* qui natas in radditis cavenis divitias ceu bonū amplectimini, ceu lucida fidera adamatis. Erit aliquando tempus cum aperientur oculi cœcorum, & serò clamabitis: *Ergo erravimus à via Sap. 5. v. 6. veritatis & justitiae lumen non luxit nobis.* Quomodo errastis à via, quomodo à veritate, si viam conculcare, veritatem falsis testimonij voluistis opprimere? Nescitis quis dixerit: *Ego sum via, veritas & vita.* *Quis sequitur me non ambulat in tenebris.* Luxit vobis lumen justitiae, sed vos cœci & in cœcitate vestra errantes id non agnovistis. *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.* Dilexerunt magis divitias, quam JESUM paupertatis amatorem. Adhuc tempus est, accurrite ad lucem ut non vos tenebræ comprehendant. Aperite oculos, & ad vos dictum scitote ab Apostolo: *Qui volunt divites fieri incident in tentationem, & in laqueos diaboli, & desideria multa inutilia, & nociva, que mergunt homines in interitum & perditionem.* Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes erraverunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu verò o homo Dei hæc fuge.



CONSIDERATIO VIII.

# MOYES MITISSIMUS.

## THEMA

*Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra. Num. 12.*

SYNOPSIS.

- I. *Inter multa Moysis elogia precepit, quod fuerit vir mitissimus, per hoc ceteros meruit titulos.*
- II. *Mansuetudo illum fecit dilectum Deo & hominibus pro quibus oravit.*
- III. *Talis Christus in horto Gethsemani, qui & orat pro peccatoribus, & misericorditer obviat procedit hostibus.*
- IV. *Et prorsertim Iude, qui representabat quartam ex orco furiam cum laternis & facibus, ansus accedere Deum sine fide.*
- V. *Et dicere Ave Rabbi: ut corvus Augusto quondam venditus magno pretio; ut corvus qui preter Ave didicerat emittiare: Opera & impensa periret. Hoc Ave Iudam docuit venter avaricie.*
- VI. *Eius exemplo etiam Iudei crociram Ave Rex, quia mali corvi malum ovum..*
- VII. *Abusus est voce Angelica Ave, referens Eam oppositam salutate Virginis per Ave.*
- VIII. *Lupa fuit in vestimento ovicula ad differgendum gregem.*
- IX. *Vel invitum agnoscit Denique amore capi.*
- X. *Fraudulentus Joab, qui per salutem Amasam perimit.*
- XI. *Non conquerantur post hoc Magistri de ingratitudine discipulorum: Plato de Aristotele, Cicero de Philologo, Linus de Hercule, Seneca de Nerone, supremus Magister e quo animo fert se a discipulo vendit.*
- XII. *Quis non credit Iudam fuisse de genere latronum Philotarum qui amplexibus homicidia patrabant.*
- XIII. *Nullus inter inimicos Christi major inimicus, quam Judas siculus amicus, & tamen bodie totus mundus hunc histriponem agit.*
- XIV. *Hac Hypocrisi Judas se caput constituit Pseudo-Politicorum, eius manus Absolon, qui precedit, pedes qui subsequuntur.*
- XV. *Hunc tamen personatum amicum resalutat Christus: paratus verum amicum agnoscere si peniteat.*
- XVI. *Adeo semper illi cure discipulus etiam proditor donec proderet.*
- XVII. *Imo profecto osculo rependit seruum osculum, an forte ut recipiat spiritum S. quem inspiraverat?*
- XVIII. *Inde*

**XVIII.** Inde illi ut Caimo propriâ conscientia pena : signatus osculo a nullo debet occidi , ut suinet carnifex fiat.

**XIX.** Inde congregat in illam tot maledictiones à Psalte quot argenteis Christum vendiderat.

**XX.** Successor Auditor Iude traditorum ? Tu peior es cum ad templum venis cum laternis & facibus absconditi ignis irae , luxurie , &c. & neque externam , ut ille reverentiam Deo exhibes , &c.

*Moyses vir mitissimus super omnes homines , qui morabantur in terra . Num. 12.*

## I.

**B**urima , eaque prorsus eminentia in Moyses Thaumaturgum Israëlitici populi Ducem elogia concessit in sacris Annalibus Spiritus sanctus. Vocavit eum servum Dei , & quidem fidelissimum : vocavit Deum Pharaonis. Vocavit virum magnum in terra Ægypti : sed illa vel maximè sunt gloriose : *Dilectus Deo & hominibus Moyses , cuius memoria in benedictione est. Similiter illum fecit in gloria sanctorum , & magnificavit eum in timore inimicorum ; & in verbis suis monstra placauit. Glorificavit eum in conspectu Regum , & jussit illi coram populo suo : & ostendit illi gloriam suam. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum , & elegit eum ex omni carne. Magnæ sanæ prærogativæ ! Dilectus Deo 2. Dilectus hominibus 3. benedictæ memoriae. 4. similis sanctis in gloria. 5. Magnificatus inimicorum timore. 6. monstrorum domitor. 7. glorificatus coram Regibus. 8. Populi electi ductor. 9. fruitus visione Dei. 10. electus ex omni carne. Unde quæso Moysi tanta gloria ? unde tanta præ cœteris hominibus gratia ? *In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum. Summa laus Principis in summa potestate mansuetudo , & commensurata lenitas majestati. Unde illud præcipuum inter ejus elogia censeri debet : Moyses vir mitissimus super omnes homines , qui morabantur in terra. Ideò electus ex omni carne. Quæ pondere**

*S. Hieron.* ponderans *S. Hieronymus* : *Dux ille, inquit, Israëlitici exercitus*, qui decem plagiis afflixerat *Ægyptum*, ad cuius imperium *cœlum & terra, & maria* serviebant, inter cunctos homines, quos tunc terra generauit, mansuetissimus prædicatur. Et ideo (ecce causalem) per quadraginta annos obtinuit principatum. Similiter oleäster, cum Dei titulum Moyfi concessum admiratur : *Expende queso quanta sit dignitas sancti Moyfis, quem Deus sic e-duxit, ut Deum Pharaonis constituerit.* Et mox causam annexit : *Quis enim hominum habens Dei potestatem in inimicum suum tam feruum ad momentum illum ferret? sed Dominus simul cum potestate dedit sancto viro longanimitatem, quā Regem aequo animo ferret.* Mirum qui oleaster ex eo deprendet Moysem mitem, lenem, aequanimum, quod Pharaonem aequo animo tulit, quem tamen ejusque populum

*Exodi. c. 8.* decem gravissimis plagiis affixit : projectit Aaron virgam Thaumaturgi fratris, & fluvius in sanguinem versus piscibus vitam, *Ægyptijs* potum eripuit. Extendit manum super aquas *Ægypti*, & ascenderunt ranæ, operueruntque terram *Ægypti*, irruentes in populum, in furnos, in ciborum reliquias. Extendit rursus virgam & *omnis pulvis terre* versus est in scaphes per totam terram *Ægypti*. Immisit insuper Deus omne genus muscarum. Immisit & pestem animantium. Sparsit Moyses cinerem in cœlum jubente Deo, & facta sunt ulcera vesicarum turgentium in hominibus & jumentis. Extendit Moyses manum in cœlum :

*Exodi. 10.* *Et grando signis mixta pariter ferebantur.* Et percussit grando cuncta quæ fuerunt in agris ab homine usque ad jumenta. Extendit Moyses virgam & occuparunt locustæ universam *Ægyptum* ac depastæ sunt omnem herbam virentem. Extendit Moyses manum in cœlum, & factæ sunt tenebræ horribiles tribus diebus. *Nemo vidit fratrem*

*Exodi. 12.* suum nec movit se de loco in quo erat. Denique percussit Dominus omne primogenitum in terra *Ægypti*, a primogenito Pharaonis, usque ad primogenitum captiuæ, quæ erat in carcere. Tantus in Pharaonem & ejus populum rigor, tanta plaga-

rum

rum multiplicatio Moysi nomen pepererit, benigni, mansueti & mitissimi? nihilominus *Moyses vir mitissimus super omnes homines.* Potuit Pharaonem perdere, sed oravit pro illo & plagas immisas oratione sustulit: cohibuit intra terminos justæ castigationis potentiam. *Dilectus Deo & hominibus: Sic totius plebis mentes de-vinxerat, ut plus eum pro mansuetudine diligenter, quam pro factis admirarentur.* Ut loquitur *D. Ambrosius.*

*D. Ambros.  
2 de offic.  
c. 9.*

II. Videte illum postquam viderat ab Israëlitis vitulum aureum adorari, videte inquam ut festinet ad montem, ut procumbat in genua, ut supplex Deum alloquatur: *Aut dimitte eis hanc noxam aut dele me de libro tuo quem scripsisti.* Quod perpendens *Rupertus Abbas stupore defixus* exclamat: *Est hoc ineffabile, nec nisi aliquid de eodem spiritu charitatis habentibus saltem sensu perceptibile est.* Talem spiritum habuit Paulus cum diceret: *Optabam & ego anathema esse a Christo pro fratribus meis.* Talem spiritum habuit Samuel Moysi compositus ab *Jeremia Propheta: Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum.* Duos hosce velut principes apud Deum oratores quod *Jeremias conjunxit causam rimatus S. Gregorius* in hæc verba erumpit: *Aliud ego in hac re non inuenio, quam quod Moyses & Samuel ora-verint pro inimicis.* Mansuetudo igitur & lenitas, & sponte in arctum deducta potestas Moysen fecit dilectum Deo & hominibus, fecit Thau-maturgum, fecit sanctum.

*v. 32.  
Rup. Abb.  
in Exod. li.  
4. c. 30.  
S. Greg. 9.  
Moral. c.  
13.*

III. Convertite nunc mecum vestræ mentis oculos AA. ad mitissimum generis humani Servatorem in monte Oliveti, & videbitis illic pro peccatoribus orantem: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis dele me de libro tuo quem scripsisti.* Pater æterne tanto amore ardeo erga humanum genus, erga peccatores, & reos læsæ divinæ Majestatis, ut desiderem per acerbissimos cruciatus mortem pro eis appetere. Dimitte eis hanc noxam. Pater æterne, calicem mihi amarum propinas, volo ebibe-

*re fiat voluntas tua.* Pater æterne serva eos quos mihi derdisti, etiam perditissimum Iudam, quia jam appropinquat. Adeste mei discipuli: *surgite eamus: ecce appropinquat qui me tradet.* Cum hoc mansuetudinis spiritu obviam procedit hostibus suis mitissimus JESUS, qui non minorum potestatem habuit quam Moyses. Poterat signis & portentis eos à cœpto terrere, poterat vivos in terræ profundum demergere, sed mansuetudine maluit ad frugem revocare si vellent.

**I V.** *Adhuc eo loquente ecce Judas,* quarta ex orco furia cum laternis & facibus. Tres cœteroquin furias tædis armatas commenti sunt veteres Poëtæ. Judas desertor Apostolicæ fidei, scelestissimus proditor Filij Dei, *Trifur & Trifuria, venit cum laternis & facibus.* Et accedens ad JESUM dixit Ave Rabbi. Et osculatus est eum. O facinus detestandum! O fraudulenta salutatio! O sacrilegum osculum! Accedens ad JESUM. Quomodo accedis impie quem vendidisti? quomodo accedis quem prodis? quomodo accedis, à quo discessisti? *Credere oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit.* Tu verò accedis & non credis, accedis & non metuis sceleatum vindicem ac remuneratorem? sed *dixit insipiens in corde suo non est Deus.* Quid mirum? Alium sibi Deum constituit mammonam iniquitatis, vitulum aureum adorabat: cœcus cœcorum ductor, Judas Judæorum antisignanus, qui si *Dei sapientiam in mysterio cognovissent, nunquam gloriae Dominum crucifixissent.*

**V.** *Dixit Ave Rabbi.* Vox æmula quidem humanæ sed non humana, in ore nata non in corde, vox belluina. Sublimis Actiacâ Victoria revertebatur Augustus; occurrit ei inter gratulantes corvum tenens, quem instituerat proferre hæc verba: *Ave Cæsar, vicit Imperator.* Miratus Cæsar officiosam avem viginti millibus nummum emit. Sine sensu sine intellectu brutalis hæc fuit salutatio, nec alia Judæ; Et tamen pro hoc corvo Servator meus non virgin-

*Hebre. II.  
v. 6.*

*Psal. 13.  
v. 1.*

*1. Cor. 2.  
v. 8.*

*Macrobi.  
lib. 1. Sa-  
turnal. c. 4.*

viginti millia nummum sed pretium omni excogitabili  
thesauro majus paratus est exponere ut redimat. Sed  
actum agis mi JESU, hic corvus crocitans *Ave Rabbi al-*  
*teri corvo est similis, quem idem Augustus emisse fertur,*  
qui præter *Ave Cæsar.* etiam alia verba didicerat : *O-*  
*pera & impensa perijt.* Nam cum & priorem corvum &  
Psittacum & Picam idem *Ave* garrientes emisset, trans-  
siens sutoris, qui in corvo ad eamdem salutationem af-  
suefaciendo diu frustra laboraverat, identidem repetens  
*opera & impensa perijt,* officinam ; salutatus est à cor-  
vo *Ave Cæsar,* reposuit : *satis domi salutatorum talium babeo.*  
Corvus memor etiam aliorum verborum crocavit : *O-*  
*pera & impensa perijt.* Sic prorsus Iudas crocitat : *Opera*  
*& impensa perijt :* Vis mi JESU mansuetudine tua reduce-  
re errantem oviculam & ad gregem reducere : *Opera &*  
*impensa perijt.* Vis pro illo etiam sanguinem pretiosissi-  
mum effundere ? *Opera & impensa perijt.* Sed obsecro  
quis huic corvo indocili vocem illam amabilem *Ave*  
instillavit ? quis edocuit ? Eandem quaestione movet  
Poëta :

*Quis expedit vit Psittaco suum chære ; ( Ave )*  
*Picasque docuit nostra verba conari ?*

*Persius. in*  
*Prot.*

*Magister artis ingenique largitor*

*V E N T E R, negatas artifex sequi voces.*

Avaritiæ venter, qui cum satiari non posset, nisi &  
pretium devoraret quo mundi thesaurum vendiderat,  
eo plenus crepuit medius : sic argutè differente Ven.

Dragone Hostiensi : *Suspensus crepuit medius : plenus erat Drogō.*  
*venter & ruptus est uter : crepuit medius ubi erat sedes sathanæ.* *Hostien.*  
*Diffusa sunt omnia viscera ejus : pecunia viscera sunt avari, illa pass.* *de sacram.*

VI. *Dixit Ave Rabbi.* Vetus Græcorum proverbium est *Kakós Kóarakós Kakón oón.* *Mali corvi ; malum oñum*  
Pessimus corvus Iudas pessimus instructor Judæorum,  
quos illusoriâ lingua docuit salutare mundi Salvatorem.

Ut enim ille venenato corde lingua melle illita dixit *Ave Rabbi*: Sic isti exemplo sui antesignani aliud corde aliud lingua versantes: *Ave Rex Iudeorum*. Tam sanctum vocabulum ex tam profano ore, tam scelerato corde prolatum est.

*VII. Dixit Ave Rabbi.* è cœlo venit hæc salutatio, & primus eam detulit *Angelus ad Virginem desponfatam viro*: nec uspiam reperitur in veteri testamento sive ab Angelo prolata sive ab homine, destinata in tesseram pacis, in signum amoris, in testimonium benevolentiae. Primus eam profanat Iudas orci tenebrio, dum se transfigurare nitiatur in Angelum lucis. & qua denuntiata est quondam mundo pereundi libertas, hac mundi Salvatori denuntiatur captivitas. *Adverte* (inquit Cajetanus) *quod nunquam alias invenitur in sacra scriptura Angelum ejusmodi salutationis verbo usum fuisse, reservata siquidem est hac Angelica veneratio Beate Virginis*. Utpote quæ veteris *Eva* *Damascorat. t. de correctio ut eam vocat Damascenus, mutans Eva nomen me Nat. Virg.* ruit *Ave*.

*VIII. Dixit Ave Rabbi.* Divinâ permissione assumpitus ad executionem Redemptionis humanæ, ut eodem vocabulo inciperet complementum Redemptionis, quo initium factum fuerat Incarnationis. *Angelus ad Virginem* dixit: *Ave gratia plena Dominus tecum*: Iudas dicit *Ave Rabbi* & tacite innuit: en cohors militum, & synagoga quæ te perdat: *Angelus* serio, Iudas ficte; *Angelus* devote, Iudas impiè, ut sicut in filij Dei Incarnatione verificatum est *Ave mutans Eva nomen*, sic in ejus passione videatur impius proditor Evam iterum revocare voluisse. Dicendo siquidem *Ave Rabbi*, quasi dicebat: *Eva* & *Adam* te in horto salutant & osculo donant: hoc osculum illis debes per me oblatum, compleatur per *Ave*, quod cœptum est per *Ave inversum, Eva*.

*IX. Dixit Ave Rabbi.* Mi JESU ecce lupus adest in vestimento oviculae, & te verum Pastorem immundo mor-

*mordet osculo: quis nunc miretur impleri illud: Percutiam pastorem & dispergentur oves.* Quod discipuli tui fūgiant lupus facit, non Pastor.

X. *Dixit Ave Rabbi.* Tanta est vis veritatis, ut etiam à falsitate noscatur. Unde rectè nonnemo: *Magnum est veritatis robur, quod etiam nolentem adversarium cogit in sui confessionem.* Ecce vel Judas agnoscit Christum mundum Amorem esse, nec aliter capi posse, quam argumentis amoris: ut quid enim armatus veniret salutatione amica, amoris osculo? Deus amore capit.

XI. *Dixit Ave Rabbi.* Videte fraudulentum Joab de quo sacer textus: *Dixit itaque Joab ad Amasam: Salve mi frater.* Et tenuit manu dextera mentum Amasæ, quasi osculans eum. Porro Amasa non observavit gladium, quem habebat Joab, qui percussit eum in latere, & effudit intestina ejus in terram. Sic planè impius Judas, osculatur, & insidiatur, amiciam fingit cum proditor sit, ut loquebatur S. Augustinus. Salutem impertit cum vult perimere, osculatur cum intendit occidere; Magistrum vocat à cuius disciplina abhorret, quem Dominum deberet agnoscere mancipat servituti.

XII. *Dixit Ave Rabbi.* Ne conqueramini Magistri de vestrorum discipulorum ingratitudine. *Judas Magistrum vocat cuius non vult esse discipulus,* ut de alio loquitur *Chrysostomus;* Magistrum vocat, cui pro beneficijs malefacta rependit, quem prodit ut perdat. Magistrorum omnium Magister ingratissimum fortitus discipulum suo exemplo docet, vix alio pretio compensari Magistrorum labores, quam ingratitudinis. Sic Plato sensit ingratum Aristotelem, unde & mulum vocavit: *quod mulus cum saturatus est latte materno calcibus petit matrem:* & Aristoteles maximos Philosophiæ accessus à Platone acceptos contra Platonem vertit: schola ipsi adversante in Peripato aperta. Sic Cicero Romanæ pater facundiæ à Philologo quem educaverat proditus vitam perdidit. *Percussione*

Plut. in res superveniunt Herennius Centurio, & Popillius Tribunus mi-  
 Vit. Parat. litum quem olim de paterna cæde postulatum defendebat Cicero, &c.  
 To. 3. mibi fol. 46. Ferunt adolescentem quemdam Philologum nomine, libertum  
 Quinti & a Cicerone in bonis litteris educatum Popillio indica-  
 se, lectionem Ciceronis per sylvestres & umbrosas ambulationes ad  
 mare deferri, &c. Sic Hercules reprehensus a Lino Magi-  
 stro suo quod citharam male apprehenderet, citharam pro  
 clavâ usus eam in Magistri caput impedit, & bene mo-  
 nentem, male vitâ privavit. Sic extinctus a Nerone sapi-  
 entissimus ævi sui Seneca, quem litteris juxta & mori-  
 bus ad imperium formaverat. De hoc Iudæ æmulo Cor-  
 nelius Tacitus, cum retulisset Senecæ cum Nerone col-  
 loquium, illius declinantis potentiam invidiæ obnoxiam,  
 hujus augmentum ejusdem simulantis; subnequit de  
 Tacit. lib. 14. annal. Nerone: Adiicit complexum, & oscula, factus naturâ & con-  
 suetudine exercitus velare odium fallacibus blanditijs. O por-  
 tentum hominis in quo Judas proditor osculis blandiens  
 revixisse videri possit. Nec sacra defunct eiusmodi ingra-  
 titudinis exempla in sanctis Caffiano Martyre, Arsenio  
 Abate, & aliis. Feramus aequo animo qui tale præmium  
 Proverb. laborum recipimus. Qui reddit malum pro bono, non recedet  
 17. malum de domo ejus. Inquit sapiens. Nos vero Servatoris  
 nostri exemplo non cessemus etiam ingratitudinis conferre be-  
 Senec. Ep. 81. neficia. Si periculum ingratitudinis vitare volueris; non dabis  
 beneficia: itane apud alium pereant apud te peribunt. Non re-  
 spondent potius, quam non dentur: & post malam segetem seren-  
 Panormit. dum est. Profusus in beneficia Alphonsus Rex Arago-  
 lib. de reb. niae cum objurgaretur quod in Alvarum Lunam homi-  
 gest. Al- nem sibi planè ingratum tanta contulisset beneficia, quo-  
 phons. Reg. rum ne memor ille quidem amplius esset: An ignoratis,  
 inquit Rex, ingenti beneficio non nisi ingenti ingratitudine satisfie-  
 ri? Beneficentissimi Servatoris nostri non aliud respon-  
 sum exspectemus si quæsierimus, cur Judam ad Aposto-  
 latum assumpserit, cur ei pedes laverit, cur sacerdotio  
 initiarit, cur sacrum corpus manducandum, & sanguini-  
 nem

nem bibendum porrexerit. *An ignotatis ingenti beneficio nonnisi ingenti ingratitudine satisfieri?*

XIII. *Dixit Ave Rabbi, & osculatus est eum.* Isaiæ *Isai. 29.*  
 Prophetæ pro J E S U meo querela est: *Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longè est à me.* Labia Iudæ labia dolosa, loquuntur mel, propinant fel, figunt oscula, designant alapas, fingunt amorem, velant odium. Expressius Jeremias: *Sagitta vulnerans lingua eorum dolum locuta est; in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias.* Latronum genus commemorat Seneca, qui per amplexus necabant. Monens quippe Lucilium ut vita-ret voluptates, inquit: *Voluptates præcipue exturba, & invisiſſimas habe, latronum more quoſ Philotas Egyptij vocant.* *In hoc nos amplectuntur ut strangulent.* Ex hoc genere latronum Judas, Magistrum suum amplexatus & osculatus est ut perimeret. *Quemcunque osculatus fuero, ipſe eſt, tene te eum.*

XIV. *Dixit Ave Rabbi.* Multos habet inimicos Christus, multos adversarios, nullum peiorem Iuda, quia nullum pernitiosius malum simulatione. *Rari sunt casus,* *Senec. Ep.*  
 ( inquit Seneca ) *etiam si graves naufragium facere, r̄vehiculo 103.*  
*everti: ab homine homini quotidianum periculum.* Nullum malum frequentius, nullum pertinacius, nullum blandius. Tempestas minatur antequam surgat, crepat aedificia antequam corruant: *prænuntiat fumus incendium: subita eſt ex homine pernicies,* & eo diligentius tegitur, quo proprius accedit. *Erras si iſtorum qui tibi occurruunt vultibus credis, hominum effigies habent, animos ferarum.* Ingens per universum orbem discurrit eiusmodi hominum non hominum multitudo: & ut nonne-mo dicebat: *Ferè totus mundus exercet bistrionem!* Passim Petronii Larvatos videas, qui fronte remissa, explicatis rugis, ore Arb. in laxato, celant pectus Invidiā marcidum, fastu turgidum, iracundia tremens, animum alia omnia, quam os oculique promittant cogitatione versantem. Damnant in corde, quod ore denuntiant, Vatiniano insectantur odio, fragmenta.

Scriban. in  
Phil.  
Chrif.

quod amare se profitentur : Unde Scribanus admirabundus quærerit : *Possunt tam pugnantia in una stabulari mente ? amor & damnatio ? aut non mentitur amor ? qui damnat ?* Quis hodie satis se credit Politicum & civilem , nisi artes eiusmodi exerceat ; & honestissimam vocem Politici turpissimo exercitio dehonestet ? Judæ asseclæ sunt , proditores sunt , sub impio capite membra nihilo meliora.

*Auct. lib.*

*initit. Ani-  
ma fidel.*

*O quot sunt adbuc bodie Iude* ( exclamat *Anonymus* ) *qui in receptione corporis Christi , Christum osculantur , & statim tradunt eum in manus inimicorum suorum , id est multorum peccatorum .* Quam multi sunt qui frequentant diligenter Ecclesiæ , intersunt divinis officijs , curvant genua , Deum adorant , & vix domum reversi millenas in Deum eructant Blasphemias , mille in cœlum jaculantur sacramenta ! quam multi manibus tractant Rosaria & precatorios libellos , qui in corde magnos indices circumferunt odij & vindictæ in proximum ! Quam multi procedunt in vestimentis ovium , intrinsecus autem sunt lupi rapaces !

XV. *Dixit Ave Rabbi.* Hoc facto & dicto Iudas se caput & coryphaeum constituit omnium proditorum , omnium simulatorum , omnium Pseudo-Politicorum , qui aliud verbis aliud corde præfereunt. Id observans *S. Athanasius* quærerit causam cur sepulchrum Absolonis appellatum sit *Manus Absolon* : nec aliam invenit , quam quod Absolon fuerit membrum pseudo-Politici corporis , cuius caput Iudas. *Locus ille* ( sic ratiocinatur *Atba-*  
*bom. de*  
*semente.* ) *ubi sublatus est Absolon , manus Absolon in bodiernum diem nuncupatur.* En quam exactè imagines inter se congruunt : siquidem locus ille non vocatus est pes Absolonis , sed manus : ne-

*2. Reg. 18.*

que item caput Absolonis. Prior enim fuit capite manus , que proditionem exercuit , secundum exemplar istius rei. Ad quæ doctissimus Baëza adjungit : *Absolon & qui ante proditores fuerunt , manus erant tantum ; & qui postea , pedes.* Unus Iudas proditorum factus est caput. Exitiale hoc fraudulentæ & dolosæ simulationis genus aversatus David querebatur

ad Dominum : *Quoniam defecit sanctus : diminutæ sunt veritates à filiis hominum.* *Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum : labia dolosa in corde & corde locuti sunt.* In corde & corde , est dupli corde , unde Salvator noster ajebat *væ homini illi per quem filius hominis tradetur* , innuens illud *væ ad ipsum pertinere quod Salomon pronuntiavit in dolosos :* *Væ dupli corde , & peccatori ingredienti duabus vijs.* Quia *scilicet ut alibi Psalmista canit : Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus.* Sapientissimus Plato usque adeò dolosam linguam detestatus est, ut plurimum complacentiae se habere ostenderit in illis Homeri versibus :

*Inimicus enim ille mibi æquè atque Orci portæ*

Homer.

*Quisquis aliud abscondit in præcordijs, aliud verò sonat.*

Iliad. E.

Quanto magis inimicus Deo, inimicus sanctis homo dolosus , homo dupli corde ; sive dulcis lingua , amarus corde, qui mella loquitur, & fella versat : amores promittit, odia cogitat.

XVI. Salutantem Judam audivimus , audiamus & Christum resalutantem. *Iuda filium hominis osculo tradis ? Amice ad quid venisti ?* Maximum inimicorum suorum , degenerem discipulum, sacrilegum , proditorem mitissimus JESUS appellat amicum. O mansuetudinem admirandam ! traditor est & tamen amicus ! dum ait osculo tradis, peccatum illi in mentem revocat , dum ait filium hominis , potestatem suam in peccatorem insinuat : dum appellat amicum ad pœnitentiam animat. *Magna divinæ significatio potestatis , magna disciplina virtutis.* Et consilium proditoris aperitur , & adhuc patientia non negatur : ait S. Ambrosius . Vide Iuda consilia tua manifesta sunt, traditor es per officiosum osculum, & traditor quidem Filij Dei, sed ipse Filius Dei paratus est si resipiscas , si pœniteas, te Amicum uti prius agnoscere. Vide Iuda quid agas : *Foris pietas, intus malitia, duplex iniquitas*, ut loquitur Ven. Drogo. *Osculo Filium hominis tradis.* Recipio osculum , & quidem tui causa, ut mea patientia tuam tibi in mentem revolo.

Drogo.  
Hofstien. de  
Sacram.  
Paffio.

Luc. 22.

Matth.

26.

S. Ambros.

lib. 10. in

Luc.

*S. Ambros.*  
*lib. 10. in*  
*Luc.* revocem malitiam. *Propter te suscep*i* ingrate* ( ait iterum *Ambrosius* ) *quod tradis in Hypocrisi.* Depone igitur larvam & esto uti fuisti amicus meus, unanimis meus.

*XVII. Amice ad quid venisti?* An fortè venisti ad audienda præcepta mea , ad obediendum Magistro. *Vos amici mei estis si fegeritis que præcipio vobis.* Nunc ergo præcipio desiste à malitia, cane palidoniam, gnosce mansuetudinem. *Ad quid venisti?* venisti ad me? *Eum qui venit ad me non ejciam foras.* Nisi tu te ipse perversa voluntate excludas à meo confortio , *non ejciam foras.* Si pœnitias dum tempus habes, *non ejciam foras.* Si profitearis Dei filium quem impiè vendidisti, *non ejciam foras.* *Ad quid venisti?* an ut jugum meum tollas? pridem dixeram: *Venit te ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.*

*v. 28.* Veni ergo exonera jugum peccatorum tuorum, & susci-pe leve ac suave jugum præceptorum meorum. *Ad quid venisti?* ut me vendas, & ego volo te redimere : ut me tradas inimicis, & ego volo te adnumerare electis : ut prodas pro triginta argenteis, & ego pro te pati volo mil-le cruciatus. *Ad quid venisti?* Ah inquit Eutbymius: *Vide misericordiam inenarrabilem, siquidem donec traditus est, fuit illi cura de proditore: ideo etiam nunc amicum nominavit.* Ut vide-licet quamvis suâ malitia inimicum se fecerit, per pœnitudinem si vellet in amicitiam recipetur.

*XVIII. Notant sancti Patres quod mitissimus JESUS* non solum osculum Iudæ patienter admiserit, sed etiam viceversa illi aliud osculum rependerit. O mi JESU quid sibi vult hæc tanta mansuetudo erga perditum? voluisti fortè filium prodigum amplexu tuo recipere in gratiam : sed vide quod ipse non veniat sicut filius pro-digus, neque clamet: *Peccavi in cælum & coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus.* Quin potius amplexu te suo stringit ut scorpio, ut vipera venenata. Voluisti fortè illum excitare à morte uti Elisæus filium viduæ: *Posuit que os suum super os ejus:* Sed vide quod jam introiavit in eum *satha-*

*Luc. 15.* *4. Reg. 4.* *v. 34.* *Joan. 13.*

*sathanas.* Voluisti fortè ab eo recipere sanctum tuum spiritum, quem illi inspiraveras, & hoc poteras absque amplexu tam scelesti corporis, absque basio tam impuri oris. Voluisti fortè obsignare os ejus ne impia anima per illud egrederetur, sed exitum alium magis convenientem inquireret. Ah quid egisti mi JESU ! accedentem ad osculum sanctissimi oris (ut loquitur tuus Bernardus) cruentam bestiam non es aversatus ; sed os in quo dolus inventus non est, ori quod abundavit malitia, dulciter apposuisti. Existimo ego te imitari voluisse industriam eorum, qui feras blan-  
ditijs & amoribus solent cicurare. Certi sunt domitores ferarum, qui se vissima animalia, & ad occursum exterrentia homini-  
nem, docent pati jugum : nec asperitatem excusasse contenti, usque in contubernium mitigant. Leonibus Magister manum insertat ; osculatur Tygrim suis custos, &c. Sic sapiens est artifex domandi mala. Sapientis Senecæ effatum est. Sed O mitissime JESU, non tantum indomita sed indomabilis ac cruenta bestia est Iudas, ut neque sacratissimo osculo tuo mitigetur. Pacem ille tibi fictam obtulit, tu veram offers, sed ille re-  
cusat ; quid ergo restat nisi ut pace tua receptâ illum relinquas tortori conscientiæ ? Osculum non ideo accepit, ut pacem proditoris acciperet, sed ut suam ab alieno, id est à Juda re-  
cipere. Dicatum est S. Paulini. Infelicissime Iuda osculo Filium hominis tradis ? pacem offerens pacem detre-  
tas ? pacem violans perturbationem incurris, quæ te ad ipsam adigit desperationem.

XIX. De impio Cain refert sacer Historicus quod post fraternalm cædem conscientiæ remorsu in tantam perturbationem inciderit, ut metueret se à quolibet obvio occidendum. Sed noluit Dominus, ut fraticida tam facile alienâ manu periret, quin potius interno carnifice cruciante patrati criminis poenas daret : *Conscientia impiorum* (ut ait S. Anselmus) magna poena est. Et Isidorus : s. Anselm. Nulla poena gravior poena conscientiæ. Liberatus à metu alienarum insidiarum Cain, nequaquam liber fuit à metu ap. Lang. S. Isidorus lib. 2. foll. pro- loq.

*Gen. 4. v.* propriæ conscientiæ : *Posuitque Dominus Cain signum, ut non interficeret eum omnis, qui invenisset eum.* Hæc more suo *S. Hieron.* versans *D. Hieronymus* ad Iudam transfert, cum ait : *Tra- in Evang.* *dedit Judas Christum per osculi signum : hoc est signum quod posuit Deus in Cain, ne quicunque invenisset eum, occideret eum.* Quale id signum fuerit non exprimit sacer textus. Nicetas advertit fuisse infamiam præter aliud conspicuum signum, quod ipse non explicat, cum inter cœteras pœnas Caini enarratas, ponit : *Septima pœna hæc est, nec pœnam quidem ipsam obscuram esse, reum perspicuo signo, quasi præconis voce omnibus declarari, hunc esse illum nefarij facinoris Architectum.* Genebrardus ex Thargo Hierosolymitano & Hebræorum traditione refert quod Cain educens fraterem trem suum ad agrum dixerit : *Non est justitia, neque judex, neque seculum aliud, neque præmium recipienti justi, nec pœnas luent impij.* Ad quæ responderit Abel : *Est justitia, est judex, est seculum aliud, est merces pro bonis, & impijs.* Eo responso concitus Cain prægrandi silice occidit fratrem *Cedren. in Comp.* ut *Cedrenus* habet, vel fuste ut alij putant ; vel quemadmodum nonnulli Hebræorum sentiunt morsibus eum discerpsit. In huius facinoris pœnam Deus continua paralysi illum in ore percussit ; quæ tactus per totam vitam *Pennafiel.* et. 1. c. 2. tremens, ac irquieto motu agitatus vixit. Et ita etiam *§. 7.* *Coutin. To.* censem SS. Patres *Athanasius & Chrysostomus.* Verba *Chry- 2. Tratt.* *sostomi appono : Gemens & tremens eris super terram. Quia 12. conf. 4. enim abusus es robore corporis, & membrorum viribus, propter n. 1. S. Chrysost. hoc continuum hunc tremorem, & motum tibi infero.* Erat hic in *Gen. bom. 19.* tremor externus signum interni tremoris & conscientiæ torquentis animum. nam

*Pictori. in Epigram.*

*Istud habet damni vitium inter cœtera, quod mens Palpitet assiduo flagitiosa metu.*

Ut canit Poëta, Hoc igitur signum quod posuit Deus in Cain, posuit sibimet Iudas per osculum Christi, ut omnis creatura penè conspirans refugeret cooperari ad ejus mortem, adeoque ut ipse suimet carnifex fieret. Refert

fert *Theophylactus* quod cum impius traditor se ex arbore suspendisset, arborem fuisse inclinatam ad terram, ne scilicet instrumentum esset illius mortis : inde sublatum à Judæis nonnihil supervixisse, demum hydrope inflatum medium crepuisse. Alij volunt cum de laqueo penderet à prætereuntibus agnatum fuisse atque depositum, vixisseque postea aliquantis per secreto in loco, dein præcipitem ex eo loco edito cecidisse, inflatumque crepuisse medium : sic *Euthymius*, cui videtur favere Græca lectio verborum S. Petri in Actis Apostolorum : *Suspensus crepuit medius* : nam ad verbum ex Græco habetur *præceps factus crepuit medius*. Alij rupto laqueo supervixisse eum volunt, & postea medium crepuisse, ut *Oecumenius* ex *Papia* vetustissimo authore, & *Petrus Comestor*, qui ait esse communissimam opinionem. *Maldonatus* hæc concilians putat injecto in collum laqueo & arbori alligato de loco editiore se præcipitem egisse : postea vero vel rupto laqueo cecidisse, vel pendulum intumuisse, ut effusis visceribus creparet. *Verosimilius* nec arborem nec funem impiam illi animam extorsisse, verum dæmonem qui in eum introierat cum per os Christi purissimo osculo obsignatum exire non auderet, per inferiorem partem exitum quaesisse. O infelicissimum mortalium !

*Prius in desperationem transiit* ( inquit *S. Leo Papa* ) *quam sacramentum Christus generalis redemptionis impleret*. *Nam mortuo pro omnibus impijs Domino potuisset etiam fortè bic consequi remedium, si non festinasset ad laqueum*. Frustra amantissimus & mitissimus JESUS allocutus est impium : *Amice ad quid venisti ? frustra suavissimum osculum ejus ori apprefixit, nihil apicula è sterquilino exfugere potest, sed nec araneus è rosa suxit aliud quam venenum, quam illud triste uæ homini illi*.

XX. Observat *B. Petrus Damiani*, quod Regius Psalmes Prophetico spiritu totidem maledictiones in Judam congefferit Psalmo centesimo octavo, quot ille argenteis

*Theophyl.*  
*in Coment.*

*Euthym.*  
*apud Mal-*  
*don. Et le-*  
*quit.*  
*Maldon.*  
*in c. 27.*  
*Matib.*  
*Oecom. in*  
*Acta. Apo-*  
*sto. c. I.*  
*Papias. Et*  
*Com. ap.*  
*Maldon.*  
*cit.*

*S. Leo fer.*  
*10. Passio.*

*Be. Pet.*  
*Damian.*  
*de inflit.*  
*Monial.*  
*cap. II.*

Salva-

Salvatorem mundi vendiderat. Verba ejus libet apponere : *David in Iudam Iscariotem triginta maledictiones intulit, sicut ille Dominum triginta argenteis sacrilegâ venalitate distraxit : quarum sicut prima est : Constitue super eum peccatorum ; sic extrema illa est : operiatur sicut diploide confusione sua. Quas si quis per Psalmi seriem subtiliter querat, certum est, quoniam non eas ultra citravè reperiet.* Nimirum ut Job. 36.  
*v. 13.* Job patiens ajebat : *simulatorē & callidi provocant iram Dei,*  
*Matth. 23.* in quos proinde tam multiplex vœ intonatur. *Vœ dupli-*  
*Jude. c. 11.* *ci corde. Vœ vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ. Vœ illis qui*  
*S. Bern. de conf. ad Cler.* *in via Cain abierunt.* Siquidem ut adstruit mellifluus Doc-  
*Etenim in eo duo unà concurrunt scelera , simulatio a-*  
*S. Augusti. in Psal. 63.* *moris, & odium. Unde recte S. Augustinus : simulata equi-*  
*tas non est equitas, sed duplex iniquitas.* Bis reus Judas & quia  
*fraudulentus simulator, & quia simulatus amicus, uno-*  
*osculo bis iniquus , ideo & bis perijt animam efflendo*  
*per infera, & mergendo ad infera.*

X XI. Videris mihi Christiane Auditor hoc ingratisimi Iudæ geminato scelere ad justam commotus indignationem , eique ceu impio Magistri sui proditori non parum succensere. Verum adhuc pauca te volo. Memineris Deum quotidie sic nobiscum agere sicut Christus agebat cum Juda. Peccamus ; indulget. Augemus peccata , ille mansuetudinem ; cum simulatè agimus . ille sincerè : verbo ; nihil non agit quo aberrantes in viam reducat, & tractantes hostilia , nihilominus amicè complectatur. Lavat nos à peccatis per exhomologesin , nutrit nos filij sui corpore sacratissimo & sanguine: peccantes monet per animarum nostrarum pastores , per proximorum bona exempla, per internas inspirations : in ipso sæpè actu peccati nobis tacitè ingerit *A-*  
*mice ad quid venisti ? An ideo te ex nihilo creavi, ut me in-*  
*juriōse tractares? an ideo te redemi, ut sanguinem meum*  
*impie conculcares? an ideo tibi de omni necessitate pro-*  
*vidi*

vidi ut hostibus meis servires ? an ideo patienter exspectavi tuam seriam poenitentiam, ut prorsus jugum meum suave excuteres? *Amice ad quid venisti?* Compello te amicum , non quod tu meus amicus sis , sed quod ego tuus , dum te tuâ voluntate inimicum mēa mansuetudine ut amicum traxi. *Amice ad quid venisti?* *Alphonsus Salmeron* hæc verba ex Græco legit : *Sodalis quā gratiā huc venisti?* Gloriaris etiam fortè tu aliquo Sodalis nomine adscriptus Sodalitati corporis Christi , Sodalitati Beatissimæ Virginis, Sodalitati Rosarij. &c. Venis ad templum ad audiendam Missam vel concionem ; sed audi : *Sodalis quā gratia huc venisti?* Divinâ vel humanâ, cœlesti an terrenâ, quā conscientiâ huc venisti ? an purâ & Deo grata , vel potius contaminatâ peccatis ? an cum proposito serviendi Deo vel potius tuis cupedijs ? an voluntate orandi vel potius oculis colludendi ? *quā gratia huc venisti?* ut animam meliorem referres , vel potius curiositatem pasceres ? ut inimico parceres, vel potius iracundiæ somitem subministrares ? *Vide locus iste Sanctus est : non est hic aliud nisi domus Dei.* Cave ne tibi dicat Salvator tuus : *Tu autem fecisti illam speluncam latronum,* venisti cum laternis & facibus , cum abscondito quodam igne venereo , cum facibus iracundiæ , rancoris , odij , insuper acceptâ cohorte ingenti scilicet multitudine curarum domesticarum , cogitationum terrenarum , & loco sancto minimè congruentium. Cave ne de te ac tui similibus Deus repeatat :

*Populus hic labijs me honorat , cor autem eorum longè est à me.* *Iai. 29.* Tolle laternas , tolle faculas , tolle eiusmodi cohortem , quia *Vae dupli corde , & peccatori ingredienti duabus vijs.* *Ecli. 2.* Denique & illud tibi in mentem revoca te sæpenumero gravius delinquere , quam Judas deliquerit Christum osculando. Nam ille accedens ad Iesum dixit *Ave Rabbi , & osculatus est eum.* Exteriore saltē & verbo & gestu illi exhibens reverentiam tametsi cor ab eo aversum fuerit : Unde Origenes : *Volut ( inquit ) osculo & salutatione reverentiam Matib.*

Salmer in  
Evangel.

tiam ad Magistrum servare, non audens manifestè in eum irruere. Tu verò aufers Deo tuo etiam externam sàpè reverentiam, peierando, murmurando, & Blasphemando, & in eum sceleratas voces jaçtando. Tam parùm sàpè in Deum reverentiæ spiras, ut verseris in templo ceu in popina, in loco sancto ceu in lupanari (pudet omnia explicare) avertis faciem à Deo tuo ad profana spectacula, ad illicitas concupiscentias ; ad fabulas, ad garritus etiam dishonestos. Nonne igitur tu & qui similia agunt, deteriores es̄tis ipso Iuda Christum osculante ? Nolite Christiani ingrati esse Christo servatori ; nolite abuti eius mansuetudine, quam ubi non videt proficere, convertit in rigorem justitiæ. Cœlestis noster Moyses, quod de illo veteri dicit Gregorius Magnus : *Vitam omnium cum sua morte petivit : paucorum vitam gladio extinxit : intus ignibus amoris, foris accensus erat zelo severitatis.* Talis adhuc est in eos qui in corde & corde loquuntur, qui vias Cain, vias Judæ ambulant ; quibus ut *D. Hieronymus* loquitur : *aliud in labijs in aliud in corde versatur ; venenum anime, lingue mella contingunt.* Ite in pace.



S. Greg.  
lib. 2 Mo-  
ral. c. 6.

S. Hieron.  
in Matth.

# CONSIDERATIO IX.

## DEUS FORTIS ET POTENS.

### THEMA.

*Sic dices filijs Israël : qui est misit me ad vos.*  
Exodi 3.

### SYNOPSIS.

- I. Deus anonymous est , eum eloqui impossibile , sibi soli effabilis ; quod nos tamen nullum ei magis convenit nomen quam E S T .
  - II. Hoc apud Gentiles Apollini placuit cuius foribus inscriptum Græcum E I seu E S . Cetera infra Deum nec propriæ sunt , nec non sunt , sed potius non sunt quam sunt .
  - III. Judas Ignarus quid loqueretur eum prodidit Judeis dicendo ipse E S T . Et tamen à Judeis agnitus non est sed cœcitate percussi sunt , sicut illi qui domum Loti irrumpabant , & ad capiendum Eliam miseri fuerant .
  - IV. Sic primo miraculo se Deum esse ostendit Christus , & secundo , quod se nominans Ego sum , cederint retrorsum . Longe aliter quam fugam capeffierint hostes Dunnū Foro Iulij .
  - V. Tertio miraculo se Deum proba-
- Sic dices Filii Israël : qui est misit me ad vos.*
- Exodi 3.
- I.
  - vit Christus , quando Malchi auriculam curavit , ut auditum surdis restitueret ; sed stabat Judas cum Ipsiis , cen lupis præde inbiens .
  - VI. Venerant illi ut comprehenderent IEsum , sed Deus nec in patria potest comprehendendi .
  - VII. Invenerunt viam & abierunt retrorum mali viatores ; sed hoc reproborum est ut retrorsum cadant , cum antrorum ambulent justi .
  - VIII. Plures leguntur attoniti ad vocem Dei , sed hi soli ad eam cederunt retrorsum , quia non agnoverunt eum qui loquebatur ESSE , non agnoverunt se N O N E S S E .
  - IX. Noli anima Christiana retrorsum abire , sed in ante , sed ut progressari in via Dei , in qua non progredi regredi est , memineris te N O N E S S E , & N I H I L E S S E .



Uintus lapis Davidicus quo carnea moles gigantis Philistæi prostrata jacuit , signatus fuit divino nomine *Jehouab* , velut synopsi & compendio omnis virtutis & fortitudinis . Ab æter-

no Deus anonymus est , neque ullum nomen potest ex-cogitari , quo sufficienter exprimeretur quid sit Deus.

*Plato in  
Tim. co.*

Id vel ipsi Ethnici sapientes agnoscunt. Plato : *Difficile* , inquit , est *Deum intellectu percipere , eloqui verò impossibile*.

*Cicero.lib.  
z de nat.  
Deo.*

Cicero eloquentiae princeps : *Deus quid non sit citius , quam quid sit dixerim*. Adducitque exemplum Simonidis Philosophi , à quo cum Tyrannus Hiero quæsivisset quid sit Deus , deliberandi causa sibi postulavit unum diem. Cùm idem ex eo postridie quæreret , biduum petijt. Cùm verò sèpius duplicaret numerum dierum , admiransque Hiero quæreret cur ita faceret ? *quia quanto* , inquit , *dintius considero , tanto res mibi videtur obscurior*. Conamur tamen qua licet infinitum illud Dei esse describere per effe-ctus & relationes ad nos . Dicimus eum esse infinitum bonum , dicimus esse Creatorem universi per respectum ad res creatas : dicimus Regem Regum , per ordinem quem habet ad nos qui regimur. Secundum se est pror-

*D. Bona-  
vent. in 1.  
Jent. di. 22.*

sus ineffabilis. Hinc *D. Bona-ventura*. *Sicut sibi soli est in-  
telligibilis Deus , sic sibi est effabilis , & nominabilis , non alio  
nomine quam ipse sit , nec alio verbo quam ipse sit*. Nihilominus

*Damas. lib. 1. de fi-  
de orthod.*

ut notavit *S. Joannes Damascenus* : *Ipse Deus propter ineffa-  
bilem bonitatem voluit de nostris rebus & nostro modo nominari ,  
ne simus funditus notitiae eius expertes*. In sacris literis nomi-

*Paul. Bur-  
gen. Mon-  
ta. apud.  
Barrad.*

natur quandoque *Adonai* quod apud *Paulum Burgensem* sonat ineffabilis. Subinde vocatur Elohim , quod est Princeps & Judex. Subinde *Jah* , quod idem sonat ac Deus : neque tamen per ista exprimitur eius deitas , nisi per ordinem ad nostrum imperfectum concipiendi modum. Ex omnibus verò , quæ ab hominibus sunt excogitata , nominibus Dei , primum locum obtinet *Jehouah* , quod apud Hebraeos solis sacerdotibus concessum erat enun-tiare , id à quaternis quibus scribitur literis *Tetragram-*

*D. Epiph.  
maton  
ber. 40.*

*maton* appellant Græci. *D. Epiphanius* id explicans ait si-gnificare : *Qui erat , est , & semper est*. *Lipomannus & Six-tus Senensis* vertunt : *Qui est , & aliquid esse facit*. Quibus con-

consonant sancti Patres. *Damascenus, Dionysius, Gregorius Nazianzenus, Augustinus, D. Thomas & alij.* *Damascenus:* Ex omnibus nominibus quae Deo tribuuntur nullum æquè proprium videtur, atque entis nomen. sed alibi se declarat, quomodo id entis nomen accipiendum & intelligendum sit. Ait enim: In Deo autem impossibile est, quidnam essentia sua, aut natura ipse sit dicere, aptiusque est ex omnium rerum sublatione, atque inficiatione operationem habere: neque enim eorum que sunt quidquam est. Quod quidem non ita accipiendum est, quasi non sit, sed quasi supra omnia que sunt ipse sit, atque adeò supra ipsum esse. Ut tandem fateri oporteat cum Doctore Angelico Deum à nobis quà scientiā quà ignoratione cognosci, dum per negationes & affirmations eius perfectionum essentiam illius velut per imagines investigamus. Ad id quod omnia superat, inquit ille, via & ordine pro virili parte omnium detractione, & prestantia omniumque causa ascendimus. Itaque in omnibus Deus noscitur, & sine omnibus: Scientiaque Deus noscitur & ignoratione.

II. Ad nostrum propositum nobis sufficiat hoc ipsum nomen *Ens*, vel *Est*. Quod Deus ipse sibi elegit, non tam in sacris literis, quam etiam profanis jam olim ante Filij Dei Incarnationem manifestans. Pro foribus temporali Apollinis Delphici legebantur hæ binæ literæ *EI*, quæ teste Plutarcho apud ipsos veteres varias ingeniorum exhibuerunt concertationes: Consentaneum enim est eam literam non forte fortuna neque forte inter literas comparata solam à Deo principe in sede collocatam, ac donarij sacri & spectaculi conditione ornatam fuisse: sed eos qui primi de hoc Deo philosophati sunt, aut *E I* huius vim quamdam peculiarem & insignem perspexisse, aut hac nota & tessera serie alicuius rei uti voluisse: Inquit Plutarchus, qui post longam disputationem de vero harum literarum intellectu se junctis aliorum opinionibus in eam delabitur: Neque numerum neque ordinem, *Ibid. n. 21.* neque copulam neque aliam deficientem partem existimo litera. *E I* significari; sed est ex se perfecta compellatio Dei, simul cum

*Sixt. Seno.  
Biblioth.  
lib. 2. Da-  
masc. lib. 1.  
Orbiod. fid.*

*cap. 12.  
Dion. de  
diu. nom.*

*c. 7. & my-  
stic. Theol.*

*c. 5. Na-  
zianz. a-  
pid Eliam  
in orat. 24.  
in Advent.*

*Egypt.  
August. 7.  
Confess.*

*c. 11. D.*

*Thom. in  
c. 7. Dion.  
de diu.*

*nom. Lett.  
4. Dama-  
cit. c. 4.*

*D. Thom.  
cit.*

*Plutarch.  
To. 1.*

*Moral.*

*De E I. in  
scripto fo-  
ribus temp  
Delphic.  
num. 2,*

*verbo enuntiantis animo obiciens vim Dei. Deus enim unum-  
quemque nostrum hoc accendentem veluti salutans compellat, Nosce  
te ipsum inquiens: quod nibilo est quam salve deterius: nos vicif-  
sim respondentes Deo EI id est ES dicimus: veram, certam, so-  
lamque soli convenientem ei appellationem, qua esse dicitur tribuen-  
tes. Cumque plane Christianè imò Theologicè de no-  
stro esse, de nostra vita & tempore plura in medium pro-  
tulisset, ostendens ea tantum videri esse, non tamen esse.  
Subjungit nobilem illam sententiam: Deus autem, si ita  
dicendum sit, EST, & est nulla ratione temporis, sed æternita-  
tis immobilis, tempore & inclinatione carentis: in qua nihil prius  
est, nihil posterius, nihil futurum, nihil præteritum, nihil anti-  
quius, nihil recentius, sed una cum sit, unico NUNC sempiter-  
num implet durationem: & cuius ratione quod esse dicitur, vere  
est, non futurum non præteritum, neque orsum, neque desitetur.*

*S. August. Hæc homo Ethnicus, quæ mirè congruunt illis S. Au-  
tib. 7 Con-  
fess. c. 11. gustini verbis Deum alloquentis: Inspexi cœtera infra te,  
& vidi nec omnino esse, nec omnino non esse; esse quidem quo-  
niam abs te sunt: non esse autem, quoniam id quod es, non sunt.  
Id enim verè est quod in commutabiliter manet. Atque hoc sen-  
su accipienda sunt illa, quæ Deus in sacra historia de se-  
ipso profatur, cum interroganti Moysi designato ad po-  
pulum electum Legato, quid responsum esset interro-  
gantibus à quo mitteretur: enuntiavit: Ego sum qui sum;  
sic dices Filijs Israël: qui EST misit me ad vos. Hoc nomi-  
ne quod non est nomen: siquidem ut ait Elias in oratio-  
nen 1. Apologeticam Nazianzeni: Idem & multa nomina  
habet, & nomine omni caret. Voluit Deus indicare Israëlitis  
non tam suum esse à se, diversum ab omni alio esse, quam  
potentiam suam quam exercere potest in omne creatum,  
ut cœtera omnia ad ipsum comparata nihil sint, aut  
quasi non sint. Hodie itaque hoc magno & mysterioso  
nomine quintum lapidem nostræ Pyramidis obsigna-  
mus, nomine scilicet Jebouah, quod idem sonat ac Ego  
sum qui sum.*

*Exod. 3.  
v. 14.*

*Elias in  
orat. 1.  
Apolog.  
Naz.*

III. Sceleratus perditor Judas Christum comprehensuris Iudaeis signum dederat, inquiens : *Quemcumque osculatus fuero ipse EST, tenete eum.* Nescius quod tradere volens hominem traderet Deum, & in ipsa proditionis tessera nomen Dei exprimeret. *Ipse EST.* Impie traditor si ipse EST, quomodo eum comprehendent qui non sunt : *Si ipse EST, quomodo eum tenebunt a quo tenentur?* numquam certe comprehendenter incomprehensibilem, numquam tenerent continentem omnia nisi ipse vellet. *Processit ergo Et dixit eis : quem queritis.* Ad quae ar-  
Theophyl.  
in Com-  
ment.  
 gutè Theophilactus : *quasi non cognoscitibus loquitur.* Quid : non cognoscitibus ? ut quid ergo Iudas tessera & signum dedit : *quemcumque osculatus fuero ?* ut quid reipsa osculatus est, ut opus sit iterum querere : *quem queritis ?* nempe quia *Ipse EST*, nullo nomine nullà tessera cognoscitur, & ipse *quasi non cognoscitibus* loquitur : Occulta illius virtus qui *Ipse EST* excedit omnem facultatem visivæ & cognoscitivæ potentiae, ut neque accepto signo eum possint agnoscere. *Ipse EST*, rectè ais ô Iuda, hoc ipsi nomen ; sed neque tu, neque Iudæi intelligunt, quid hoc sonet *Ipse EST*. Cœcus cœcos adduxisti. *Ipse EST* qui cœlum & terram creavit : *Ipse EST* qui per magna signa & virtutes suum esse toti Iudææ, imò toti mundo manifestavit. *Ipse EST*, qui sponte fragilem naturam humanam assumpsit, & pro eius redemptione mori decrevit. *Ipse EST*, qui te Iuda & tuam cohortem unico nutu in purum Nihilum potest coniucere. *Nescierunt, ne-* *Psal. 81.*  
*que intellexerunt ; in tenebris ambulant.* Nihil profund later-v. 5.  
 næ, nihil profund faces ; mentis cœcitas tam gravis est, ut ad lucem mundi cœcutiant. *Percussi sunt autem cœcita-* *Sap. 19.*  
*te, sicut illi in foribus justi, cum subitaneis cooperati essent tenebris ;* v. 16.  
*unusquisque transitum ostij sui querebat.* Tali etiam miraculo ostendit potentiam suam Deus in submissis à Rege Syriæ, qui Elisæum Prophetam captum abducerent : *Per-* *Reg. 6.*  
*cussisse eos Dominus ne viderent.* Loquebantur cum Elisæo, v. 18.  
 indu-

*Ibid. v. 20.* inducebantur in civitatem, neque antea cognoverunt  
sive civitatem sive Prophetam, quam Deus vellet, ut in  
medio Samariæ se jam captos viderent. Aperuitque  
*Dominus oculos eorum.* & viderunt se esse in medio Samariæ. Sic  
videtur qui *Ipse EST*, quando ipse vult, & hoc fuit pri-  
mum prodigium, & potentiae divinæ argumentum,  
quod nec Iudæi nec conducti milites Christum agnove-  
rint.

*I V.* Alterum miraculum fuit cum Christus benedi-  
ctus seipsum manifestans dicebat: *Ego sum*: tunc enim  
illi ut ait Evangelista: *Abierunt retrorsum*, & ceciderunt in  
terram. Unico verbo *Ego sum* prosteruit Dei Filius totam  
cohortem. *Ego sum* tantundem erat ac *Ego sum qui sum*  
cuius scilicet verbo cœli firmati sunt, cuius verbo condi-  
tus est mundus ex nihilo, cuius verbo universa creatura  
subsistit. Hoc verbum erat apud Deum, & Deus erat ver-  
bum. Verbum hoc *Ego sum* occultâ virtute ostendit eum  
esse Deum mundi fabricatorem, Deum creaturarum  
Dominum, Deum fortem & potentem. Hic profectò  
*Iom. 1.* fuit. *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificencia.*

*Psal. 23.* Si tantum una vocula mansuetissimi agnelli efficere po-  
tuit in improbis, ut eos vel solum audita in terram supi-  
nos prosterneret; ah quid non operabitur vox severi Iu-  
dicis, quando veniet ut *Leo de tribu Iuda. Leo rugiet quis non*  
*Apoc. 5.* *pavebit?* Ecquis Alexander Magnus, quis Julius Cæsar,  
*v. 5.* quis Pompeius, quis Carolus Magnus unico verbo suos  
*Apoc. 3.* *v. 8.* hostes prosternere potuit? fuerunt illi quidem victorijs  
tumidi, spolijs gentium feroce, ut metu perculsi popu-  
li ijs sponte subijcerentur & ante eos fugam sæpè capes-  
serent; sed id erat exercitibus potius quos circumdu-  
cebant, quam ipsis attribuendum. Nulla gens unquam  
unum hominem solitarium timuit. Hic solus Christus  
adversus integrum cohortem progreditur, & uno verbo  
*S. Leo Pa.* *eam in terram prosternit.* *Ego sum: ad vocem ejus* (inquit  
*Ser. 2. de S. Leo Papa*) *turba prosternitur impiorum.* *Quid ergo poterit*  
*Pass.* *Maje-*

*Majestas ejus iudicatura, cuius hoc potuit, humilitas iudicanda?*  
 Refert Paulus Diaconus de Weethari Forojulij Duce, quod cum eo absente vicini, Slavi Forumjulium Urbem obsidione cinxissent, ipse ex improviso revertens cum solis viginti quinque comitibus se in arce stiterit. Quod s. c. 23.  
 Slavi videntes non sine multo risu clamaverunt: *Patriarcham cum Clericis contra se adventare.* Sed ille ad pontem Natisonis fluminis appropinquans detracta casidle vultum suum Slavis ostendit, qui Ducem ipsum ex calvitie agnoscentes inter in conditos clamores *Weetharis adest*, fugam illico capessierunt. Tantum valuit vel ducis victoriosi aspectus, apud gentem eo tempore vinci assuetam. De Rodoaldo item Beneventano Duce idem Author narrat, quod cum ijdem Slavi Sipontum obsiderent, ipse ad castra veniens eisdem Slavis propriâ illorum lingua locutus est; cumque propter hoc segniores ad bellum reddidisset, mox super eos irruens magna cæde prostravit. Verum longè alia in horto Gethsemani constitit acies, unus JESUS contra integrum cohortem, seipsum manifestans nec tamen agnitus, uno verbulo *Ego sum*, non in fugam tantum egit, sed ad terram prostravit, ut id non panico alicui terrori, sed Dei potentiae tribueretur. *Quid ergo poterit Majestas ejus iudicatura, cuius hoc potuit humilitas iudicanda?*

Paul. Diacon. de gest. Longobard. lib.

Idem Paul. Diac. de Longob. lib. 4.c. 46.

V. Tertium divinitatis manifestatae argumentum fuit, si vellent impij agnoscere, ac cœci videre. Servus Principis sacerdotum vulnus accepit in auricula, sed JESUS cum tetigisset auriculam ejus sanavit eum. Fortè ut Luc. 22. sanaret aures inimicorum omnium, sed aures habent & non audient. Surdis fabula canitur Iudeis. Singula hæc sufficerant ad veritatis & divinæ virtutis in Christo agnitionem, sed induratum est cor eorum *stabat autem Iudas cum ipsis*. Stabat impius stationarius, an potius stolo cum Iudeis, cum militibus ceu lupis famelicis prædæ inhantibus, aut venaticis canibus, in feram intentis: nec mansuetudine movebantur, nec divinâ potentia, usque adeò

*Proverb.* difficile est peccatorem induratum convertere : *Impius*  
*18. v. 3.* cum in profundum peccatorum venerit contemnit : sed sequitur  
 eum ignominia & opprobrium. Sed nondum dimitto Iesum  
 cum impia cohorte colloquentem.

*V. I.* Quem queritis? respondent: *J E S U M* Nazarenum. O infani venatores! Quæritis fortè viam ad cœlum? *Ego sum via*: quæritis veritatem? *Ego sum veritas*: quæritis vitam? *Ego sum vita*. Erratis in tenebris & quæratis lucem? *Ego sum lux mundi*. Erratis ut oves sine pastore? *Ego sum pastor bonus*. Quem queritis? *J E S U M*. *v. 11.* Iesus est Salvator, *Ego sum*. *Ego sum ipse*, qui deleo iniquitates tuas. *Venit enim Filius hominis querere & salvum facere* *25.* *Luc. 19.* *v. 10.* *Ado. 10.* *v. 42.* *Ioan. 5.* *v. 22.* *Osee. 11.* *quod perierat*. Quæritis fortè Iudicem? *Ego sum constitutus à Deo Judex vivorum & mortuorum*. Et Pater: *Omnis judicium dedit filio*. Si metuitis judicari, ecce me, ligate manus meas ne possim gladium justæ animadversionis in vos stringere, ne possim vibrare fulmen contra scelestos: sed vincite & ligate me: *In funiculis Adam in vinculis charitatis*. His Deus trahitur. Quem queritis? ægroti medicum? afflicti consolatorem? pupilli advocationem? pauperes nutritum? Filij Patrem? servi Dominum? *Ego sum*. At Vos sepositâ vestri consideratione: *Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me*. O insensati comprehensores! ità ne verò me vultis comprehendere gladijs & fustibus? Intellectu & pio voluntatis affectu apprehenditur Deus. Nunquam legistis apud Ieremi-*Jerem. 32.* am? *Fortissime, magne, potens, Dominus exercituum nomen tibi. Magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu*. O rudes & ignorantes Theologos, qui Deum in via comprehendendi posse existimant, cum nec in patria comprehendatur!

*VII.* Abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Pessimi viatores, qui viâ inventâ retrorsum abeunt. Timidi nimium milites, qui uno verbo deiiciuntur ad terram. *S. August.* Id demirans Augustinus ait: *Ubi nunc militum cohors, & Trađ. 113. ministri Principum & Pharisæorum? ubi terror & munimen armorum?*

rum? nempe una vox dicentis: *Ego sum: tantam turbam odijs ferocem telisque terribilem sine telo ullo percussit, repulit, stravit.* Quæ causa obsecro tam repentini casus? *Deus, inquit,* latebat in carne, & sempiternus dies ita membris occultabatur humanis, ut laternis & facibus quereretur occidendus à tenebris. Nimirum hoc illud est quod differebat Eliæ apud Jobum: *Tonabit voce magnitudinis suæ, & non investigabitur, cum auditæ fuerit vox eius.* Ad hanc vocem congruum erat ut *Job. 37.*  
v. 4. provoluerentur in genua, ut proni caderent & Deum adorarent, ut meditatum facinus deprecarentur, ut veritatem investigarent. Illi vero abierunt retrorsum, & ceciderunt. More omnium reproborum, qui Dei vocem audire subterfugiunt. Quærerit, & sibimet respondet acutè *Gregorius: Quid est quod electi in faciem, reprobi retrorsum cadunt?* nisi quod omnis, qui post se cadit, ibi procul dubio cadit, ubi non videt: qui vero ante se ceciderit, ibi cadit ubi videt. Et alibi clarius suam mentem declarans: *In faciem cadere, est in hac vita suas unumquemque culpas agnoscere, easque poenitendo destere.* *Retro vero quo non videtur, cadere, est ex hac vita repente decadere, & ad que supplicia ducatur ignorare.*

*S. Gregorius  
bom. 9. in  
Ezechiel.*

*Item Greg.  
lib. 31.  
moral.e.  
18.*

VIII. Plures invenio in sacris literis ad vocem Dei omnipotentis perculsus extimuisse, non tamen omnes in terram corruisse, aut si corruerunt, Dei voce non ceciderunt retrorsum, nisi improbi. Adam in Paradiso defatetur, cum se absconderat post peccatum. *Audi vi Gen. 3. v.*  
*vocem tuam & timui.* Mala conscientia timorem incusserat, quem Dei Benignitas rursum discussit. De Filiis Israël narrat Moyses, quod cum Deus Moysi dictaret leges & præcepta, perterriti ac pavore concussi steterunt procul, dicens *Exod. 20.*  
*Moysi: loquere tu nobis, & audiemus.* Non loquatur nobis *v. 8.* Dominus ne forte moriamur. Neque tamen ceciderunt retrorsum, ingenti licet pavore concussi. Abrahamo ap- *Gen. 17.*  
parens Deus aiebat: *Ego Deus omnipotens, & Abraham v. 1.* ut ait sacer textus: *Cecidit pronus in faciem.* Videbat Eze- *Ezechiel.*  
chiel cædes eorum, qui non erant signati signo Thau, *9. v. 8.*

& audiebat loquentem Deum : *ruique* ( inquit ipse ) *super faciem meam* : & clamans aio : *Heu, heu, heu, Domine Deus :* ergone disperdes omnes reliquias Israël. &c. Audivit Saulus vo-

A. 9. v.  
4.

*Cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi Saule*  
*Saude quid me persequeris ? Qui dixit quis es Domine : Et ille :*  
*Ego sum Iesus quem tu persequeris.* Satis hoc erat Saulo corru-  
ent in terram ut Jesum agnosceret. *Et tremens ac stupens*  
*dixit : Domine quid me vis facere ? Sic vos insensati Iudæi,*  
*sic impij milites ad vocem Dei *Ego sum* non retrorsum  
cadere , sed proni in faciem debebatis. Hac voce *Ego*  
*sum* ostendit vobis quem quæsivisti *Iesus Nazarenus* : quod  
*ipse EST* , Deus fortis & potens , qui vos unicâ voce po-  
test prosternere , unicâ voce retrorsum agere in terram  
è qua prodijstis. Meminisse tunc oportuit quod *ipse EST* ,  
vos autem *Nihil* sitis. Joannes interrogatus à Phariseis  
*Messias es tu ?* respondit , non sum. Interrogatus iterum  
*Elias es tu ,* respondit , *Non sum.* in eo suum esse agno-  
scens quod *Non est* , quod *Nihil* est. *Confessus est* , & non ne-  
gavit , & *confessus est quia NON SUM ego.* Homo com-*

Plato in  
Timae.  
Plut. de EI  
ap. Delph.  
n. 25.

paratus Deo *Non est*. *Nihil est.* Plato Ethnicus id agno-  
visse videtur cum diceret : *Quælibet res creata , plus habet*  
*non entis quam entis.* Et Plutarchus cuius supra memini-  
mus : *Natura ipsa quoque N I H I L E S T permanens, NI-  
HIL ENS ; sed omnia sunt fientia , & intereuntia.* Quid vos  
sitis Iudæi , quid vos sitis milites Christi Inquisitores agno-  
scere oportuit , ex Dei voce & opere. Vox erat *Ego sum.*  
Opus erat casus vester in terram , quo vobis ostendit Deus ,  
quam *Nihil* sitis , quod retrorsum in terram ex qua origi-  
nem trahitis recidatis , & uno eius nutu possitis penitus  
ad *nihilum* primitivum reverti. *Ad nihilum redactus sum ,*  
& nescivi , clamabat David cum se peccatorem meminif-  
set : Imò Paulus in gratia Dei , nihilominus se *Nihil* esse  
profitebatur : *Tametsi nihil sum , signa tamen Apostolatus mei*  
*facta sunt.*

Psal. 72.  
v. 22.

2. Cor. 11.

IX. Ad te nunc anima Christiana me converto. No-  
li ad

li ad vocem Dei obsurdescere , noli abire retrorsum Re-  
proborum hic progressus & casus est. Sic Heli audiens <sup>1. Reg. 4.</sup>  
captam arcam Domini : *cecidit de sella retrorsum , & fractis v. 18.*  
*cervicibus mortuus est.* Psalmista Regius inimicis suis ma- <sup>Psal. 69.</sup>  
la imprecans ait : *Avertantur retrorsum & erubescant qui v. 4.*  
*volunt mibi mala.* Et Isaias Propheta ex oraculo divino ex- <sup>Isai. 1. v.</sup>  
clamat : *Vae genti peccatrici, populo gravi iniuitate , semini 4.*  
*nequam , filiis sceleratis : dereliquerunt Dominum, blasphemave-*  
*runt sanctum Israël, abalienati sunt retrorsum.* Et alio loco in  
persona Dei : *Ego sum Dominus faciens omnia , extendens coe- 4.*  
*los solus, stabiliens terram, & nullus tecum, &c. convertens sa-*  
*pientes retrorsum & scientiam eorum stultam faciens.* Apud Je- <sup>v. 24.</sup>  
remiam verò conqueritur Deus contra Israëlitas : *Pre- Jerem. 7.*  
cepi eis dicens : *Audite vocem meam & ero vobis Deus, & vos v. 24.*  
eritis mibi populus. Et non audierunt, nec inclinaverunt aurem  
suam, sed abierunt in voluntatibus, & in pravitate cordis sui ma-  
li : factique sunt retrorsum, & non in ante. Dum S. Stanislaus  
Cracoviensis Episcopus ad aram faceret, submissi à Boles-  
lao Rege satellites Ecclesiam irruerunt , & ut loquitur  
vitæ scriptor : *dum strictis ensibus nituntur ferire Episcopum Longin. in*  
*immodico terrore correpti , resupini in terram cadunt.* Impio- <sup>vita. S.</sup>  
rum igitur est regressus retrorsum , & casus retrorsum. <sup>Stanis. &</sup>  
Tu verò anima Christiana , accede & appropinqua Deo <sup>Zach. Li-</sup>  
tuo, progredere semper in ante. Dic cum Isaia : *Dominus 8. Maij.*  
*Deus aperuit mibi aurem, ego autem non contradico , retrorsum 50.*  
*non abij.* In via Dei non progredi regredi est. Ibo ergo ad  
Deum JESUM meum, & cum ille ad me dixerit *Ego sum.*  
dicam vicissim : *Ego non sum.* Ego terra & cinis, & me-  
rum Nibil in conspectu Dei mei , humiliabor sub potenti  
manu eius , agnoscam eius fortitudinem & potentiam  
quia *Ipse EST;* agnoscam mansuetudinem & bonitatem,  
quia non designatur me in filium adoptare , non dedi-  
gnatur mei causa tradi, vinciri, flagellari, spinis corona-  
ri, crucifigi. *O Domine* ( dicam cum Augustino ) *agnosco 5. Aug. 50.*  
*cum sui fine Te NON FUI, sed NIHIL FUI.* Nam ut *lilog. c. 6.*

alibi idem S. Doctor ait : *Ab eo qui verè EST, qui in con-*  
*S.Cathari. trarium pergit, ad NON ESSE pergit.* O Domine ENS  
*Sen. ap. CONVENT. ENTIUM, memor sum illius, quod dilectæ filiæ tuæ*  
*in Dedic. Catharinæ Senensi aliquando dignatus es loqui : si nos tibi*  
*Thea. Ex- cellia quis ego sim, & que sis beata es. Ego sum qui sum ; tu es que*  
*cell. nihil es.* Da ut memor conditionis meæ semper ante oculos  
*meos habeam NIHIL meum , & perfectissimum illud tuum EST.* Da ut omnes homines cognoscant ve-  
*Ijai. 40. ritatem illam : Omnes gentes quasi NON SINT, sic sunt co-*  
*Apoc. 4. ram eo, & quasi NIHILUM & inane reputatæ sunt. Tibi vero universa terra acclamet : Sanctus, sanctus, sanctus*  

**Dominus Deus omnipotens, qui ERAT , & qui  
EST , & qui VENTURUS EST**

Amen.



## CONSIDERATIO. X.

## DEUS PATIENS REDDITOR.

Eccl. 5.  
v. 4.

## THEMA.

*Ego sum Alpha & Omega, principium & finis, dicit Dominus Deus: qui est, & qui erat, & qui venturus est omnipotens.* Apoc. 1. v. 8.

## SYNOPSIS.

- I. Gratiostum simul & omnipotentem Joannes predicat in Apocalypsi eum qui EST, non sine mysterio, ut nos & misericordia animet, & justitia terreat.
- II. In proxima consideratione eum qui EST gratiosum contemplati simus, nunc justum & severum.
- III. Interrogat secundo Iudeos: quem queritis? & se manifestat per vocem Ego sum. Nec tamen agnoscitur, quia exacerbaverunt sanctum Israël, nec agnoverunt manus eius omnipotentem.
- IV. Cum igitur non respiserent confessit eis ut se comprehendenterent, horam immens gratiae & perditionis.
- V. Suos tamen vult indemnes ut bonus Pastor, ne perderet ex eis quenquam.
- VI. Illi verò magis impij, quo benignior Deus, desiderium suum explere satagunt in suum monumentum & laqueum: pietate damnati non severitate.
- VII. Solet enim Deus peccatoribus obstinatis plus indulgere, quam aliis; sed hoc indulgentia suspecta esse debet. Irascitur Deus, cum nimium parcit.
- VIII. Astraea ē cælo delapsa cum locum in terris non haberet cælum repetiit, ibi indicatura quos sibi hic sensit adversarios.
- IX. Irruerunt ergo impij in Domum quasi in Civitatem munitam, aut quasi venatores in avem, & captus est Dei Filius: Spiritus oris nostri captus est in peccatis nostris.
- X. Vivamus deinceps in umbra eius, considerantes amorem eius & mansuetudinem, & alias virtutes in veteribus Patriarchis, donec illi acclamare liceat sanctus, sanctus, sanctus qui ERAT, & qui EST, & qui VENTURUS est,

*Ego sum Alpha & Omega, principium & finis, dicit Dominus Deus, qui est, & qui erat, & qui venturus est omnipotens.*

Apoc. 1. v. 8.

## I.

**G**ronidem impositurus structuræ sacræ  
Pyramidis Christo Servatori in monte Oli-  
veti erectæ , melius hodiernum sermo-  
nem auspicari non possum quam ab eo, qui  
sicut est *Alpha & principium omnis boni o-*  
*peris , ita idem est omnium operum omega*  
*& finis. Sed in ipso themate perplexus hæreo , cum id*  
Apoc. 1. *repetitum lego apud Theologum Apocalypticum : &*  
*primo quidem utitur his verbis ipse Joannes scribens se-*  
*ptem Ecclesijs benè illis precando , uti solemus in prin-*  
*cipio cuiusvis Epistolæ : Gratia vobis & pax ab eo qui est &*  
*qui erat, & qui venturus est. Nec multò post inducens lo-*  
*quentem ipsum Deum, inquit sub eius persona : Ego sum*  
*Alpha & omega, principium & finis, dicit Dominus Deus. De*  
*hoc nihil labore ; sed quod subdit priora verba repetens*  
*unam vocem addendo, id cum mysterio non careat, me-*  
*ritò meum intellectum in admirationem rapit. Ait e-*  
*nim : Qui est, & qui erat, & qui venturus est omnipotens. Cur*  
*obsecro Deus semet definiens nominat se venturum omni-*  
*potentem ; Joannes vero, cui ut creaturæ magis convenie-  
bat hoc prædicatum in Deo agnoscere & exprimere, sim-  
pliciter asserit venturum & non addit omnipotens ? Annon*  
*idem Spiritus sanctus calamus Joannis duxit in priore*  
*sententia, qui in posteriore adjecit vocem omnipotens ? Ut*  
*quid Deus loquens Joannis de se propositam definitio-*  
*nem corrigit, quasi imperfectam ille eodem Spiritu san-*  
*cto dictante attulisset ? Non invenio causam aliam, quam*  
Psal. 84.  
v. 11. *à Regio Psalte insinuatam illis verbis : Iustitia & pax oscu-*  
*late sunt. Vult innuere Deus se ita pacificum & miseri-*  
*cordem esse, ut simul iustitiam exerceat : vult prædica-*  
*ri à Joanne pacem & gratiam Dei qui est, & qui erat , &*  
*qui venturus est , sed non vult nobis excidere memoriam*  
*omnipotentiae suæ quam Iustitia consequitur. Ita ergo est*  
*gratiosus , ut simul omnipotens , ita misericors, ut si-*  
mul

mul justus, nolit attributa sua, quibus mundum regit, ab invicem separari. Est hoc ad mentem Richardi à S. VI. Rich. à. S. Etore, qui allegatum textum ita ponderat : *Notandum quod Vid. in A- ubi ista verba, est, erat, venturus est posuit, nequaquam primo pocal.* omnipotens adjecit, hoc autem loco post eadem verba omnipotens adjecit, quasi dicat : *Qui modo benignus est per pietatem largien- do gratiam, ipse aliquando terribilis apparebit per omnipotentiam in contemptores faciendo vindictam.* Utrumque vult nobis esse proficuum, & misericordiam ut animemur, & justitiam ut metuamus, hæc sola nos in desperationem ad- duceret, illa sola ad præsumptionem.

II. In monte Oliveti proximè contemplati sumus eum qui *EST*, & qui *ERAT*, & qui *VENTURIIS est*, mitem, mansuetum, placatum, gratiosum, pacificum, qui etiam Iudæ infensissimo hosti per pacis osculum gratiam & misericordiam obtulit, & ad eamdem suavissimo alloquio Iudæos & milites invitavit ; hodie in eodem mysterio continuata meditatione justum & severum contemplabimur, & quod mirabile est per ipsam misericordiam & conniventiam justum, ut discamus potius gratiam & indulgentiam eius metuere, quam ipsam di- strictam justitiam.

III. Iterum ergò interrogavit eos : quem quæritis ? Noluit mansuetissimus JESUS ad primam statim interrogationem & responsum Iudæorum capi & vinciri ; sed posteaquam cohortem militum & turbam Iudæorum suo verbo ad terram fulminasset, satisque eis manifestasset omnipotentiam suam, resumpsit iterum arma misericordiæ ex superabundanti gratiæ suæ penu, & iterata priori quæstione eos alloquitur : *Quem quæritis ?* quasi dicaret nondum agnoscitis ad quem capiendum & ligandum veneritis ? nondum sentitis meam omnipotentiam, quæ vos uno verbo dejicit ? *Quem quæritis ?* ò cœci ! ò insensati ! incomprehensibilem vultis comprehendere ? libertatem ligare ? lumen extinguere ? salutem perime-

re? fortitudinem infirmare? misericordiam crudeliter tractare? omnipotentiam labefactare? eum qui vos erigit deicere? qui vos ab inferni vinculis solvere paratus est, funibus & catenis constringere? respondent iterum obstinati: *JESU M Nazarenum*. Nazarenus floridus dicitur, in horto quæritis floridum, imò ipsum florem, sed ut conculcetis: *JESUS* Salvator dicitur, *Ipse est*, præsentem videtis, paratum videtis, ut vos salvet, sed quæratis per eius oppressionem, vestram damnationem. Considerate quid agatis? At illi *sancitum Israël exacerbaverunt*.

*Psal. 77.  
v. 41.*

*Non sunt recordati manus ejus, die qua redemit eos*. Jacuerunt prostrati, habuerunt tempus agnoscendi virtutem divinam, & poenitendi, potuerunt meminisse ejusdem omnipotentiæ se debere quod rursum ex casu resurgerent, à qua fuerant in terram dejecti. Unde ait *Maldonatus* in cap. 18. gravis scripturæ interpres: *Credendum eadem Chrifti virtute, qua ceciderant surrexisse, posteaquam tamdiu jacuissent, quam opus erat, ut eius quem comprehendere volebant, potentiam experiri possent*. Sed tanta erat obsecratio mentis, tantus invidiæ furor, ut non sint recordati manus ejus, die qua redemit eos. Non sunt recordati manus illius, quæ ipsos plasma-  
*Job. 10.  
v. 8.* verat: *Manus tua fecerunt me & plasmauerunt me*. Non sunt recordati manus illius, quæ illos eduxerat ex Ægypto: *In manu forti eduxit eos Dominus*. Non sunt recordati manus illius de qua apud Prophetam: *Manus meæ extenderunt cœlos*. Quæ Galatinus ex Chaldaico textu legit: *In fortitudine mea extendi cœlos*. Non sunt recordati manus illius, de qua fatebatur Tobias: *Quoniam tu flagellas, & salvas: deducis ad inferos & reducis: & non est qui effugiat MANU M tuam*.

*Exod. 13.  
v. 2.* IV. Cum ergò videret benignissimus IESUS quod flagellati non resipiscerent, deieicti in terram, non resurgent per poenitentiam, dimisit eos secundum desideria *Iſai. c. 45.  
v. 2.* cordis eorum. *Dixi vobis quia ego sum Si ergo me quæratis finite bos abire*. De suis sollicitus, sui curam dimittit, &

*Joan. 18.  
v. 8.*

ne

ne videretur iubere, quod solum permittebat, nihil de se dicit. Nam ut Magnus *Augustinus* loquitur: *Si nunquam se ab eis permetteret apprehendi, non quidem illi facerent propter quod venerant, sed nec ipse faceret propter quod venerat.* Eum quippe illi occidendum quærebant sœviendo; sed quærebat nos & ipse moriendo. Secundo interrogati, secundo respondebunt: *JESUM Nazarenum*, nec amplius ceciderunt in terram ut observant Beda & Theophylactus. Sufficiens tam gravis admonitio, si vellent resipiscere:

*Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni.*

Sed qui prostratus se iterum erigit & adversus leonem confurgit vœ illi, quia discepitur. Cavete impij, qui agnus modo fuit, leonem induit, insurgitis contra illum in vestram pernitiem. *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.* Modica temporis portio, qua vobis furere concessum est; sed eam sequetur longa æternitas: exigua tenebrarum potestas occulere, non tamen extingueare. Nam *lux in tenebris lucet, & tenebre eam non comprehenderunt.* *Joan. 3.* Sponte jam cohibet lumen suum, qui vos illuminare studebat; invisam quippe habetis lucem damnati vestra culpa ad tenebras. Quanquam adhuc tempus est, ut veritatem agnoscatis, ut aperiatis oculos cœci invidiâ. *Hæc est hora vestra.* Hora vobis adhuc conceditur, resipiscite: ultima hora est, quæ discernet inter vos & Deum; pavete. *Hæc est hora vestra,* subsequens erit hora Dei. *Hæc est hora vestra,* adhuc gratiae divinæ capiendæ opportuna, si JESUM quæratis, gratiam quærите, non judicium, quia cum hora hæc transferit, *tempus non erit amplius.* Tempori succedet judicium, succedet æternitas.

V. *Si ergo me quæratis, finite hos abire.* Quasi diceret tempus illorum nondum venit; sequentur aliquando Ducem, sequentur pastorem: nunc venit hora qua Pater clarificet Filium. *Tanquam bonus pastor* ( ait *Theodorus Heracleota* ) *ante filios suos extra periculum ponit, quod adhuc infirmi & infantes sint, & ut sermonem quem dixerat impleat;* se au-

*S. August.*  
*Trad. 112.*  
*in Joan.*

*Apoc. 10.*  
*v. 7.*

*tem ipsum tradit.* O mi JESU tu verè es *Pastor bonus : bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis.* Pro ipsis ligabitis pro ipsis traheris ad tribunalia, pro ipsis crucifigeris; major tibi cura de nobis est, quam de teipso. *Declaravit,* inquit *S. Cyrillus, quod verbis docuerat : bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis.* Nescio quid hic potius demireret, Christi mansuetudinem & misericordiam, qua infensissimos hostes alloquitur, & ad veritatis agnitionem adducere nititur; an cœcitatem, & obstinationem Iudeorum in tanta clementia. *Qui est, & qui erat* (verba sunt *S. Pet. Chrysologus*) ante secula *Deus noster, parens noster, novissime voluit esse per secula, ut quos potestate fecerat, pietate salvaret.* Tanta pietas, tanta patientia, tanta misericordia non emollit Marpesias cautes, lapidea corda Iudeorum. Perstant obstinati, & dum Dei virtutem sentiunt, Dei misericordiam contemnunt. Quid speres de homine, quem nulla emendat castigatio? traditum esse crede in reprobum sensum.

*V. I. Sapiens Ecclesiastes componens probos cum reprobis, agnoscit hos sine timore vivere sed periculose, illis benè esse quia timent ac verentur faciem Dei. Etenim quia non profertur citò contra malos sententia, absque timore ullo filij hominum perpetrant mala.* Sed non vult esse sapiens absque timore, quia subdit: *Attamen peccator ex eo quod centies facit malum, & per patientiam sustentatur : ego cognovi quod erit bonum timentibus Deum.* Quid ita mihi Ecclesiastes? *quasi umbra transeunt qui non timent faciem Domini.* Umbra repente projicitur & non sentitur cum transit. Ita impij, ita peccatores obstinati quasi umbra transeunt, cum minimè putant. Eo sensu videtur dictum. *Desiderium impij munimentum est pessimorum.* Hugo Cardinalis legit: *monumentum est pessimorum.* Quasi sibi sepulchrum fodiant, qui sine timore Dei peccata peccatis addunt, & permanent in duritia cordis sui.

*Cyrill. in  
cap. 10.  
Joann.*

*S. Petr.  
Chrysol.  
serm. 49.*

*Eccles. 8.  
v. 11.*

*Prov. 12.  
v. 12.*

*O miseri, quos tam justæ dilatio poenæ  
Plus facit esse reos -- --*

Claud.  
Mar. lib.

Exclamat *Claudius Marius*, & ut ait *Clemens Alexandrinus* : sunt tantò magis impij, quantò est benignior Deus. In scribis & Phariseis id observavit *Chrysostomus*; expendens enim illud epitheton illis datum à Salvatore <sup>2.</sup> *Alex. adhort.* gent. <sup>3.</sup> *Chrys-* <sup>44. in</sup> *Matth.* *neratio mala*. Sic differit : Generationem malam nuncupavit, *soli hom.* tum quia semper ingrati benefactoribus extiterunt ; suscepit beneficis, quod extreme vitiositatis est, ad malignitatem incitantur. Notate illa verba : Quod extreme vitiositatis est, quasi jam ad extrema deduceretur peccator quia beneficis abutitur, & in malitia perseverat. Prælibatum sapientis dictum : *Desiderium impij munimentum est pessimum*. Sic vertit *Prov. 12. v. 12.* *Cajetanus* : *Desiderium impij laqueus malorum*. Aspicite Iudam in monte Oliveti, quali desiderio æstuet, quam optet triginta argenteos, quam avidè præstoletur, ut satisfiat Iudeorum voluntati. Christus è diverso desiderat servare Iudam, reducere ad ovile, lucrari animam eius pereuentem ; blandissimè hostem alloquitur, amicum vocat, osculo donat, in ejus conspectu miracula patrat, & stolidissimus hic caudex persistit in sua malignitate, nec fletitur : quid inde porrò est consecutus ? *laqueo se suspendit*. *Desiderium impij laqueus malorum*. Per ipsam Dei patientiam, per ipsam dissimulantem misericordiam viam sibi fecit ad interitum, paravit laqueum quo periret. Auditæ super hoc verba *Ambrosij* : *Graviori telo tantæ dignationis percussus est, quasi eum fulmine percussisset*. Denique patientiam Domini ferre non potuit, qui majestatem prodidit, itaque abijt pecuniam refudit, *laqueo se suspendit*. Eadem fors mansit Iudeos qui percussi majestatis potentia, abusi sunt lenitate & indulgentia. Unde data illis est licentia ut JESUM ad iniquum tribunal abriperent. Si ergò me queritis, finite hos abire ; quæ sic explanavit *Rupertus Abbas*. Ergò si adhuc *Rup. Abb.* me queritis, & percussi non doluistis, me quidem comprehendite : quos majestas non corrigit ; vindicet clementia, & qui-

*S. Ambros.*  
*in Luc.*

*S. Zen.* bus ludibrio sunt miracula, pietas persequatur. *S. Zenonis*  
*Ierm. 15.* *Veronensis* dictum est : *Iudaicum populum, non severitas con-*  
*in Iſai.* *demnat, sed pietas.*

### VII. Consolatus afflictam Jerusalem Propheta.

*Iſaias* mandat populo : *Loquamini ad cor Jerusalem.* Quid  
 porrò illud est, quod non solum ad aures, sed ad cor per-  
 venire debet? *suscepit de manu Domini duplicitia pro omnibus pec-*  
*catis suis.* Certat cum peccatoribus Deus, & cum illi pec-  
 catum addunt peccato, ille gratias & dona duplicat, pro  
 poena largitur beneficia, quod in prodigo filio manife-  
 stum est, qui duplicitia accepit à Patre. Cum enim portio-  
 nem suam peregrè abligurivisset, redux in gratiam rece-  
*S. Ambros.* ptus denuo aliam habuit portionem. *D. Ambrosius* expen-  
*in Psal.* dens hunc locum, tradit Deum adeò esse misericordem,  
*114.* ut cum peccatorem ferire deberet executione justitiae,  
 multiplicat in eo operationes misericordiae. Et ad fir-  
 mandum hunc conceptum adducit illud Psaltis : *Miseri-*

*Psal. 114.* *cors Dominus, & justus, & Deus noster miseretur.* Semel hic  
*v. 5.* vocatur justus, & bis misericors, quia priusquam semel

*S. Chry-* puniat bis miseretur. Eodem ferè sensu *Chrysostomus* de  
*soſt. in c.* *Iudaeorum malitia & Dei clementia* loquens, ait : *Per*  
*21. Math.* *singulos gradus Iudaicæ malitiæ, Dei misericordia addebat, &* *quanto magis à Iudeis offendebatur, tanto amplius addebat in*  
*eis.* Quorū obsecro tanta in improbos misericordiae  
 multiplicatio, quos justitia punire debuisset ? cur tantis  
 augentur beneficijs, qui peccata peccatis accumulant ?

Notate causam quam Regius Propheta insinuat : *super*  
*Psal. 63.* *dolorem vulnerum meorum addiderunt. Appone iniquitatem super*  
*v. 24.* *iniquitatem eorum, & non intrent in justitiam tuam.* Sint ex-  
 pertes correctionis, sint immunes à Virga justitiae, ipsa  
 misericordia & conniventia sit illis in tormentum, nam  
 sequitur : *Deleantur de libro viventium.* O severam mise-  
 ricordiam ! o misericordem justitiam ! quæ miserendo  
 punit, ignoscendo vindicat, connivendo improbos delet  
*Psal. 76.* de libro viventium. Quærerit idem Psaltes de Deo : *aut con-*  
*v. 10.* *tinebit*

*tinebit in ira misericordias suas ? quæ S. Hieronymus legit : Complebit in furore misericordias suas ? diuturnæ indulgentiæ finis justitia est, patientiæ longanimis complementum severitas S. Paulini effatum est : Tanta est summi patris pie- S. Paulin.  
tas, ut etiam ira ejus ex misericordia sit, & Ideo castiget ut par- Ep. 10.  
cat. Ergo ab opposito, cum nimium indulget ac misere-  
tur, tunc irascitur, cum non castigat non parcit ; cum  
dissimulat, differt. Et metuenda magis est eius pietas  
quam severitas. Iudaicum populum non severitas condemnat  
sed pietas.*

VIII. *Si ergo me queritis. Hæc est hora vestra.* Commi-  
niscuntur Poëtæ Astræam è cœlis in terram descendisse,  
aureo illo sæculo, quod bonis omnibus redundabat, sed  
demum injurijs & peccatis hominum offensam, cum  
nuspian locum haberet, ad cœlum esse reversam. Quid  
in cœlis ager Iustitiæ antistita, ubi non habet quod puni-  
at? nempe in cœlis punit, quod in terra delinquit, in fu-  
turum reservat, quod in præsenti indulget. Audite impij  
Iudei *Hæc est hora vestra* quam vobis vel auream faciatis  
vel ferream. Si Astræam cœlestem hic euitatis, si con-  
temnitis, si justum conculcatis, veniet hora illius quæ  
severè vestra facinora vindicabit. *Idecirco* ( inquit D. Chry- S. Chry-  
softomus ) *Judas maxima non evitabit supplicia, quin imò multo toll. hom.*  
*magis jure vexabitur, quia omnipotencie, humilitatis, benignitatis* 48. in  
*Domini tanta habens argumenta omnem feram belluam crudelita- Matib.*  
*te superavit.* Quod de Juda Chrysostomus, hoc nos de  
Iudeis, imò de omnibus impijs afferere possumus, quia  
omnipotencie, humilitatis, benignitatis Domini tanta habentes  
argumenta, peccata peccatis addunt, sclera sceleribus  
cumulant, donec ad extrema deducti per finalem impœ-  
nitentiam justo Dei judicio deserantur, accepturi è cœ-  
lo proturbatæ ab orbe Astrææ sententiam.

IX. *Hæc est hora vestra.* Jam quasi concessa licen-  
tia & signo dato : *Irruerunt in lumen verum filij tenebrarum,* S. Leo. ser.  
*& utentes faculis atque laternis, non evaserunt infidelitatis sue 8. de pag.  
notam,*

*noctem, quia non intellexerunt lucis auctorem, ait S. Leo Papa.*  
 Id quod ipsemet Servator apud Jobum questus est sub allegoria captæ civitatis : *Dissipaverunt itinera mea, quasi rupto muro, & apertâ januâ irruerunt super me, & ad meas miseras devoluti sunt. Quæ diffundens Carthagena sic circumscrivit : Quando milites urbem aliquam obsidentes muri partem disrumpunt, summo furore eam aggrediuntur ; & nemini parcentes omnes occidunt. Ita sanè Christi hostes in eum irruerunt, omnes enim à muro omnipotentiæ detinebantur. Cum tamen ab ipso capi permisum est, irruerunt veluti rupto muro. Quidam apprehenderunt vestes : alij mittebant manus in capillos capit is : alij barbare pilos inhumaniter evellebant : alij pugnis, alij alapis cædebant. Ac tandem ira perciti, quod eos prostraverat retrorsum cædentes, eum projecerunt & pedibus concularunt. Hoc ipsum sub alia allegoria expreflit D. Paschasius Christum Aquilæ componens :*

*Paschas. li. 3. in Thren. Ipse est Aquila, quæ dum pro-vocat pullos suos, scilicet Judeos ad volandum, expandit alas suas super eos, & assumpsit atque portavit in bumeris suis, laqueo eorum captus est in infidijs. Quo & Jeremias respexit quasi Christi personam*

*Thren. 3. v. 52. gerens : Venatione ceperunt me quasi avem inimici mei gratis. Captus igitur est Jesus Dei Filius, mundi Salvator, & traditus in manus peccatorum ; captus est Judex mundi, ut reorum tribunalii sistatur. Captus est agnus innocens, ut discerpatur à lupis. Captus est Creator à Creaturis, ut quibus dedit E S S E , ab ijs si fieri posset annihiletur !*

*Thren. 4. v. 20. S Hieron. in Thren. To. 4. ap. fol. 27. Ah ! Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris : cui diximus in umbra tua vivemus. Ad quæ Hieronymus : Ipse autem Spiritus oris nostri est, in quo vivimus, morimur, & sumus. Et hic captus est in peccatis nostris, ligatus vinculis peccatorum nostrorum, quod apud Pro-*

*Psal. 118. phetam conqueritur : Funes peccatorum circumplexi sunt me. Ingrati sumus Christiani si non accurrimus, si non festinamus hæc vincula dissolvere, hos funes disrumpere, hæc peccata abolere. Captus est in peccatis nostris. O Infabilis mysterij dispensatio ! Exclamat S. Augustinus : peccat*

iniquus, & punitur justus : delinquit reus, & vapulat innocens : *S. August.*  
quod meretur malus, patitur bonus : quod perpetrat servus, ex-*Med. c. 7.*  
solvit Dominus : quod committit homo, sustinet Deus.

X. Agite nunc Christiani, coronidem nostræ stru-  
eturæ & sacræ Pyramidi imponimus, & impolitum licet,  
ex bono tamen affectu laboratum opus absolvimus. Cu-  
ræ nostræ sit deinceps illud jugi memoriae cordium no-  
strorum insculpere. De obelisco Thebaico differens Pli-  
nius ; *Opus id ( inquit ) fecisse dicuntur viginti millia homi- Plin. nat.  
num. Ipse Rex cum subrecturus esset, verereturque ne machine bisl. lib.  
ponderi non sufficerent, quo majus periculum curæ artificum de- 36. c. 9.*  
nuntiaret, filium suum alligavit cacumini, ut salus ejus apud mo-  
lientes prodeisset lapidi. Imitemur Christiani : portentosam  
olim machinam non viginti millia, sed tota universitas  
hominum erexit Crucem, cui Pater æternus filium suum  
alligavit, ut salus ejus apud molientes prodeisset lapideis  
cordibus peccatorum. Hoc nunc agamus, ut cum filio  
Dei vincula injecta conspicimus, eum propediem in cru-  
cis obelisco erigendum memoriae nostræ infigamus. Di-  
camus cum Propheta : *In umbra tua vivemus.* In accura-  
ta contemplatione tuæ in horto Gethsemani agoniæ  
tuæ orationis, tuæ mansuetudinis, tuæ inchoatæ Passio-  
nis, tuæ comprehensionis deinceps hærebimus, & quod  
oculis corporeis non licet, oculis mentis qua licet me-  
ditabimur, amorem tuum erga nos, beneficentiam &  
mansuetudinem tuam erga ingratos imaginariæ nobis  
delineatione repræsentabimus, & quia ut Angelicus Do-  
ctor loquitur : *De corpore Christi manat umbra gratie*, sub *D. The.*  
hac umbra conquiescemos, & vitiorum nostrorum ar- *opusc. 58.*  
dores temperabimus : *Caro Christi umbra fuit, que nostra- c. 21.*  
*rum æstus refrigeravit cupiditatum : que compescuit insolentiam ser. S. Ambros.*  
*vitiorum : que restinxit ignes libidinum : que avaritiae diver- 19. in Psal.*  
*sarumque passionum incendia temperavit.* Ut ait *S. Ambrofius.* *118.*  
O I E S U mi dulcissime amator fidelissime, refrigera o-  
mnes meas illicitas cupiditates, compesce reluctantantes  
T ani-

animæ affectus , restinguë ignes omnis profani amoris,  
 extingue omnia incendia pravarum passionum in corde  
 meo , ut tibi misericordissimo Salvatori meo deinceps  
 puro corde, affectu tenero , voluntate integra per Abra-  
 ham perfectam obedientiam & adorationem, Isaaci pie-  
 tatem & magnanimum vitæ huius contemptum ; Iaco-  
 bi fortitudinem , & animosam luctam , Moysis pastora-  
 lem fidem & mansuetudinem placere & servire valeam,  
 donec exsolutus huius mortalitatis vinculis ad te perve-  
 nire merear, & tibi cum electis tuis acclamare : *santus*,

Apoc. 4.

*santus, sanctus Dominus Deus omnipotens, qui ERAT,*  
*& qui EST, & qui VENTURIUS est.*

Amen.



IN PARASCEVE  
CONSIDERATIO I.  
EXCESSUS DOLORIS  
THEMA.

*O vos omnes qui transitis per viam, attendite, & videite, si est dolor, sicut dolor meus.* Thren. I.v. 12.

SYNOPSIS.

- I. *Immenitas mensurari non potest: Dolor Christi in passione immensus explicari non potest, pio tamen affectu considerari debet.*
- II. *Doloris mensura videtur esse immensus Amor, & viceversa Amoris Dolor. Mensuramus dolorem, ut inde colligamus Amorem.*
- III. *Prometheus, lutum è quo fixxit hominem lacrymis maceravit: Christus ut nos ad vitam revocaret lacrymas nostras in se recepit.*
- IV. *Unde in Monte Oliveti toto corpore flevit, quasi fuisse Argus centeno lumine cinctus.*
- V. *Verum be lachryme fuerunt tantum preludia sequentium dolorum, & velut fragmen mali punici, quo etiam dolores omnes militantis Ecclesie possunt designari.*
- VI. *Quod etiam expressit sapiens de sapientia inquiens: Immolavit victimas suas, quasi preludia Passionis sustinendo.*
- VII. *Imò in omnibus alijs sanctis patiendo, cum eorum in se dolores susciperet.*
- VIII. *Unde multi licet gesserint Typum Christi, nullus tamen ei similis.*
- IX. *Nam sustinuit omnes humanas passiones secundum genus, passus dolorem maximum inter dolores presentis vite: imò tantum quantum patientur anime separatae in Purgatorio.*
- X. *Hinc est quod SS. Martyres Leti & bilares tormenta sustinuisse legantur, quia Christus illorum dolores sustinuit.*
- XI. *Et omnia tormenta eorumque acerbitates ad se traxit; quin & peccatorum promerita penas.*
- XII. *Ex quo colligitur dolor ejus tantus fuisse, quanto erant culpe, & quanta pena eternalis.*
- XIII. *Ac licet nonnulli contentur speciatim dolores percessos enumerare, satis tamen explicare non possunt.*
- XIV. *Vera doloris mensura peccatum ipsum est, pro quo susceptus dolor à Christo: peccatum vero secundum quid infinitum, ergo & dolor. Nos quoque dolendo amemus, amando doleamus de peccatis nostris.*

*O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte,  
si est dolor, sicut dolor meus.* Thren. I. v. 12.

## I.

Cassiod. in  
Psal. 47.



Rgonē mensurari potest immensitas? comprehendēti potest incomprehensibilitas? explicari inexplicabilitas? *Virtus inexplicabilis, pietas incomprehensibilis, sapientia ineffabilis, cuius definitio est, finem in sanctis laudibus non habere.* Inquiebat olim de Deo Cassiodorus: ego verò de acerbissima Passione Domini mei, ac Salvatoris, in qua manifestissimis argumentis elucet immensus amor, incomprehensibilis bonitas, inexplicabilis misericordia, ineffabilis dolor: *cuius definitio est finem in sanctis laudibus non habere.* Quid igitur temerariè præsumo mensurare quod immensum est, explicare inexplicabile, effari excessivum dolorem Christi benedicti? Verū invitant Exempla Patrum, conatus aliorum, pietas devotorum Passiois Christi cultorum, ut aliquid su-  
pra vires laboris aggrediar. Obtempero S. Augustino monenti: *Ipse nos ad laudandum se creavit, qui nostris non indiget laudibus.* Est autem virtus incomprehensibilis, nullius indigens, ipse sibi sufficiens. *Magnus enim Dominus noster, & laudabilis valde.* Hunc itaque; mens diligit, lingua canat, scribat manus, atque in his sanctis studijs fidelis animus se exerceat. Et S. Justini illustrē documentum est: *Divina quantum ad inquisitionem satis est, & ad vere Religionis cultum pie decet, considerabitur.* Non enim quod Deitas intelligentia nostrā planè sit incomprehensibilis, propterea par est nibil nos de ea omnino scrutari, sed in desidia vitae hujus consumere tempus. Proinde juxta mensuram cuilibet à Domino tributam, studiose quisque cognitionem investigare debet. Quod de Deo Justinus, hoc nos de filij Dei acerbissima Passione asserere possumus. Quod vires & potestatem excedit, non excludit pij affectus voluntatem. *Christo passo in Carne, & vos eadem cogitatione armamini.* Monet S. Petrus. cogitatione armari & assidue medi-

S. Aug. lib.  
Retract.

S. Justin.  
M. in Ex-  
posit. fid.

I. Pet. 4.

meditari Passionem Domini , est de virtute in virtutem proficere. Unde & D. Bonaventura suadet : *Si quis O homo de virtute in virtutem , de gratia in gratiam , de bono in melius proficere , quotidie qua poteris de votione Dominicanam meditare de Passio. passionem.*

I I. Sed quid hodie potissimum meditabimur ? Id quod in Passione summum est, quod excessivum est. *Immensus ac ferventissimus amor in hoc manifestatur.* Inquit S. Bernardinus Senensis. Quasi diceret : Deus omnipotens qui creando & ordinando hunc visibilem mundum omnia in mensura , & numero , & pondere disposuit : in Incarnatione tamen Filij , & eiusdem Passione pro salute humani generis excessivam charitatem ostendit, sine modo quodammodo , & sine mensura , quod de humano amore canebat Poëta.

*Verus amor nullum novit habere modum.*

Sed quid ordior de amore loqui, cùm Thema meum aliò tendat? *O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus.* In dolore maximus relucet excessus , hunc mensuramus , non amorem. Amor est pura dulcedo ; dolor est mera amaritudo. Amor est animi refocillatio ; dolor animi perturbatio. Amor gignit cordis lætitiam , dolor parit mœrorem. Contrariantur sibi Amor , & dolor. Igitur dolorem mensuremus , non amorem. Sed impossibile est mensurare dolorem nisi mensurâ amoris , quia ut nonnemo ait : *Dolor presupponit amorem , unde quantum quisque amat , tantum dolet.* Ego vero existimo , quod alter ex altero mensuretur , & est doloris mensura amor , amoris mensura dolor : & colligitur à posteriori ex doloris magnitudine magnitudo amoris. Quare agite fideles animæ , accedamus crucifixum pro nobis J E S U M , mensuremus hodie ex doloris magnitudine eius erga nos amoris excessivam magnitudinem , ut pia hac contemplatione inflammatis cordibus , dolore amemus , amore condoleamus.

*S. Bonav. ap. Spec. ranz.*

*S. Bernar. din. Sen. serv. S. de Passio.*

*a. 1. c. 2.*

*Tibull. lib. 1. Eleg. 15.*

*Bertar. dub. 49. in Nou. fest. ap. Lequit.*

III. Nescio quid arcanæ Veritatis recondunt Veterum commenta Poëtarum. Et illud præsertim quod de Prometheo Japeti filio meditantur. Hic fertur homines primum è luto finxisse, & vniuersi hominum generis fuisse parens : de quo proinde Ovidius cecinit.

Ovid. 1.  
Meta-  
morph.

*Recens tellus seductaque nuper ab alto*

*Æthere cognati retinebat semina cœli :*

*Quam satus Japeto mistam fluvialibus undis*

*Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.*

Themis.  
lib. de Af.  
fert. mor.  
apud Sto.  
Zeze. ap.  
Natal.  
Com. 1.4.  
c. 6. My-  
tholog.  
Sep. 14.  
v. 3.

Quæ corrigens Themistius, non aquâ fluviali sed lachrymis temperatum à Prometheo lutum affirmat : *Lutum Prometheus ex quo hominem effinxit, non maceravit Aquâ sed lachrymis.* Si vim nominis attendas, fatebere cum Zeze:

*Prometheus est mens, quæ res futuras multò ante prævidet;* quod nulli mortalium ita convenit, ac Deo universis prospicienti, quem sapiens alloquens aiebat : *Tua auctoritas providentia gubernat.* Cœlestis noster Prometheus, futuris prospiciens, postquam hominem è limo formasset, jamque per peccatum emortuum & exanimatum ad vitam vellet revocare, quid aliud egit, quam ut aquâ lutum temperaret, non aquâ fluvialili sed lachrymarum ; adhibens ad immittendam animam, ignem è cœlo delatum, amorem scilicet, quibus homini vita est restituta : amoris igne, doloris lachrymis. Undè meritò humanum

Psalm. 55. genus ipsum alloqui potest Psalmistæ verbis. *Deus vitam meam annuntiavi tibi; posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.* Agnoscimus providentissime De', quod lachrymas nostras, quas ipsimet fundere debuissimus in conspectum, in vulturn & faciem tuam receperis, undè vitam nostram tibi annuntiamus, tibi acceptam referimus. Volebas nos mortuos fuscitare ad vitam, detulisti è cœlo ignem ; sed non satis erat amoris ignis, nisi & lachrymas adderes nostræ fragilitatis. *Quia Deus, inquit S. Bernardinus, propriè plorare non potest, assumpsit humanam naturam ut plorare posset : Sic posuit lachrymas nostras in conspectu suo, sic flevit*

S. Bernar-  
di de dign.  
an. a.  
z. c. 1.

flevit ut animas examinatas redanimaret. *Flevit & con-*  
*tristatus est propter me gaudium meum* ( verba sunt S. Bernar-  
*di ) imò gaudium Angelorum : qui ut ait Apostolus in diebus car-*  
*nis sue offerens vota & supplicationes ad eum , qui possit salvum*  
*facere eum à morte , cum clamore valido & lachrymis, exauditus*  
*est pro sua reverentia , sed quales credimus has fuisse la-*  
*chrymas ? Dicat idem Bernardus : Lachrymæ testes sunt*  
*amoris , frequenter etiam doloris.*

S. Bern.  
Tract. de  
Passio. c.  
33.

S. Bern.  
Serm. 10.  
in Cant.

IV. Ah ! quantum illum esse dolorem oportuit ,  
 quem sensit delicatissimus filiorum hominum , cum in  
 monte Oliveti ( ut reliquæ vitæ decursum præteream )  
 non ex oculis solum , sed totius corporis artibus copio-  
 fissimè profudit lachrymas , ut elueret maculas peccato-  
 rum nostrorum . *Non solis oculis , inquit modo allegatus*  
*Doctor mellifluus ; non solis oculis , sed quasi membris omnibus*  
*flevisse videtur , ut totum corpus quod est Ecclesia totius lachry-*  
*mis corporis purgaretur : Quando scilicet ingens sanguinis*  
*diluvium exsudavit.*

S. Bern.  
Serm. 3.  
de ramis.

-- *Sanguis erant lachrymæ.*

Ut nonnemo canebat ; sanguineæ lachrymæ , sanguineæ undæ , plenus oculis debuit esse plenus lachrymis .  
 Quod de Argo Pœtæ comminiscuntur , de nostro verissi-  
 mum est Servatore .

Claud. de  
Laud. Sti-  
lic.

*Argum fama canit centeno lumine cinctum.*

Cœlestis Argus non centum solum oculos habuit , sed tot omnino , quot membra , quot poros corporis , quando sanguinem sudavit in horto , & quasi membris omnibus flevisse videtur .

V. Recogita mi Christiane , quām inauditum fuerit  
 hoc sanguinis & lachrymarum profluvium . In horto Geth-  
 semani Redemptor meus efflevit lachrymas sexaginta  
 duo millia & ducentas , exsudavit Guttas sanguineas no-  
 nagi septem millia , trecentas & quinque , uti ex diver-  
 sis revelationibus annotarunt contemplativi Ascetæ .  
 Quis hic non admirabundus exclamet ?

Pet. Ca-  
lent. in via  
crucis.

Landfer-  
La Passione  
Dñi. En-  
gelgr. in  
Panib.

*Fatto 3.  
Penteco.  
Barry in  
fau. Iesu.*

*Cant. 4.  
v. 3.*

*Batza. in  
Evang. li.  
q. c. 5. 5.  
16.*

*Richard.  
Vidorin.  
in Cant. c.  
10.*

*Prov. 9.*

*HugoCar-  
din. in  
Proverb.*

*Gignit amor lachrymas: quis putet, ignis aquas!*

Verum hi lachrymarum & sanguinis imbris fuerē solum præludia subsequentium dolorum, quibus corpus & anima JESU mei afficta & tormentata est. Hinc sub persona dilecti in Canticō Salomonis sponsam alloquens ajebat: *Sicut fragmen mali punici gene tue.* Quasi diceret: quod genas humectes lachrymis, minima est portio tuorum dolorum, & velut fragmen mali punici. Sed melius sponsam intelligite cum SS. Patribus Ecclesiam; ejus inquit dolores fragmen tantummodo fuerunt dolorum, quos ipse tulit. Parum hoc videtur dictum de tanta multitudine fidelium, de Myriadibus Martyrum, de universitate Christianorum: *sicut fragmen mali punici.* Äquum fuisse videri potest, ut integro pomo granato assimilaretur, *sicut fragmen mali punici*, inquit, non *sicut malum punicum*. Multa millia SS. Martyrum reperiuntur in Ecclesia, qui innumerā pœnas & exquisitissima tormenta sustinuerunt, sed omnia illa comparata doloribus Passionis Christi, non fuerunt *nisi fragmen mali punici* exigua portio, modica particula totius pomi granati. Audite super hoc Richardi Victorini considerationem: *Quia tam graviter & multipliciter passus est Christus, ideo omnis electorum afflictio, quam pro Christo, vel Christi Exemplo pertulerunt, fragmini tantum potest comparari; quia respectu eorum quæ pertulit ille, parva erant, quæ pati potuerunt, & tantum modica pars eorum. O immensitatem! o excessum doloris!*

VI. Eo etiam suas direxerit cogitationes sapiens, cum divinæ sapientiæ palatium & Oeconomiam descripsit: *Sapientia ædificavit sibi domum &c. immolavit victimas suas.* Sole clarus est Christum benedictum unicam victimam sui sacratissimi corporis in ara crucis immolasse, qua de causa igitur in plurali sapiens loquitur: *Immolavit victimas suas, &c. non potius asserit: Immolavit victimam suam.* Tribus verbis respondet Hugo Cardinalis: *Propter præludia Passionis. Singula videlicet passionis præludia,*

singulæ fuerunt victimæ , & toties penè mortuus est ,  
 quoties aliquid particulare passus. *Immolauit victimas suas* adhuc in præsepi jacens : *Immolauit victimas suas* in circumcisione sanguinem effundendo : *Immolauit victimas suas* in persecutione Herodis , & toties mortuus censi-  
 feri debet , quot innocentum sanguis pro ipsius nomine effusus est . *Passionem non illum diem unum appellamus*, quo mor- S. Bern.  
Trad. de  
pass. c. 5.  
*tus fuit, sed totam vitam illius* : *tota vita Christi Crux fuit et Martyrium*, ait S. Bernardus , sic ille immolavit victimas suas præludia, quæ in horto Gethsemani, conflictantibus inter se carne & spiritu, amore & dolore sustinuit , quæque deinceps servata sunt , usque ad ignominiosissimam mortem in ara Crucis. Unde Paulus de Palatio. Paul. de  
Palat. in  
c. 21.  
Matth.

*Ab morti oratione usque ad animæ exhalationem eum dolorem Christus sustinuit , quem qui moriuntur sustinere solent.* Continuam possis dicere passum mortis Agoniam , & inter crudelissima tormenta millies moriturum fuisse , nisi miraculo vitam sibimet ad plura tormenta ferenda prorogaret.

VII. *Immolauit victimas suas.* Variæ fuerunt in veteri testamento victimæ, varia sacrificia, sed illa omnia typi fuerunt & imagines veri sacrificij Christi , sacrificium Abelis, sacrificium Abrahæ, sacrificium Melchisedechi, sacrificium Eliæ adumbrarunt unum illud sacrificium, in quo Dei Filius sacerdos pariter & victima pro humano genere se obtulit æterno Patri. *Immolauit victimas suas.* Sciebat quippe eventuru, ut multi fideles post suum è mundo discesserent paterentur, crudelia tormenta sustinerent, & sanguinē profunderent; horum omnium tormenta & dolores in se recepit , ut ipsi irent gaudentes à conspectu Concilij , & digni haberentur pro nomine suo pati. *Immolauit victimas suas.* Lapidatus in Stephano , ustulatus in Laurentio , rota cruciatus in Catharina , sagittis impetratus in Sebastiano, in alijs equuleum, in alijs mutationem , sitim , inediā , eviscerationes perpeccus , in omnibus vulneratus & occisus : quod ponderans S. Lau- S. Lau.  
ren. Justin. de

*Triumph. agn. c. 19.* rentius Justinianus inquietabat: *Modo quodam iudicibili in omnibus Electis suis omnia perferebat paenarum genera: persecutionem patiebatur in Apostolis, lapidabatur in Stephano, assabatur in Laurentio, sive in singulis singula Martyrum ceterorumque Justorum sustinuit tormenta.* Sic immolavit victimas suas, fuitque comparatione ipsius dolorum, dolor Martyrum sicut fragmen mali Punici.

*Psal. 88.*

*v. 9.*

*Heb. 11. v.*

*37.*

*S. Paulin.*

*Ep. ad A-*

*VIII. Eam fortè ob causam Regius Psaltes cecinit: Domine Deus virtutum quis similis tibi. Quis tibi in dolore comparari possit: Alij ut loquitur Apostolus: Ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, sephi sunt, tentati sunt, in occidente gladij mortui sunt &c. Tu hæc omnia & graviora tulisti quis similis tibi? Omne aliorum Martyrium, omnes dolores velut in unum colligatos fascem tu solus portasti: assimilantur tibi veteres Patriarchæ, assimilantur alijs justi: sed tu es Deus virtutum, omnes eorum virtutes transgrederis, quis similis tibi, qui omnia sustinuerit. Ab initio seculorum ( inquit S. Paulinus ) Christus in omnibus suis patitur. Ipse est enim initium & finis, qui in lege velatur, in Evangelio revelatur, mirabilis semper & patiens, & triumphans in sanctis suis Dominus. In Abel occisus a fratre, in Noë irrisus a filio, in Abraham peregrinatus, in Isaac oblatus, in Jacob famulatus, in Joseph venditus, in Moyse expositus & fugatus, in Prophetis lapidatus & sectus; in Apostolis terrâ maragi, jaellatus, & multis ac varijs beatorum Martyrum cruciatibus frequenter occisus; singula sustinuerunt singuli, sed ipse solus omnia, eminente quadam & fortitudinis virtute, & doloris acerbitate. Quis similis tibi? Omnes transcendis Majestate: quis similis ergo tibi in contemptus tolerantia? omnes superas fortitudine: quis similis tibi in sponte suscepta debilitate? aeterno beatus gaudio, quis similis tibi in magnitudine tristitia? aeterna impassibilitate polles, quis similis tibi in sensu pro me assumpti doloris. Domine Deus virtutum quis similis tibi?*

*D. Thom.*

*3. p. 9.*

*40. a. 3.*

*IX. Inquirit Doctor Angelicus: Utrum Christus o-*

*mnes*

*mnes passiones sustinuerit ; & pulcherrimè resolvit quæstionem distinguendo : Dicendum quod passiones humanae possunt considerari dupliciter. Uno modo quantum ad speciem, Et sic non oportuit Christum pati omnem passionem, quia multæ passionum species sibi in vicem contrariantur, sicut combustio in igne Et submersio in aqua Et cetera. Sed secundum genus passus est omnem passionem humanam, quod quidem potest considerari tripliciter. Nimirum ut ipse fuis dedit 1. ex parte hominum, quia passus est a gentilibus, a Iudeis, a viris, a foeminis, a Principibus, a sacerdotibus, a familiaribus & domesticis suis ut Iuda & Petro. 2. ex parte eorum quæ homo pati potest. Passus enim est in amicis desertoribus, in fama per blasphemias, in honore per contumelias, in bonis quia vestibus spoliatus, in anima per tristitiam tedium, & timorem, in corpore per vulnera & flagella. 3. ex parte membrorum corporis, nam passus est in capite spinas; in facie alapas, & sputa; in manibus & pedibus clavos; in toto corpore flagella. Passus etiam est secundum omnem sensum; Secundum tactum quidem flagellatus Et clavis confixus, secundum gustum selle Et aceto potatus, secundum olfactum, in loco foetido cedar verum mortuorum, qui dicitur Calvarie appensus patibulo; secundum auditum lacefitus vocibus blasphemantium Et iridentium; secundum visum, videns Matrem Et discipulum quem diligebat flentes. Hæc D. Thomas. Sed obsecro Doctor Angelice, ediffere nobis ulterius, quantus fuerit dolor Christi secundum omne genus passionum? Quid sentis de hac quæstione: Utrum dolor Christi fuerit major omnibus doloribus? Respondet. Idem D. Thom. 3. Dicendum quod in Christo paciente fuit verus dolor sensibilis, qui causatur ex corporali nocivo, Et dolor interior qui causatur ex apprehensione alicujus nocimenti, qui tristitia dicitur, uterque autem dolor in Christo fuit maximus inter dolores presentis vite. Unum adhuc D. Thoma nobis resolve & quid sentias eloquere: Utrum dolor Christi major fuerit, quam fit dolor animæ a corpore separatae in Purgatorio vel inferno? respondet ite-*

D. Thom. rūm : *Dicendum quod dolor animæ separatæ patientis pertinet ad statum future damnationis que excedit omne malum huius vitæ. sicut sanctorū gloria excedit omne bonum præsentis vitæ.* Unde cum dicimus Christi dolorem esse maximum , non comparamus ipsum dolori animæ separatæ. Verūm pace tua Doctor Angelice,

Psal. 17. aliud ego ex Regio Psalte in Persona Christi loquente en-  
v. 5. § 6. licio : *Circumdederunt me dolores mortis, dolores inferni circum- dederunt me.* Quasi diceret tam graves , tam acerbos do-

lores sustineo , quantos sustinent animæ in Purgatorio vel inferno. Est hoc conforme ingenio S.Bernardin. Sen.

S. Bernar. qui ajebat de Christo : *Tantum in mente doluit pro eternaliter din. Senen. cruciandis, quanta erant tormenta, quibus erant eternaliter cruciandi.* Quid amplius dici posset ad exprimendam acer-  
To. 2. ser. 49. a. 4. e. 2. bitatem doloris ?

X. *Attendite Christiani, & videte si est dolor similis.* Mihi suboritur cogitatio , cum lego SS.Martyres lætos & alacres ad tormenta procurrere , in acerbissimis doloribus exultare , ut existimem , dolores illos quos omnes Martyres sustinere debuissent , à Christo anticipatâ Passione assumptos & toleratos esse. *Iabant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij, quoniam digni habitu sunt pro nomine JESU contumeliam pati.* Gaudebant quia mœrem eorum Christus in se receperat. Interrogatus ut narrat Cassianus ,

Ador. 5. v. 41. quidam Christi sectator à Gentilibus : *Quid miraculi Chri-*

Cassian. Collat. 12. e. 13. S. Ephrem. de Laud. SS. MM. *siius noster, quem colitis fecit?* respondit : *Ut bis ac maioribus si intuleritis non movear, nec offendar injurijs.* Et S. Ephrem testatur de constantia & fortitudine SS. Martyrum : *Non*

*potuit vis immensa pœnarum justorum animos fædere; tam intrepidae charitatis ardorem, nec mors ipsa qui vit extingue.* Cest magno cum gaudio flagrorum ictus , ut summas delicias suscipiebant , serenaque ac ridenti facie , gratias Deo referebant , quia meruerant pro ipsis nomine pati. *Quid est pro ipsis nomine pati, nisi nomen solum passionis habere, cum ipse rem & passionem ipsam prius pertulerit, cuius Passio o-*

*mnia*

*mniūm Sandorūm Passionem in amaritudine superavit, uti aiebat Deipara ad S. Brigittam.*

XI. *Attendite & videte si est dolor similis. Amplius aliquid adhuc meditor: Christum benedictum suscepisse in se omnium hominum dolores, eosque suo dolore mitigasse. Hanc cogitationem mihi suggerunt ipsiusmet verba apud Evangelistam: Si exaltatus fuero omnia traham ad meipsum. Hoc autem dicebat significans, qua morte esset morturus.* At quomodo moriendo omnia ad se trahere potuit? nempe quia Passio illius & mors erat futura compendium, & collectio omnium dolorum mundi, omnium tormentorum. Prævidebat futurum aliquando, ut suæ testes fidei raperentur ad iniqua Judicium tribunalia, ut inauditis & crudelissimis tormentis subijcerentur, ut doloribus perferendis eorum natura non sufficeret: horum inquit intolerabilem dolorem in me recipiam, ego perfaram, ut ipsi inter cruciatus versentur velut in delitijs traham ad me ipsum. Ardentes rogos, ignitas sartagines, ebullientes ollas, ferratas & aculeatas rotas, ferreas ungulas, candentes laminas, vectes, terebra, secures, fustes, catenas, Tyrides, Ursos, Leones, omnem carnificinæ apparatum, quantum ad doloris acerbitatem traham ad me ipsum. Prævidebat Myriades Christianorum futuras, quæ suis sceleribus æterna gehennæ incendia merebuntur: patiar igitur, inquit, pares æternis cruciatibus dolores, colligam infiniti valoris merita, quæ ipsis applicentur, & dolorem pœnarum, quem ipsi deberent sustinere, *Traham ad me ipsum.* Neque contentus dolorum multitudine & acerbitate, etiam certas dolorum species voluit sustinere. Merentur inquieti ac petulantes mundi sectatores, ut vinculis constringantur, ergo vincula *Traham ad me ipsum.* Merentur superciliosi & fastu superbiæ elati, ut caput illis spinarum aculeis compungatur; ego spinas *Traham ad me ipsum.* Merentur impudici, & voluptatum carnalium mancipia, ut virgis & flagellis coedantur;

S. Brigitt.  
Revel. ti.  
1, c. 58.

Joan. 12.  
v. 32.

ego flagella *Traham ad meipsum*. Merentur Avari, qui per usuras & illicita media corradunt pecunias, qui viduis & pupillis patrimonia eripiunt, ut rapaces eorum manus perforentur: ego clavos illos quibus deberent perforari *Traham ad meipsum*. Merentur petulantes impij, qui in circuitu ambulant, ut eorum pedes configantur, ne possint per voluptates & illecebras discurrere, ego clavos quibus configi deberent *Traham ad meipsum*. Merentur denique omnes peccatores, & legis divinæ prævaricatores, diversa pœnarum genera, & ipsam quoque mortis sententiam, ego *Omnia traham ad meipsum*.

**XII.** O mi JESU verè nimium ad te traxisti piâ quādam dolorum & calamitatum avaritiâ. *Languores nostros*

*Iai. 53.* *ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.* Omnium & singulorum peccatorum nostrorum pœnas in se recepit. Tan-

*S. Bern.* *tum in anima sua dolebat, quot & quantæ erant morta-*

*Sen. To. 2.* *les culpæ. Ah quot millenæ Myriades peccatorum quo-*

*ferm. 56.* *tidie committuntur, quorum singula à Christo benedicto*

*a. 1. c. 1.* *in specie & individuo prævisa singulas acerbissimas pun-*

*Idem ib.* *eturas in anima ipsius effecerunt: illa præsertim propter*

*c. 2.* *quæ plurimos jam tunc prævidit æternum damnandos.* Hinc iterum, ut idem sanctus meditatur. *Tantum in men-*

*te doluit pro æternaliter cruciandis, quanta erant tormenta qui-*

*bis erant æternaliter cruciandi, & quantum erat odium inter*

*Deum, & eos æternaliter generatum.* Huic tanto dolori inter-

*no animæ sociavit se par dolor Corporis, uterque inex-*

*plicabilis,*

**XIII.** Conantur quidem devoti Ascetæ, ex diver-

*sis fide dignis revelationibus colligere numerum plaga-*

*rum, ictuum, alaparum, vulnerum, sed magno expresso*

*numero, magnitudinem doloris satis non exprimunt.*

*Calent. in Petrus Calentinus, Landtspergius, Adrichomius, Aqui-*

*via crucis. linus, Landulphus, & alij de his copiose agunt. Fertur*

*Landsp. bom de Pa- enim benedictus JESUS in suo sacratissimo corpore exce-*

*ffio. pisce sexies mille, sexcenta, sexaginta sex vulnera, licet*

*S. Ger-*

S. Gertrudis solum numeret sex mille, quadringenta & *Adrichom.*  
 sexaginta sex, & S. Brigitta quinques mille, quadringen- *in descript.*  
 ta, septuaginta quinque, quæ potius de ictibus in sola *S. Aquilin.*  
 flagellatione inflictis intelligenda sunt. Excepit etiam *serm. de*  
 toto corpore passionis centum & decem alapas, centum *paffio.*  
 & viginti verbera in collo: trecentos octoginta ictus su- *Landulph.*  
 pra dorsum: quadraginta tres ictus in pectore: octogin- *in vita*  
 ta quinque in capite: in lateribus triginta octo: in sca- *Cbristi. S.*  
 pulis sexaginta duos: in brachijs quadraginta, in coxis & *Gerrud.*  
 tibijs triginta duos. Excepit in sua benedicta facie foeti-  
 da sputa triginta duo: verbera supra benedictum os *lib. 4. a.d.v.*  
 triginta: pedibus calcatus est centies & septuagies: in *apud Rôde-*  
 terram dejectus terdecies: per capillos tractus trecent- *rie. de Pa-*  
 ties: pili & barba sunt illi evulsi quinquagies & octies: *flio. sed. I.*  
 tormenta ad mortem inferendam sufficientia centies & *c. 7. Barry*  
 sexagies: lethales agonias sustinuit novemdecim. Coro-  
 na spinea aculeos habuit (uti S. Vincentius Ferrerius *derot. ad*  
 ait) septuaginta duos; alij plures fuisse existimant, qui *Iesum 29.*  
 in sacratissimo capite foramina mille terebrarunt, uti  
 SS. Chrysostomus, & Bernardus censem. *Mille puncturis S. Cbry-*  
*speciosum ejus caput diuulneraverunt. Ait Bernardus. In* *88. in Ma-*  
 flagellatione sustinuit ictus quinques mille, quingentos, *tha.*  
 ut Ludovicus Granatensis affirmat; sed S. Bernardus su- *S. Bernar.*  
 pra sexies mille. Landulphus verò quindecim millia, *de Paffio.*  
 quadringentos, & nonaginta, &c. *Ludov.* *O vos omnes qui transitis* *Granat.*  
*per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus.* *Conc. de*  
*Paffio.*

XIV. Attendimus bone J E S U, & videmus oculis *S. Bern. cit.*  
 mentis, sed lingua explicare non possumus. Mensura- *Landulph.*  
 mus quod immensum est: mensuramus excessivum do- *de vita*  
 lorem in se ipso; immemores, quod extrinseca huius *Cbristi*  
 doloris mensura, sit eius causa, quam innuit Scriptura: *Redem-*  
*Pro mensura peccati erit & plagarum modus. Dolor tuus o* *Deut. 25.*  
*JESU, ex peccato nostro habet originem: quod expen-*  
*dens Augustinus exclamat: Ecce pro impio pietas flagellatur: S. Augu-*  
*& si multa flagella peccatoris, multa etiam oportuit esse flagella* *serm. 114.*  
*de temp.*

*Redemptoris.* Pro mensura delicti erit & plagarum modus : maxima fuit mensura peccatorum , maxima etiam sit mensura plagarum. Quærunt passim Theologi an peccatum habeat aliquam infinitatem , & plerique cum

- D. Tho. 3. D. Thoma affirmant : *Peccatum contra Deum commissum ad 2. quandam infinitatem habet , ex infinitate di-vine Majestatis :*  
*Vaq. 3. p. tanto enim offensa est gravior , quanto major est ille in quem de-*  
*Disp. 2. c. linquitur.* Nonnulli tamen contendunt in peccato esse  
 2. Soraez. malitiam infinitam simpliciter : ex hac ergo mensura  
 ib. D. 4. s. colligimus mensuram & excessum doloris in Christo,  
 7. Lugo de Incarn. D. quod fuerit si non simpliciter infinitus , saltem infinitus  
 5. scđ. 3. secundum quid, ut esset proportionatus peccato à quo  
 S. Chrysostomi : *Mul-*  
 soft. bom. *tò pluraijs que debebamus repedit Christus , atque adeò tanto*  
 10. in E. *plura, quanto Mare immensum ad pusillam guttam collatum adjusse esse possit.* Quasi diceret ; debitum nostrum fuit in-  
 finitum secundum quid , pretium doloris & pas-  
 sionis Christi fuit infinitum simpliciter , atque adeò  
 longè majus, quam nostrum debitum , ex quo investi-  
 gare licet immensitatem perpessi doloris. Amplius ad-  
 hoc aliquid meditatur in hoc themate S. Bernardinus :  
 Quod scilicet in Christo fuerit dolor quidam reflexus , &  
 seipsum desiderio intendens ad quamdam infinitatem ,  
 ut non tantum corresponderet infinitati peccati , sed  
 etiam æternitati pœnæ, quam merebatur peccatum no-  
 strum : verba ejus appono, & discursum finio : *Tamtum*  
 S. Bernar. *in mente doluit quod non potuit in perpetuum cruciari , quantum*  
 Sen. cit. *intelligebat se dolendo mereri , & quantum cognoscebat suum me-*  
 suprà. *ritum in fructu augmentari. Proinde dolendo per aliquem modum,*  
*quod non potuit eternaliter cruciari , meruit apud Patrem tanquam*  
*si fuisset eternaliter cruciatus. O Christiani : Attendite & vi-*  
*dete si est dolor similis , ego cum Lanspergio dicendi finem*  
 Landper. facio : *Heu me cur adeo ferreum ac lapideum cor habeo , quod*  
 in Thren. *compassione & dolore non scinditur ! cur præ dolore non tabescit*  
 Deip. prec. *anima mea , quandoquidem tam immanium dolorum causa est pessima*  
 7. *vita*

vita mea. *Ego alapis cæcidi, ego colaphizavi, ego blasphemavi, confui & conculcavi, ego flagellavi, & spinis coronavi, ego ad mortem condemnavi, ego cruci affixi, ego extinxi filium Dei.* Da JESU ut doleam tanto dolore, quanto tu ipse in Passione tua doluisti: & quia ex amore mei doluisti, fac ut dolendo te amem, amando te doleam de peccatis meis.



## IN PARASCEVE CONSIDERATIO II. EXCESSUS AMORIS THEMA.

*Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo. Ad Ephes. 5.*

### SYNOPSIS.

- I. Mensura amoris est ab opposito mensura doloris.
- II. De qua mensura & ejus excessu loquuntur sunt cum Christo Moyses & Elias in monte Thabor.
- III. Cum enim non defuerint Deo varij modi reparationis humane, quia talis elegit, quo ipse in victimam offerretur, ostendit sui amoris excessum.
- IV. Sufficiisset ad Redemptionem unica operatio Christi, unica gutta sanguinis, sed ille totum effudit.
- V. Hoc effecit Excessus amoris ejus & misericordie.
- VI. Quod etiam ex ipsis verbis in Cruce prolatis colligitur: Ut quid dereliquisti me, quæ varie explinantur.
- VII. Sed ille sensus est congruentissimus, quod questus sit de paucitate & acceleratione dolorum, desiderans plura & diuturniora tormenta pro homine sustinere.
- VIII. Ex illo quoque verbo in Cruce prolati Sitio eamdem veritatem elicunt SS. Patres, quod sit copiosa apud eum Redemptio.
- IX. Quia etiam ex apertione lateris post mortem, adeo excessivè nos Christus dilexit.
- X. Addidit ipse amorem super amorem, nos illi addimus dolorem super dolorem peccando. Inde dolores illi addi-

*addiderunt extrinsecus crucifigen-  
do, nos intrinsecus peccando.*

**XI.** *Et quidem Christi Excessus amoris  
manifestatur adhuc quotidie, ta-  
met si nos peccemus, & cum offen-  
damus quotidie ingrati.*

**XII.** *Hanc dubie summe ingrati, sine  
que remembrance tanti & tam  
excessivi amoris commovemur ad*

*gemitus, ad lacrimas, ad bona  
proposita, ut nonnulli sancti.*

**XIII.** *Si Magnitudini doloris ejus  
conferamus magnitudinem Amoris,  
inveniemus magnum excessum a-  
moris, cui cum nihil possimus ex  
equo rependere, conemur saltem  
quantum possumus amantem re-  
damare.*

*Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro no-  
bis oblationem & hostiam Deo. Ad Ephes. 5.*

### I.

**V**ulgatum apud Philosophos axioma est : *Oppositorum eadem est disciplina, &c. Sicut se  
habet propositum in proposito, ita se habet opposi-  
tum in opposito.* Dolor & amor sibi opponun-  
tur, & Augustini effato : *Dolor est sicut amor,*  
*S. Ang. in Psal. 58.  
B. Alb.  
Mag super Missus est amore provenit, & ideò ubi summus, & improportionabilis amor,*  
*c. 116. ibi summus, & improportionabilis dolor est.* Mensura itaque  
amoris defumi debet ex mensura doloris, quem cum su-  
periore consideratione ostendimus in Christo fuisse quod-  
dammodo immensum & infinitum, restat ut etiam o-  
stendamus quamdam amoris immensitatem. Unde per  
oppositum modicâ vocum immutatione. *Attendite si est  
amor similis Amori Christi patientis.*

**I I.** Enarrans Evangelista Lucas mirabilem illam Fi-  
lij Dei transfigurationem in monte Thaboræo, meminit  
etiam illic apparentium & Christo colloquentium Moy-  
sis & Eliæ, qui visi in Majestate dicebant excessum ejus, quem

*S. Hieron. completurus erat in Jerusalem. S. Hieronymus legit : Loque-  
Lequitur de excessu ejus. Quis vero iste excessus fuerit, qui  
Dom. Resurrec. Ft. materiam colloquio in Majestate habitu præbuit, varijs  
det. in Pa. distrahiuntur cogitationibus Authores. Didacus Lequile  
rasc. notat,*

notat,, quod hæc vox *Excessus*, secundum plurimos do- *Heitneff.*  
 Etos non sonet mortem Christi, sive excessum è vita , sed <sup>Dom. 2.</sup>  
 alium quempiam excessum , quem singuli conantur in- <sup>Quadrag.</sup>  
 vestigare. *Loquebantur de excessu ejus.* Utar hic discursu <sup>Barry. Fa-</sup>  
 Pauli de Barry, qui Patres absque locorum annotatione <sup>vo. Iesu.</sup>  
 allegat, & variè hunc excessum explicare conatur. S.Cy-  
 rillus docet , hunc excessum , de quo loquebantur cum <sup>dev. 44.</sup>  
 Christo Moyses & Elias,fuisse excessum illum super efflu-  
 entem mensuram bonitatis Filij Dei , qua naturam hu-  
 manam dignatus est assumere. S. Augustinus putat fuis- <sup>S. Cyril.</sup>  
 se excessum pœnarum & tormentorum quæ sustinuit <sup>ap. Barry.</sup>  
 Christus pro mundi Redemptione. At verò S. Chrysosto- <sup>S. Augu-</sup>  
 mus ait ; fuisse excessum incomparabilis illius demissio- <sup>stin.</sup>  
 nis, & humilitatis per totum vitæ decursum. S. Bernar- <sup>S. Chrysost.</sup>  
 dus excessum illum intelligit excessivam paupertatem , <sup>S. Bernar.</sup>  
 qua prorsus nudus coram toto mundo crucifigi, pende- <sup>Ib.</sup>  
 re, & mori voluit. Addo opinionem SS. Ambrosij & Hi- <sup>S. Ambros.</sup>  
 larij, cui subscribo , quod locuti sint de Excessu amoris, <sup>in cap. 23.</sup>  
 quem mundo exhibuit in acerbissima passione & magis <sup>Luc.</sup>  
 demonstravit,quam in quacumque alia operatione. Igi- <sup>S. Hilary.</sup>  
 tur *loquebantur de excessu ejus amoris.* Huic cogitationi affi- <sup>Mattbe.</sup>  
 ne est, quod ajebat Innocentius III. *Hæc est charitas , que Innocent.*  
*tantum in Deum prævaluit, quod eum de sede Majestatis ad in-* <sup>III. Papa.</sup>  
*firmitatis nostræ humilitatem adduxit ; trulneravit impassibilem;* <sup>de Laud.</sup>  
*ligavit insuperabilem ; traxit incommutabilem ; æternum fecit* <sup>charit.</sup>  
*mortalem.* Sanè quidquid egit pro nobis Deus homo, to-  
 tum manifestat excessivam ejus erga nos dilectionem.

III. *Loquebantur de excessu ejus*, qui vel ex eo manife-  
 stus evadit, quod non defuerint Omnipotenti Deo multi-  
 plices ac varij modi , quibus humanum genus servituti  
 dæmonis mancipatum redimeretur : *Deus* (ut ait S.Tho- <sup>D.Thom.</sup>  
 mas ) per suam omnipotentem virtutem poterat multis alijs mo- <sup>3.p.q.1.a.</sup>  
 dis humanam naturam reparare ; pro ut etiam afferuit S. Au- <sup>2.</sup>  
 gustinus. Poterat ex liberalitate pœnam & culpam re- <sup>S. Auglib.</sup>  
 mitttere absque ulla satisfactione, ac cedere juri suo ; ut- <sup>13. de</sup>  
<sup>Trin.c.10.</sup>

pote solus ipse Iesus. Poterat acceptare modicam puri hominis satisfactionem ; & ea placari ; neque enim cogebatur ad exercendam rigorosam justitiam , ut notat Theodoretus. Quod igitur Filium suum unigenitum misericordia ut incarnaretur , ut fragilitates nostras affunferet , ut pateretur crudelissima tormenta , quid fuit aliud causa , quam Excessus amoris. *Hæc est charitas quæ tantum in Deum prævaluuit.* Et sic Deus dilexit mundum ut filium suum in genitum daret. Et non tantum daret , sed datum per acerbissima tormenta extingueret ; quod perpendens D.

*S. Augustin.* Augustinus ita philosophatur : *Quid huic misericordie (nempè Incarnationis Filij Dei) addi potuit ?* Et tamen addidit. *Parum fuit ei hominem fieri ; parum fuit reprobari , voluit et exhonoriari : parum fuit exhonoriari , voluit et occidi : sed et hoc parum est , morte Crucis.* Nempe quod Pater decernebat , Filius liberè , ac sponte acceptabat , ut esset manifesta mundo utriusque excessiva charitas. Nam sicut de Patre dicitur : *Sic Deus dilexit mundum ut Filium suum unigenitum daret : sic de filio dicebat Apostolus : Christus dilexit nos , et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam , non tradidit quocunque modo , sed modo quodam excessivæ dilectionis in victimam & holocaustum.* Qua dilectione major excogitari non potest. Vultis id ipsiusmet verbis approbem ? *Majorem bac dilectionem nemo habet , ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Quid huic misericordie addi potuit ?

IV. Premamus hæc paulò accuratius : ad reparandum genus humanum suffecisset unica operatio Christi Theandrica , ut potè valoris infiniti , ut docent D. Thomas & alij Doctores ac Theologi. Verba D. Thomæ appono.

*3. p. q. 46. Quoad sufficientiam una minima passio suffecisset ad redimendum a. s. ad 3.*

*S. Bonav. genus humanum ab omnibus peccatis.* Unde potuisset jacens in 3. d. 20. in præsepi satisfacere voluntariâ paupertate , nuditate , debilitate , frigoris tolerantiâ , &c. imo primo actu libero eodemque meritorio in utero matris primo instanti sua

Theodor.  
lib. 6. de  
provid.

Tanner.

To. 2. D. 1.

q. 2. d. 1.

Mag. sent.

in 3.

Joan. 3. v.

16.

S. Aug. 1.

Tract. 36.

in Joan.

Ad Ephes.

5.

Joan. 15.

v. 13.

D. Thom.

3. p. q. 46.

a. s. ad 3.

S. Bonav.

genus humanum ab omnibus peccatis.

in 3. d. 20.

q. 1. a. 1.

Vaq. D. 6.

c. 2.

suæ Conceptionis quem illi concedunt cum eodem D. *Lugo.*  
 Thoma Theologi. *Quid huic misericordiae addi potuit?* & *tamen addidit.* Voluit quippe non contentus nuditate, fri- *Disp. 6. s. 1.*  
 gore, paupertate, etiam circumcidere & profundere san- *Morand.*  
 guinem in infantia. *Quid huic misericordiae addi potuit?* & *tamen addidit.* Voluit (ut multa præterem) in horto *de Incarn.*  
<sup>q. 45.</sup> *D. Ibo. 3.*  
<sup>p. q. 34.</sup>  
<sup>art. 3.</sup>  
 Gethsemani copiosum sudare sanguinem, ut eset sudor  
 ejus sicut guttæ sanguinis recurrentis in terram. *Quid huic mi-*  
*sericordiae addi potuit?* & *tamen addidit.* Siquidem in flagel-  
 latione & coronatione longè copiosius eumdem sanguinem effudit liberalissima scaturitione; cuius tamen uni-  
 ca guttula suffecisset ad totius mundi Redemptionem, ut  
 docent passim Theologi. *Non corruptilibus auro & ar-*  
 gento (inquit Clemens VI.) sed sui ipsius agni immaculati *Clemens*  
*pretioso sanguine nos redemit Christus, quem in ara Crucis immo-*  
*latus non guttam sanguinis modicam (que tamen propter unionem*  
*ad verbum pro redemptione totius humani generis suffecisset) sed* *VI. in Ex-*  
*copiose velut quoddam profundum noscitur effusisse &c.* *Brevi-*  
*us eumdem sensum expressit D. Bernardus: Cum posset S. Bern.*  
*guttâ, redimit unda.* Quantus igitur hic amoris ardor, quo *serm. 22.*  
 non unam guttam, sed universum sanguinem sui corporis *in Cant.*  
 effudit, quin & vitam ipsam mille mundis pretiosiorem  
 pro unico mundo obtulit & immolavit. *Vita illius homi-*  
*nis Christi (ut loquitur S. Anselmus) preponderabat toti* *S. Anselm.*  
*mundo; imo mille mundis.* Hanc tamen pro uno tantum *lib. Cus.*  
 mundo dedit. *Quid huic misericordiae addi potuit?* nempe ut *Deus bo-*  
 differit S. Petrus Chrysologus: *Quod sufficiebat Redemptio-* *mo-*  
*ni, non satis erat amori;* Dolorum & acerbitatum avidus *S. Pet.*  
 amor fuit: *Sic Deus dilexit mundum.* *Chrysolog.*  
*hom. 122.*

V. Veritas ista usque adeò mentem D. Bonaventuræ  
 occupaverat, ut amanter cum Christo expostulans in il-  
 lam quæstionem eruperit: *Dic queso mi Domine: dic cum* *S. Bonav.*  
*unica sanguinis gutta potuisset sufficere ad totius mundi Redem-*  
*ptionem, cur tantum sanguinem de corpore tuo profundi permisisti?* *Opusc. de*  
*Et mox sibi ipsi responderet: Scio Domine & verè scio, quia* *de perscr.*  
*cap. 6.*

*non propter aliud fecisti, nisi ut ostenderes quanto affectu diligenter me. An non ex hoc amoris excessus manifeste colligitur? quem etiam Apostolus deprædicat inquiens: Qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, quæ dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, convivis facavit nos in Christo, &c. Ut ostenderet in seculis super-venientibus abundantes diutinas gratiæ sue in bonitate super nos. Quasi ex ore*

*Psalmistæ repeteret. Apud Dominum misericordia & copiosa apud eum Redemptio. Dicamus nos iterum cum Augustino Quid huic misericordiæ addi potuit? & tamen addidit.*

V I. Ipsummet audite è Cathedra Crucis perorantem:

*Matth. 27. v. 46. Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me. Non sum nescius hæc verba ita exponi à S. Ambroſio ut vide-*

*antur prolata à sola Christi humanitate, quæ separari*

*S. Ambroſ. debebat per mortem à divinitate. Cum divinitas ( inquit in Luc. )*

*mortis libera sit, utique mors esse non poterat nisi vita discederet, quæ divinitas est. Scio etiam quid hoc in textu ex-*

*ponendo dicat S. Cyprianus, Christum videlicet conque-ri, quod ludibrijs & contumelijs Judæorum expositus à*

*S. Cypria. Deo sit, & quasi derelictus Consideravi opera tua & expavisi: clavis sacros pedes terebrantibus, fossisque manibus: de vulne-*

*Cæna. Do- rum anxietate non loqueris, de spinis sacrum caput pungentibus*

*non quereris, sed satagis ut innotescat posteris, quare derelictus à*

*Deo Videaris expositus contumelijs & Judæorum ludibrijs. Et alibi idem sanctus: Derelictorum personam gerens in Cruce*

*Se queritur derelictum, & nè desperent etiam in Ultimis constituti, festinans in adjutorium illico adest, & re in arcto posita non differt*

*beneficium; sed repente indulgentiæ celeris documentum eisdem sta-tuit & exemplum, latroni inquiens hodie tecum eris in Paradiso.*

*Aliter S. Bernardus de allegatis verbis discurrit, apud*

*S. Bernar-dus Traa-de Pafſio. quem ista lego: Quid est autem hoc, quod ait: ut quid me de-reliquisti? Numquid Pater unicum suum Filium poterat derelin-querere? Absit: Sed pro toto corpore suo; id est pro se & pro tota*

*Ecclesiæ loquitur ista, &c. Potest & ita accipi: quod Dominus prævidens aliquos, imò plurimos in corpore suo, qui ab unitate Ec-clesie*

clesiae sue per Hæreses, sive per alia criminalia peccata erant recessuri, illorum personam in se transfigurando, clamabat. Ut quid dereliquisti? ac si diceret: Quare aliquis eorum abiit retrorsum, ut pereat ab unitate corporis mei, qui tanto cruciatu mibi sunt uniti? Hæc Bernardus: à quibus non abludit S. Hilarius,<sup>S. Hilar.</sup> qui ait Christum hæc in Cruce locutum, quod doleret non in Ioann. omnium se peccata portare. Idest non omnibus profuturam suam passionem, ut re ipsa redimerentur, & fructum eius participarent. Unde recentior Author illa verba sic circumscrivit: *Querebatur quod fructus Crucis sue non vi-deret maturuisse.* Eccl. nimis quasi æterno Patri dixerit: ego quidem morior,<sup>1. Conc.</sup> sed ubi sunt populi, quos mibi promisisti?<sup>33. §. 463.</sup> quatuor sunt clavi quibus configor, sed ex quatuor mundi partibus nullam aspicio pœnitentem. Si una dumtaxat gutta sanguinis mei præpollet ad plures mundos redimendos, quomodo ad cruoris tantum diluvium, nè una quidem universi Orbis Provincia facit deditiōnem.

VII. Nec illum hoc loco sensum præterierim, quem Arnoldus Carnotensis expressit, inquiens: *Quod autem dicitum se Filius commemorat, mercedem obedientie postulare detur, nec diu beneficium differri tolerat.* Et sanè Psalmus ille, cui titulus est: *In finem. Pro susceptione matutina: ex persona Dom. Christi* sic incipit: *Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Accelerari desiderat mortem, ut acceleretur merces eius & præmium, ut mundus redimatur. Sed nescio quid intensioris erga homines amoris spirat illa cogitatio, quam ex SS. Ambroſio, & Hilario elicit plenus affectus spiritus Magister Paulus de Barrij: *Deus meus, Deus meus ut quid me dereliquisti.* Ait ille; tandemdem est, ac si diceret: *Deus mihi, Pater mihi, animadverto vires meas deficere, sanguinem usque ad ultimam planē guttam effusum video, ut animæ in corpore dilacerato morari diutius non liceat: desiderium verò meum semper fuit plura & graviora tolerandi pro homine: & tu jam vis imponere finem tormentis meis, quare me dereliquisti?* Pater mihi,

*SS. Ambroſio. & Barry. in Anno ſando.*

mi, ego mihi parum adhuc perpetius videor : & tu vis ut jam Passio terminetur : *quare me dereliquisti?* Tu mihi non sine miraculo vitam prorogasti in horto Gethsemani, ubi ex sudoris sanguinei profluvio in mortis agoniam incideram : Tu in Prætorio Pilati, ubi ex crudelissima flagellatione mihi fuerat moriendum, conservasti vitam ut plura paterer, & jam *quare me dereliquisti?* Recogita Pater mi, quod sim Filius tuus dilectus, quod haec tenus petenti nihil negaveris ; fac ut potiar desiderio meo, & plura patiar : *Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti?* Scio quod multis servorum tuorum concederis, decem, viginti, triginta, & plurium annorum gravissimas ægritudines corporis, & ingentes animi afflictiones : mihi vero Filio tuo denegas amplius pati pro homine, quem adeo ardenter amo, ut paratus sim non solum decem, viginti, triginta annis pro illius salute hos dolores, haec tormenta tolerare, sed decem, viginti, triginta millibus annorum. Igitur *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* O mensuram immensam charitatis ! O excessum amoris ! *Loquebantur de excessu eius.*

### VIII. Huic considerationi paralella est illa, quam

- S. Tho. 3. Doctor Angelicus affert de tristitia Christi in monte Olivarum, ubi sic ait : Cœpit contristari & mestus esse, quia quantumcumque pro hominibus paterefatur ; numquam sibi consummare, sed tantum exordiri ; nec patiendo desiderium complere, sed ad plura patienda irritari quodammodo videbatur.* Eodem ingenio inexplicabile in Christo patiendi desiderium effigavit *S. Laurentius Justinianus* cum verbum illud à Servatore in Cruce prolatum sitio expenderet : *Ut quid sitis ?* inquit : *an vitæ fons sitire valet ?* potest, quoniam vult ; *sitit utiq. & inebriatus amaritudine adhuc duriora sustinere desiderat.* Proximus erat morti, omnibus exhaustus corporis viribus, omnibus membris debilitatus, tormentis innumeros excarnificatus, & adhuc sitiebat plura tormenta. Eodem collimat discursus *S. Bernardi*, in eiusdem verbi sitio peri-
- p. g. a. 6.  
ad 4.*
- S. Laur.  
Justin. de  
triumpb.  
agon. c.  
29.*
- S. Bern.*

periphrasi: *Licet haec ad impletionem scripture in veritate pa-* Tract. de  
trata sint; tamen hoc verbum sitio, aliquid aliud significare vide-  
tur. Puto enim quod hoc liquido immensitatem nobis ardentissime  
*charitatis voluit commendare, quia ab homine sitiente multo ar-*  
*dentius desideratur potus, quam cibus ab esuriente. In se ergo o-*  
*stendens Dominus IESUS desiderium illius rei, que ardentissime*  
*concupiscitur, per illam figurari ardorem suæ charitatis ostendit.*  
*Quid plura in hanc thesim congero? Venerabilis Bedæ*  
*loculentissima est ad meum propositum allegatorum su-*  
*pra verborum explanatio, qui ait: Christus ex vi tormentorum suam mortem accelerari videns, & volens diutius ferre pro nobis tormenta, banc amore refertam querimoniam proposuit Patri: Pater cur tam citò memori disposuisti? cur non moras protabis, ut magis magisque pro hominis amore patiar? O quam verum est quod multoties in Psalmis suis decantat Regius Vates: Misericordia Domini plena est terra. Apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum Redemptio. Ut merito hic liceat exclamare cum Ruperto Abate: O copiosa Redemptio! o divini amoris copiosa largitio! O Dei nostri viscerum benigna dignatio! Eritne amplius aliquid quod immensus hic amor excogitet? Quid huic misericordiae addi potuit? & tamen addidit.*

I X. Admirandum est prorsus amoris divini ingenium, quo nobis excessivam suam charitatem voluit manifestare. Putares amoris ardorem exspirare cum vita; non exspiravit in Christo moriente. Vide quid excogitaverit. Nihil amplius in corpore suo integrum habuit moriens, quam cor, quam modicum spatium in latere, quo adhuc unum vulnus exciperet: Et ecce: *Unus militum lanceâ latus ejus aperuit. Causam apertoris hujusmodi assignat Bernardus: Quia zelo amoris tui vulnerasti me, lanceâ quoque militis vulneratus sum.* Nondum fuit satias-  
S.Bern. in  
Cant.  
*tus amor vulneribus & doloribus, licet ex dolorum & vulnerum acerbitate spiritum reddiderit; etiam post mortem vulnerari voluit: quia zelo amoris nostri fuit vulne-*

*Ephes. 2.* *vulneratus.* Hoc egit propter nimiam charitatem suam , vere  
*S. Bern.* nimiam ( ut alibi differit Bernardus ) verè nimiam , quia &  
*serm. de* mensuram excedit , modum superat , planè supereminet universis.  
*passo.* Quibus appositi in rem nostram subscriptis S. Thomas de  
*f. Tbo. Vil-* Villanova illis verbis : *Dilexisti me Domine supra modum ;*  
*Ianov.* *dilexisti me sine modo : & qui omnia in numero, pondere, & men-*  
*Conc. 1.* *sura fecisti, in diligendo me modum, pondus, atque mensuram exces-*  
*Advent.* *sisti, unde Paulus Apostolus ; propter nimiam charitatem qua di-*  
*lexit nos : verè nimiam, verè excessivam ; Adhuc repetamus*  
*quid huic misericordiae addi potuit ? & tamen addidit.*

X. Addidit inquam sed ad nostrum additamentum.

Nos prius addidimus pessimi Arithmeticci per additionem. Id quod apud Prophetam conqueritur : *Supra dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Quorum verborum energiam advertens S. Gregorius ajebat : *De ipsis in passione queritur, quorum vita in passione querebatur.* Ah quantos dolorum & anxietatum aculeos infixit in corde misericordissimi JESU illa cogitatio , quod multa millia animalium peritura essent , quibus pretiosissimi sanguinis effusio nullam esset ipsorum culpâ utilitatem allatura. *Supra dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Quid addiderunt mi JESU ? videor mihi iterum audire querula voce ingemiscentem : *Repleta est malis anima mea.* Quasi diceret : Non erat satis hominibus, quod meum corpus cruciaverint, & conciderint, quod flagellis, virgis, spinis, totum undique cruentaverint, adhuc *supra dolorem vulnerum addiderunt* ; etiam ipsam animam voluerunt gravissimis

*Psalm. 68.* tormentis sauciare. *Repleta est malis anima mea.* Ad quæ *S. Hiero-*  
*nym. in* *Psalm.* S. Hieronymus adjungit : *Malis, id est peccatis populi pere-*  
*unitis !* qui scilicet petulanter salutem suam negligens in æternum præcipitatur interitum. *Supra dolorem vulnerum addiderunt.* Ingens dolor fuit quod sacræ manus ejus cruci fuerint acclavatae, sed major quod impij non essent cessatur manus suas Idolorum altaribus imponere , & Deos alienos adorare. Ingens dolor fuit , quod sacrum *ipsius*

ipsius caput corona spinea fuerit perforatum, sed major quod videret futura multa capita coronata, quæ persequerentur crudelissimo odio Christianum Ovile. Ingens dolor fuit quod totum corpus esset flagris concisum & laceratum, sed major quod sciret successu temporum Ecclesiam suam novis hæresum erroribus discerpendam. *Supra dolorem vulnerum addiderunt.* Quid adhuc mi JESU? etiam hoc quod videret apud multos Christianorum non habituras locum internas inspirationes, bona proximorum exempla, Concionatorum & Confessariorum admonitiones, imò in particulari dolor ei additus est, quod tu Petre, tu Paule, tu Catharina, tu Magdalena hodie in hoc templo, huic adhortationi essetis interfuturi sine ulla compassione, sine ullo emendationis proposito, sine ulla cordis compunctione, sine ulla seria voluntate emendi vitam imposterum. Ah! dolores corporis fuerunt immensi & infiniti, sed excessivè graviores dolores cordis & animi! *Iudei fecerunt cum dolore extrinsecus crucifigendo: sed nos intrinsecus peccando.* Inquit Hugo Cardinalis. Et Hugo: apud S. Bernardum ipse Salvator lamentatur: *Magis me Card. in aggravant vulnera peccati tui, quam vulnera corporis mei.* Et Gen. S. Bern. unde hoc nisi ex ardentiissimo, & omnem mensuram ex- serm. 2. fer: cedente amore. Pafch.

XI. *Quid huic misericordiae addi potuit?* Et tamen addidit. Nondum extinctum est illud primum amoris incendium, adhuc patitur quotidiè, adhuc vulnera suscipit, dum nos peccata peccatis addimus. B. Coletæ cum aliquando pro peccatoribus oraret, apparuit Deipara Virgo, & in lance ostendit infantulum quasi in frusta concisum, inquiens: *Quomodo vis ut pro illis intercedam, qui peccatis suis filium meum, quantum quidem ipsi possunt, ita ut vides in vita.* Sur. To. 7. in frusta discerpunt? S. Brigitæ apparet Christus toto Sur. 23. corpore vulneratus & ad eam *Intuere, inquit, vulnera mea;* Jul. Ribæ. Quæ pavore ingenti perculsa exclamavit: *Heu mi Domine unde tibi hæc vulnera?* subjecit Christus: *Ita etiamnum den. ib.*

Hebr. 6.

*me vulnerant charitatis meæ contemptores. illi nempè de quibus Paulus dicebat : Kursum crucifigentes sibimet ipsis Dei Filium & ostentui habentes, qui dum peccata peccatis addunt, Christi quoque vulnera adiiciunt. O peccatores ! O ingrati mortales ! aspicite in authorem fidei, videte Crucifixum, vulneratum, lividum, sanguinolentum, cui non est species neque decor ; audite eum è Cathedra Crucis ad nos perorantem verbis melliflui Bernardi : O homo vide quæ pro te patior, non est dolor sicut quo crucior : ad te clamo qui pro te morior : vide paenæ quibus afficior ; vide clavos quibus confodior : & cum sit tantus dolor exterior, intus tamen planctus est gravior, cum te tam ingratum exponerio.*

XII. Ah Marpesijs rupibus duriora corda nostra, quæ non erumpunt in gemitus, non exundant per oculos in lachrymarum imbræ, non eliciunt vel unam scintillam reciproci amoris, cum tantum certiunt Excessum doloris, Excessum amoris, O duri & indurati, & obdurati Filiij Adam (utor iterum phrasij Bernardi) quos non emollit tanta flamma, tanta benignitas, tam ingens ardor amoris, tam vehemens amator, qui pro vilibus sarcinulis tam pretiosas merces expendit. Date mihi

D. Bern.  
serm. 15.  
in Cant.

Marcus  
Vlyssps.  
P. 2. Cbro.  
Min. lib.  
8. c. 41.  
Gonzaga.  
P. 3 de  
Origin.  
Seraph.  
Daza lib.  
3. c. 77.  
Martyrol  
Franc.  
Joan. Rho.  
uar. virt.  
bill.

Auditores è vestro numero unum aliquem Michaëlem Magottum, qui cilicio asperam ad nudam carnem induitus qualibet nocte Crucem humeris portet, eaque oneratus Ecclesiæ ædicularis visitans in memoriā Passionis Dominicæ flagellis se se castigat. Date mihi unum aliquem Franciscum à Gatta, qui quotidie, per duarum horarum spatiū Passionem Domini secundum Joannem recitando flagris in se ipsum desæviat. Date mihi unam aliquam Agnetem à S. Antonio, quæ sola vulnerum Christi recordatione sic ad fletum planctumque excitetur, ut ex lachrymarum copia genæ & maxillæ ejus corrugentur. Date mihi unam aliquam Eleonoram à S. Spiritu,

ritu, quæ persuasum habeat imbre illum sanguinis quo Christus totam hanc nostram mortalitatem implevit guttis omnino quadragies mille, & octingentis stetisse, nec ante desistat, quam totidem egregias de animo suo, deque corpusculo, & has non incridentas victorias rependat. Et dabo ego vobis qui pretium ponat excessivo Amori, quo Dei Filius in peccatores exarsit, qui cum S. Francisco Salesio canat.

*Aut Amor aut furor est, qui te bone Christe peremit:*

*Est Amor, & furor est, hic meus, ille tuus.*

Sed O quam rara corda talis occupat gratitudo!

XIII. Appendite nunc libellæ dolorem & Amorem crucifixi Salvatoris. De Cruce canit Ecclesia: *statera facta corporis: componite amorem dolori, & observabitis quod tametsi dolor fuerit immensus, incomparabilis, ineffabilis, excessivus; nihilominus Amor crucifixi Domini JESU sit immensior, incomparabilior, ineffabilior, excessivior (ut ita loquar) & nulla humana gratitudine compensabilis, quid ergo agemus? ingratos nos mori oportet. Sed magis ingrati erimus, si non agemus quod possimus. Nihil est (inquit S. Ambrosius) quod Deo dignè referre possimus. Quid enim referremus pro sumptu carnis injuria? Quid pro vulneribus? Quid pro Cruce? obitu? sepultura? Væ mibi si non dilexero! reddamus ergo amorem pro debito, caritatem pro munere, gratiam pro sanguinis pretio. Utinam hoc si non facimus, facere conaremur, & diceremus exsinceri cordis affectu cum Augustino: *S. August.* *Domine amem te, plusquam me, quia tu dilexisti me plus* in soliloq. *quam te: quia mori voluisti pro me; diceremus cum B. Mag.* c. 13. *dalena de Pazzis: O amor! O amor! O amor! nunquam* Barry in *nunquam cessabo te vocare amorem, spem nostram &* Fav. *omnia. O Domine da mibi tam fortem vocem, ut cum* JESU.*

S. Francis  
Sales. ap.  
Sandæ. in  
Chri. cru-  
cifijo.

Hymn. Ec-  
cles.

S. Ambrof.  
in Luc.

S. Auguſt.

in soliloq.

c. 13.

Barry in

Fav.

JESU.

te amorem voco vox mea ab ortu ad occidentem , &  
in omnibus finibus Orbis usque ad inferos audiatur , ut  
omnes te ceu verum amorem agnoscant , ament , & gratias  
tibi agant. Hæc loquebamur de  
Excessu ejus.

## F I N I S



I. IN-

# I. INDEX CONSIDERATIONUM.

## Consideratio I. pag. 1.

**A**braham Obediens. Christus egrediens in hortum. Thema. *Egressus est itaque Abraham, sicut praecepit ei Dominus.* Genes. 12.

## Consideratio II. pag. 17.

Abraham Adorans. Christus orans in horto. Thema. *Cecidit Abram pronus in faciem.* Genes. 17.

## Consideratio III. pag. 34.

Isaac Pius : Christus Patrem compellans. Thema. *Dixit Isaac Patri suo : Pater mihi.* Genes. 22.

## Consideratio IV. pag. 48.

Isaac Magnanimus : Christus acceptans à Patre calicem passionis. Thema. *Ecce ignis & ligna ; ubi est vidima bolo causti.* Gen. 22.

## Consideratio V. pag. 70.

Jacob Confortatus : Christus ab Angelo confortatus. Thema. *Mansit solus, & ecce vir ludabatur cum eo.* Genes. 32.

## Consideratio VI. pag. 82.

Jacob Luctator : Christus in agonia. Thema. *Dimitte me jam enim ascendat aurora.* Genes. 32.

## Consideratio VII. pag. 93.

Moyses Pastor fidelis : Christus pro discipulo traditore sollicitus. Thema: *Moyses autem paicebat oves.* Exodi 3.

## Consideratio VIII. pag. 104.

Moyses Mitissimus : Christus ut agnus Iupiter obviam procedens. Thema. *Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra.* Num. 12.

## Consideratio IX. pag. 123.

Deus fortis & potens : Christus triplici miraculo se Deum manifestans. Thema: *Sic dices filiis Iudaë, qui es misit me ad vos.* Exodi. 3.

## Consideratio X. pag. 135.

Deus patiens redditor : Christus indulgens peccatoribus & se capi permittens. Thema: *Ego sum Alpha & Omega: principium & finis, dicit Dominus Deus: qui est, & qui erat, & qui venturus est omnipotens.* Apoc. 1.

## Consideratio I. in Parafœve, pag. 147.

Excessus Doloris Christi in Passione. Thema: *O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor, sicut dolor meus.* Thren. 1.

## Consideratio II. in Parafœve.

Excessus Amoris Christi in Passione. Thema: *Christus dilexit nos, & tradidit semet-ipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo.* ad Ephes. 5.

## II. Index Locorum

# II. INDEX LOCORUM SACRÆ Scripturæ.

### GENESIS.

4. Posuitque Dominus Cain signum, ut non interficeret eum omnis qui invenisset eum. pag. 118  
12. Egressere de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam monstrabo tibi. p. 5  
ib. Egressus est itaque Abraham, &c. p. 5  
17. Cecidit Abram pronus in faciem. p. 18. & 131  
22. Dixit Isaac Patri suo: Pater mi, &c. p. 34. & seq.  
ib. Deus providebit. p. 36. 39  
27. Ecce odor filii mei, sicut odor agri pientil. p. 72  
28. Tulitque de lapidibus qui jacebant, & supponens capiti suo dormivit. p. 72  
32. Erue me de manu fratris mei Esau, ne forte veniens percutiat matrem. p. 73  
ib. Mansit solus, & ecce vir luctabatur cum eo. p. 73  
ib. Non dimittam te nisi benedixeris mihi. p. 80. 84  
ib. Dimitte me, jam enim ascendit aurora. p. 84

### Exodus.

3. Ego sum qui sum. Qui Est misit me ad vos. p. 126  
32. Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo quem scripsisti. p. 107

### Numeri.

12. Moyses vir intissimus super omnes homines. p. 105. & seq.  
28. Corrueruntque proni in terram, clamaveruntque ad Dominum. p. 28

### Deuteronomium.

25. Pro mensura peccati erit & plagarum modus. p. 159

### I. Regum.

4. Cecidit de sella retrosum. p. 133  
17. Elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente. p. 4  
ib. Tu venis ad me cum gladio & hasta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum. p. 4  
24. Pater mi vide & cognosce oram clamidis tuae in manu mea. p. 44  
ib. Nunquid vox haec tua est filii David? p. 44

### II. Regum.

18. Vocavitque titulum nomine suo, & appellatur Manus Absalom usque ad hanc diem. p. 114

### IV. Regum.

6. Percussitque eos Dominus ne viderentur. p. 127  
ib. Aperuitque Dominus oculos eorum & viderunt se esse in medio Samariæ. p. 128

### I. Esdræ.

9. Dens meus confundor & erubesco levare faciem meam. p. 31

### Tobias.

13. Non est qui effugiat manum tuam. p. 133

### Judith.

13. Angustiatus præ pavore cecidit in faciem suam super terram. p. 21

### Job.

30. Dissipaverunt itinera mea quasi rupto muro. p. 144  
36. Simulatores & callidi provocant iram Dei. p. 126  
37. Tonabis voce magnitudinis suâ, & non investigabitur. p. 131

### Psalmi.

# Sacrae Scripture.

## Psalmi.

2. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam , & possessionem tuam terminos terræ. p. 18  
 4. A fructu frumenti , vini & olei multiplicati sunt. p. 72  
 5. Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus. p. 115  
 11. Defecit sanctus , diminutæ sunt veritas à filiis hominum , &c. Jibia dolosa in corde & corde locuti sunt. p. 115  
 17. Circumdederunt me dolores mortis : dolores inferni circumdederunt me. p. 156  
 21. Ego autem sum vermis , & non homo , opprobrium hominum , & abiectio plebis. p. 28.  
 28. Vox Domini in virtute , vox Domini in magnificencia. p. 128  
 32. Misericordia tua plena est terra. p. 20  
 37. Iniquitates supergressæ sunt caput meum , & sicut onus grave gravata sunt. p. 31  
 ib. Quoniam ego in flagella paratus sum. p. 28  
 38. Advena ego sum apud te & peregrinus.  
 43. Quare faciem tuam avertis , oblivisceris inopie nostræ. p. 24  
 49. Meus est enim orbis terræ & plenitudo eius. p. 19.  
 55. Posuisti lacrymas meas in conspicuuo tuo p. 150  
 61. Ecce in pace amaritudo mea amarissima p. 94. 95  
 68. Sustinui qui simul contristaretur , & non fuit. p. 12  
 ib. Super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum. p. 142. 170  
 69. Avertantur retrorsum & erubescant qui volunt mihi mala. p. 133  
 72. Ad nihilum redactus sum & nescivi. p. 132  
 74. Calix in manu Domini plenus mixto. p. 56. 86  
 76. Aut continebit in ira misericordias suas ? p. 143  
 ib. Renuit consolari anima mea. p. 12  
 77. Non sunt recordati manus eius die qua

- redemit eos. p. 138  
 83. Protector noster aspice Deus , & respi ce in faciem Christi tui. p. 19  
 84. Benedixisti Domine terram tuam : a vertisti captivitatem Jacob. p. 21  
 87. In Laboribus à juventute mea. p. 83  
 ib. Repleta est malis anima mea. p. 170  
 88. Domine Deus virtutum quis similis tibi. p. 154  
 90. Scuto circumdabit te veritas eius , non timebis à timore nocturno. p. 25  
 96. Dominus regnavit , exultet terra. p. 21  
 103. Emette spiritum tuum & creabuntur , & renovabis faciem terræ. p. 23  
 109. De torrente in via bibet , propterea exaltabit caput. p. 6  
 114. Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum. p. 72  
 ib. Misericors Dominus & justus , & Deus noster miscretur. p. 142  
 115. Calicem salutaris accipiam. p. 58. 78  
 128. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores. p. 29  
 129. Copiosa apud eum redemptio. p. 166. 169  
 135. In æternum misericordia eius. p. 22  
 141. Quia persecutus est inimicus animam meam. p. 19

## Proverbia.

9. Sapientia ædificavit sibi domum , &c. immolavit victimas suas. p. 152  
 12. Desiderium impii munimentum est perfidiorum. p. 140  
 ib. Non contristabit justum quidquid ac cederit. p. 13  
 17. Qui reddit malum pro bono , non recedet malum de domo eius p. 112  
 18. Impius cum in profundum venerit con temnit. p. 130  
 21. Qui congregat thesauros impingetur ad laqueos mortis. p. 99

## Ecclesiastes.

7. Cor sapientum ubi tristitia est , & cor stultorum ubi lætitia. p. 12  
 8. Absque timore ullo filii hominum per petrant mala. p. 140

# *Index Locorum*

## *Cantica.*

14. Surge Aquilo &c veni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata. p. 90  
 ib. Sicut fragmen mali punici genæ tue. p. 152  
 5. Veniat dilectus meus in hortum iuum. p. 7. 8.  
 7. Venter tuus sicut acervus tritici. p. 22  
 8. Quis mihi det te fratrem meum fugientem ubera matris meæ. p. 7

## *Sapientia.*

2. Ubique relinquamus signa lætitiae. p. 12  
 16. Nix & glacies sustinebant vim ignis. Et quod mirabile erat in aqua, qua omnia extinguit, plus ignis valebat. p. 90  
 19. Percusi sunt autem cœcitate, sicut illi in foribus iusti. p. 127

## *Ecclesiasticus.*

2. Væ duplici corde, & peccatori ingredienti duabus viis. p. 115. 121  
 3. Quanto magnus es humilia te in omnibus. p. 19  
 40. Jugum grave super filios Adam, a die exitus de ventre. p. 29  
 45. Dilectus Deo & hominibus Moyses, cuius memoria in benedictione est. p. 105

## *Isaias.*

1. Lavamini, mundi estote, auferite malum cogitationum. p. 92  
 ib. Væ genti peccatrici, &c. abalienati sunt retrorsum. p. 133  
 3. Ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas. p. 130  
 5. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem. p. 103  
 6. Sex alæ uni & sex alæ alteri: duabus ve-labant faciem eius. p. 26  
 7. Quia molesti estis & Deo meo. p. 92  
 29. Populus hic labiis me honorat. p. 121  
 40. Qui appendit tribus digitis molem terræ. p. 75  
 ib. Suscepit de manu Domini duplicita pro omnibus peccatis suis. p. 142  
 ib. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum. p. 134

42. Non erit tristis, neque turbulentus. p. 13  
 44. Convertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens. p. 133  
 45. Manus meæ extenderunt coelos. p. 138  
 50. Ego autem non contradico, retrorsum non abiui. p. 133  
 51. Attendite ad petram unde excisi estis. p. 34  
 ib. Posuisti ut terram corpus tuum, & quasi viam transeunibus. p. 46  
 ib. Consurge, induere fortitudinem brachium Domini. p. 74  
 53. Posuit in eo Dominus iniquitatem omnium nostrum. p. 32  
 ib. Languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit. p. 138  
 66. Cœlum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum. p. 23

## *Jeremias.*

7. Factique sunt retrorsum, & non in ante. p. 133  
 9. In ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei infidias. p. 113  
 15. Si stererint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. p. 107  
 31. Patres nostri comedebunt uvam acerbam, & dentes filiorum obstupefunt. p. 64  
 32. Magnus consilio & incomprehensibilis cogitatum. p. 130

## *Tbreni.*

3. Dabis ei scutam cordis laborem tuum. p. 25  
 4. Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris. p. 144

## *Ezechiel.*

9. Ruique super faciem meam. p. 132

## *Oseas.*

12. In fortitudine sua directus est cum Angelo, & invaluit ad Angelum, & confortatus est. p. 74

## *Zacharia.*

# Sacrae Scripture

## Zacharias.

2. Offendit mihi Dominus sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini.  
Et Iesus erat induitus vestibus folidis. p. 83  
14. Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? p. 89

## Mattæus.

7. Qui audit verba mea & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificavit dominum suum supra petram. p. 26  
11. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis. Tollite jugum meum. p. 29. 116.  
23. Vnde duplice corde. Vnde vobis Scribe & Pharisei hypocritæ. p. 120  
26. In villam quæ dicitur Gethsemani. p. 6  
ib. Et assumpto Petro &c. cœpit contristari. p. 9  
ib. Transeat à me calix iste. p. 50. & seqq.  
ib. Sic non potuisti una hora vigilare mecum. p. 78  
ib. Adhuc eo loquente ecce Judas. p. 95. & seqq.  
ib. Et osculatus est eum. p. 96. 108  
ib. Dixit Ave Rabbi. p. 108  
ib. Amice ad quid venisti. p. 115. & seqq.  
27. Deus Deus meus ut quid dereliquisti me. p. 166. & seq.  
28. Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. p. 23

## Marcus.

10. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum. p. 8

## Lucas.

9. Dicebant excessum ejus. p. 162  
11. Domine doce nos orare: sic ergo vos orabitis: Pater noster &c. p. 27  
ib. Quis ex vobis Patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi. p. 40  
12. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor. p. 64  
18. Deus propitius esto mihi peccatori. p. 29  
21. Ego dispono vobis, sicut dispositus mihi Pater meus regnum. p. 41

- ib. Et factus est sudor ejus sicut gütte sanguinis decurrentis in terram. p. 91

## Ioannes.

1. Et confessus est quia non sum ego. p. 132  
2. Solvite templum hoc, & in tribus diebus ædificabo illud. p. 25  
3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. p. 164  
10. Ego sum Pastor bonus. p. 94  
12. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, &c. p. 22  
ib. Si exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipsum. p. 157  
14. Qui sequitur me non ambulat in tenebris. p. 103  
18. Egressus est trans torrentem Cedron, ubi erat hortus. p. 5  
ib. Venit illuc cum laternis & facibus, &c. p. 108  
ib. Abierunt retrosum, & ceciderunt. p. 130  
ib. Si ergo me queritis, finite hos abire. p. 138  
ib. Et ligaverunt eum. p. 88  
19. Unus militum lanceâ latus ejus aperuit. p. 89. 169

## Acta.

5. Ibant gaudentes à conspectu concilii. p. 63. 156

## Ep. ad Romanos.

8. Accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba Pater, &c. p. 42

## I. Corinth.

3. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est. p. 26

11. Inter vos multi infirmi & imbecilles. p. 97

12. Siquid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. p. 25

## II. Corinth.

5. Qui nos reconciliavit sibi per Christum p. 20

- ib. Eum qui non noverat peccatum pro nobis peccatum fecit. p. 15. 38

# Index Rerum

ib. Quoniam quidem Deus erat in Christo,  
mundum reconcilians sibi. p. 20

6. Quasi tristes, semper autem gaudentes. p. 14

11. Tametsi nihil sum, signa tamen Aposto-  
latus mei facta sunt. p. 132

12. Virtus in infirmitate perficitur. Cum  
infirmitas tunc potens sum. p. 83

## *ad Ephesios.*

2. Ipse enim est pax nostra, qui fecit ultra-  
que unum. p. 23

ib. Superaedificati super fundatum A-  
postolorum. p. 26

ib. Coedificamini in habitaculum Dei. p.  
26

ib. Propter nimiam charitatem qua dilexit  
nos. p. 166

## *ad Colossem.*

3. Quæ sursum sunt querite, non quæ su-  
per terram. p. 27

4. Orationi instate vigilantes in ea. p. 79

## *I. ad Timoth.*

6. Radix omnium malorum cupiditas. p.  
98. 103

ib. Qui volunt divites fieri incidunt in ten-  
tationem & laqueos Diaboli. p. 99

## *ad Hebreos.*

5. Qui in diebus carnis suæ, preces supplica-  
tionesque &c. Cum clamore valido &  
lacrymis offensus &c. p. 63

6. Rursum crucifigentes sibi metis Dei fi-  
lium. p. 172

11. Circumierunt in melotis, in pellibus ca-  
prinis, egentes, angustiati &c. p. 12

12. Recogitate cum qui tales sustinuit à  
peccatoribus adversus semetipsum con-  
tradictionem. p. 90

13. Eduxit de mortuis pastorem magnum  
ovium. p. 95

## *I. Petri.*

2. Qui cum malediceretur non maledicebat,  
cum pateretur non comminabatur. p. 29

ib. Lapidem vivum, summum, lapidem an-  
gularem. p. 71

## *Apocalypsis.*

3. Leo rugiet quis non pavebit? p. 128

4. Qui erat, & qui est, & qui venturus est.  
p. 134. 136. 146

21. Fundamenta muri civitatis omni lapide  
precioso ornata. p. 70

## III. INDEX RERUM ET VERBO- RUM MEMORABILIUM.

### A.

**A**belis & Caini sacrificium dispara. p. 7

Abraham figura Christi. p. 5. 18

quomodo adoraverit. p. 18

ejus etymon. p. 5. 18

ejus obedientia. ibid,

ad sacrificium preparatio. p. 35

Adversa sunt via ad prospera. p. 6. 42

Aedificia sumptuosa p. 3

supra petram & supra arenam à qui-

bus erigantur. p. 26

Agonia Christi inter sensualitatem & ratio-

nem. p. 89

inter amorem & dolorem p. 87

eius typus contrariarum qualia-  
tatum certamen. p. 89

Amor nullum habet modum.  
est mensura doloris & viceversa. p.  
149

ignit lacrymas. p. 152

amore rependitur. p. 173

Amoris divini & humani ordo. p. 73

Animæ salus in quo consistat. p. 41

Apostolorum elogia. p. 96

Argenti pretium quo Christus venditus p.  
100

Ava-

## Et Verborum memorabilium.

**A**varitia omnium malorum origo. p. 98  
 ejus effectus & damna ingentia p. 99  
 efficit naturam proditionem. p. 99  
**A**uri seraces fluvij p. 3

### B.

**B**eatitudo in quo consistat. p. 53  
 quomodo potuerit consistere in Christo cum summa tristitia. p. 54

### C.

**C**ain Abeli oppositus p. 7  
 quale signum habuerit ne occideretur p. 118  
**C**adere antrosum & retrorsum quid sit. p. 131  
**C**alix benedictionis quis sit. p. 62  
**C**alix passionis quem omnes SS. biberunt. p. 8  
 substitutus est calici Paradisiaco. p. 64  
 transire debet ad omnes Sanctos. p. 62  
 ad eum primi invitati, qui se bibituros audacter spoderant. p. 9  
 per eum obtinetur calix gaudii p. 42.  
 per eum intelligitur passio & quare. p. 58. 66  
 ejus virtute omnes salvi fiunt.. p. 61  
 ejus potio alia amara, alia dulcis. p. 86. & seqq.  
 ejus foeces bibent peccatores. p. 58

**C**hristus lapis qui Goliathum percussit. p. 4  
 egredius est trans torrentem idest mortem. p. 6  
 in se recepit quod nostrum erat. p. 7  
 cur hortum intraverit ante passionem p. 6. & 7  
 cur assumperit tantum tres ad horum. p. 9  
 est via nostra. p. 46  
 imitandus a nobis. p. 8. 46. 53  
 sustulit omnem asperitatem viæ ad cœlum. p. 46  
 cur petierit a Patre calicem transferri. p. 50. & seq.  
 non habuit contrarias voluntates. p. 51  
 mortem qua ratione horruerit, p. 51

luctam internam variam passus. p. 52.  
 & seq.  
 quomodo fuerit simul beatus & tristis. p. 53  
 cur in faciem prociderit moralitates. p. 19. & seqq.  
 orans nos docuit orare. p. 55  
 sollicitus de amovendo suorum scandalo. p. 61  
 bibit calicem ab instanti Conceptionis p. 65  
 habuit ingens desiderium patiendi. p. 64. 65. 67  
 paratus fuit sepius pati pro nobis. p. 67  
 ejus passio nostros allicit affectus. p. 69  
 fuit omnia, & omnia patiens. p. 71  
 captus est in peccatis nostris. p. 144  
 quomodo confortatus ab Angelo. p. 74  
 quam vilis pretio venditus. p. 100  
 quam sollicitus pro Iudee salute. p. 115  
 quam sollicitus pro discipulis. p. 137  
 est patiens redditor. p. 140  
 est Alpha & Omega operum. p. 136  
 est iustus & misericors. p. 136  
 Iudee misericordiam obtulit. p. 136  
 Per indulgentiam puniit. p. 141  
 cur questus sit se derelictum. p. 167  
 Cur fleverit. p. 150  
 Quot lacrymas fuderit. p. 151  
 Vermi comparatus. p. 28  
 passus est in Martyribus. p. 153  
 omnes passiones sustinuit. p. 155  
**C**hristi dolor ex tristitia quantus fuerit p. 11. 16  
 tristitia causa laetitiae Martyrum. p. 14  
 voluntas paternæ conformata. p. 45.  
 52. 60  
 turbatio & mœror nostra instructio. p. 45  
 agonia qualis. p. 84. & seq.  
 sanguis demersit Pharaonem. p. 57  
 sanguis improbis est in damnationem p. 57  
 sanguinis unica gutta sufficeret redempti mundi. p. 61  
 uni-

# Index Rerum

unicum verbum prosternit inimicos. p. 128

**c**aro umbra refrigerans cupiditates p. 145

passio inexplicabilis. p. 148

amor in homines immensus. p. 91.  
149, 165, 169

oratio pro peccatoribus. p. 107  
tot vita Crux. p. 153

victima in veteribus adumbrata. p. 152  
dolor major omnibus doloribus, etiam inferni. p. 155

plagarum & vulnerum multitudo. p. 158

excessus amoris & doloris. p. 163, 167

misericordia immensa. p. 164

ardor plura patienti p. 167

passio recolenda, & quomodo. p. 149  
Compatiendum Christo & proximis. p. 25.  
41

Conscientia mala ipsa sibi poena. p. 117

Contritio quid sit, & qualis in Christo fuc-  
rit. p. 11

Corvi humanae vocis imitatores. p. 108, &  
seqq.

Creaturae respectu Dei nihil sunt. p. 126.

Cupiditas malorum radix. p. 98

## D.

**D**eus quid sit. p. 124, 148

est anonymous. p. 124, & seqq.

est patiens redditor. p. 140

amandus in prosperis & adversis. p.  
40

differens poenam gravius punit. p. 141

pro peccatis retribuit beneficia. p. 142

pronior ad misericordiam quam ju-  
stitiam. p. 142

Dei clementia dissimulatrix dum parcit pu-  
nit. p. 80, 141

providentia omnia committenda. p.  
39

Deo composti omnes deficimus. p. 26

Doloris Christi magnitudo. V. Christi dolor  
omnes ad se traxit dolores. p. 156

eius origo ex amore vehementi. p.  
162

## F.

Filialis affectus in Davide expressus. p. 44

Fili in parentem officium. p. 35, 41, 44

Fili indoles à patre explorata. p. 42

Fili tonitri quare dicti Apostoli. p. 71

Fortitudo veterum collata fortitudini Chri-  
sti. p. 67

## G.

Gaudium verum in quo consistat. p. 12

Gethsemani hortus Paradiso composi-  
tus. p. 8

Gethsemani hortus fuit eo loci ubi Adam  
sepultus, & Isaac victimæ destinatus.

p. 35

## H.

Hierusalem ædificium quale. p. 71

Homo per peccatum imaginem divi-  
nam perdidit. p. 23

creatus erecto vultu, & quare? p. 27

vitam recipit per lacrymas. p. 150

Homines caro pretio venditi. p. 100

nihil sunt comparati DEO. p. 126, 132

133

## I.

Innis & aquæ conflictus. p. 90

Indolis exploratio. p. 42

Iniuria condonatio, maxima victoria. p. 53

Isaaci in Deum & parentem pietas p. 35

Isaaci generosa obedientia. p. 36, &

ieqq.

Judas verus Amalecita. p. 95

osculo pacis signo abusus. p. 95, &

ieqq.

indocilis ad rubricas Missæ. p. 96

fuit quarta ex Orco furia. p. 108

corvo assimilatus. p. 119, & seqq.

mulo assimilatus. p. 111

bestiis intractabilior. p. 117

quomodo creperit. p. 119

à Davide 30. maledictionibus imperi-  
tus. p. 120

eius ut Apostoli elogia, ut proditoris  
vituperia. p. 96

## L.

Acrymæ testes amoris. p. 151

lrmæ Christi. p. 151

Lapidis

# 5 Verborum memorabilium.

Lapidis allegoria.	p. 4.	71	desiderium in sanctis.	p. 42
Lapis angularis Christus.	p. 71		exemplum nobis datum à Christo.	p. 68
Lapides civitatis Hierusalem.	p. 71			
Lapides quinque Davidis nominibus Patriarcharum signati.	p. 4		Pater verè pater qui filium castigat.	p. 41
Lætitia vera quaæ.	p. 12		Patrum in limbo suspiria.	p. 24
Lucta Jacobi cum Angelo.	p. 73		Peccatum infinitæ malitia secundum quid.	160
Lucta Christi interna.	p. 52.	& seqq.	Peccata nostra causarunt in Christo tristitiam.	p. 15
<b>M.</b>				
<b>M</b> agnanimus quis censendus.	p. 13		sunt morbi quos sanguine curat Christus.	p. 91
Magnanimitas Isaaci.	p. 49		sunt jugum & onus.	p. 29. 31. 77
Martyrum constantia in tormentis.	p. 13		pro nobis portavit Christus.	p. 31
Iætitia orta ex Christi tristitia.	p. 14		Christum depresso in terram.	32
passio particula passionis Christi.	p. 152			
constantia miraculum Christi.	p. 156		Peccator impænitens diemone horribilior	p. 33
Misericordia Dei puniens. v. Deus			beneficis Dei deterior evadit.	p. 141
Mortificationes pro Christo suscepæ à variis.	p. 172		Juda pejor est.	p. 122
Moyses Christi orantis typus.	p. 94		Christum in frusta cædit.	p. 172
ejus elogia.	p. 105		Pietas qualis virtus.	p. 35. 41
præcipuum elogium mansuetudo.	p. 106.	& seqq.	Pietas Abrahæ & Isaaci.	p. 35
<b>N.</b>			Politici v. simulatores.	p. 112
<b>N</b> ihilum nostrum se aliquid esse putat.	p. 26		Posseßsio rei quid sit & unde dicta.	p. 23
Nihil homo est compositus Deo.	p. 126.		Premium venalium hominum.	p. 100
	132. 133		Proposita nostra mutabilia.	p. 9
<b>O.</b>				
<b>O</b> bediens prompta & alacris.	p. 44		<b>R.</b>	
ei omnia sunt dulcia.	p. 69		Erorsum cadere quid sit.	p. 131
Oratio Christi nostræ orationis norma.	p. 55. 78		Reproborum casus metuendi.	p. 131
debet esse ut incensum.	p. 72		Redemptioni mundi quantum fatis fuerit.	p. 167
debet esse cum Cruce.	p. 78			
debet esse constans & diurna.	p. 79		<b>S.</b>	
non debet esse tepida.	p. 78		Sanctorum patiënti desiderium. v. Martyrium.	
Orandum ut obtineamus id quod Deo placet.	p. 56		Scalæ Jacob allegoria.	p. 72
Osculum pacis signum quo Judas abusus.			Scuti allegoria.	p. 25
Ostentatio vana.	p. 95		Sensualitas cum ratione collectans.	p. 86
<b>P.</b>			Sepulchra veterum celebrata.	p. 2
<b>P</b> assio cur calicis nomine designata.	p. 66		Servi caro pretio empti.	p. 100
Passio Christi. v. Christus.			Simulatorum ideæ.	p. 112. 115
Patientia est animæ salus.	p. 41		Simulatorum provocant iram Dei.	p. 115.
Patiendi desiderium in Christo.	p. 65. & seq.			120
<b>T.</b>				
<b>T</b> alentij valor.			Status nullius secutus est, ubique vigilandum.	p. 97
			Supplicandi ritus prono corpore.	p. 27
				p. 2
			Teim-	

# Index

- Templis habenda reverentia. p. 121  
 Timor an cadat in sapientem. p. 14  
 Timentis Philosophi in periculo apoph-  
     -tegma. p. 14  
 Torrentis allegoria. p. 6  
 Tribulationis utilitas. p. 42  
 Tristitia Christi unde orta. p. 9 & seqq.  
     debet sapientes plus quam Iætitia. p.  
     12  
     fuit causa Iætitia Martyrum. p. 14

V.

- Victimæ veteres figura victimæ Christi.  
     altera alteri substitutæ. p. 153  
     Veritatis magna vis. p. 48  
     Voluntas humana divinæ conformanda. p.  
     47. 52. 60. 80  
     Voluptates sunt instar latronum. p. 113

## IV. INDEX HISTORICO - MY- THOLOGICUS,

### A.

- A**belis sacrificium Deo acceptum. p. 5  
 Absolonis sepulchri inscriptio Manus  
     Absolon. p. 14  
 Adolescens licentiosæ vitæ oblatam misericordiam divinam negligit, aspersus  
     sanguine Christi. p. 59  
 Agnes à S. Antonio passionis Christi me-  
     moria ad fletum moyetur. p. 172  
 Alexandri Macedonis sumptuosum palati-  
     um. p. 3  
 Alfonsus Rex Aragonie in ingratos bene-  
     ficus. p. 112  
 Apollinis Delphici delubro inscriptum E. I.  
     Es. p. 4  
 Aquila liberatrix Virginis immolandæ. p. 43  
 Argus centoculus Christus in horto sudans. p. 151  
 Afreæ è terris fugata in coelo iudicat. p. 143  
 Augustus Cæsar à corvis humanam vocem  
     edoctis salutatus. p. 108

### B.

- B**rutus oraculi iussu terram osculatus re-  
     gnum consequitur. p. 20  
 S. Brigitæ apparere Christus vulneratus. p.  
     171

### C.

- C**ain & Abel invicem oppositi. p. 5  
 Cain torquetur à propria conscientia. p. 118

gnale signum habuerit ne interficeret-  
     tur. p. 118

- Carolus V. Rex Francie explorat filii indo-  
     lem. p. 42  
 Cheopas Egypti Rex sumptuosam Pyra-  
     midem erigit. p. 2  
 Cicero proditus à discipulo. p. 112  
 Corvi humanam vocem imitantes. p. 109  
 S. Coletæ Deipara appetet cum infantulo.  
     p. 171

### D.

- D**aphnis Grammaticus caro pretio ven-  
     ditus. p. 100  
 David Absolonem filium fugiens. p. 6  
     contra Goliathum quomodo armatus.  
     p. 4  
 Diana Ephesiae templum quamdiu aedifica-  
     tum. p. 3  
 Discipuli suis Magistris ingrati. p. 112

### E.

- S. E**dmundus discit per sanguinem Christi  
     maximè dæmones torqueri. p. 57  
 Eleonora à S. Spiritu devota Passioni Chri-  
     sti. p. 173

### F.

- F**alerii quomodo à peste se liberatos  
     crediderint. p. 43  
 Fortium virorum exempla. p. 66  
 Franciscus à Gatta quotidie se flagellat. p.  
     172  
 G. Go-

# Historico - Mythologicis.

G.

**G**oliath quali lapide prostratus sit. - p. 4

H.

**H**ercules Linum suum Magistrum interfecit. p. 112  
Hiero Tyrannus petit definitionem Dei. p. 124

I.

**J**acob in somno scalam conspiciens. p. 72  
luctatur cum Angelo. p. 73  
Joab Amasam simulato amore perimit. p. 111  
Joannes Baptista assertio se Non esse. p. 132  
Iphigenie immolandæ cerva substituta. p. 43  
Judas quomodo se suspenderit. p. 119  
Julius Cæsar in egressu navis lapsus bonum  
omen captat. p. 19  
dictus Omnia, quia omnia solus agebat. p. 71

L.

**L**Academonii Virgines sacrificabant ut  
peste liberarentur. p. 43  
in signe habuerunt literam L. p. 93  
**S**. Laurentius quam lætus in passione Mar-  
tyrii. p. 68  
Lutatius Daphnis magno pretio venditus.  
p. 100

M.

**M**. Litera Mesteriorum insigne. p. 93  
Martyres læti in poenis. p. 63  
**S**. Mechtildis apophthegma de patientia. p. 41  
Metellus Rom. Dux jussus filiam immolare,  
buculam substituit. p. 33  
Michaël Magottus quotidie Crucem baiulat.  
p. 172

Moysis Thaumaturgia. p. 106  
Moriah mons idem qui Oliveti & Golgatha.  
in quo Adam sepultus, Isaac sacrificio  
destinatus, & Christus passus est. p. 35

N.

**N**ero ingratus suo præceptoris Senecæ.  
p. 112

O.

**O**beliscus Thebaicus erectus alligato ca-  
cumini Regis filio. p. 145  
Orandi ritus apud Romanos. p. 19

P.

**P**æzon Seiani spado caro emptus. p. 100  
Philologus Ciceronis discipulus Magistri  
proditor. p. 112  
Philosophus Stoicus expallescens in pericu-  
lo maris, quid responderit Græco ira-  
ridenti. p. 14  
Philotæ latrones Ægyptii amplexu necant.  
p. 117  
Prometheus hominem formans lutum tem-  
perat lacrymis. p. 150  
Pyramidem apud antiquos portentosæ stru-  
cturæ. p. 2.145

R.

**R**odoaldus Beneventanus Dux hostes na-  
tivâ lingua imbellis reddit. p. 119

S.

**S**eneca à Nerone occisus simulatâ benevo-  
lentiâ. p. 112  
Simonides Ethnicus Philosophus Deum a-  
gnoscit ineffabilem. p. 124  
Sotadeum Carmen de Abele & Caino. p. 5  
Stoici Philosophi arguta palloris in pericu-  
lo exequatio. p. 14

T.

**T**arquinii ab oraculo jubentur osculari  
matrem. p. 20  
Teremanæ à Cyricio Tyranno damnatus ve-  
nenum hauriens, reliquum effudit in  
terram cum dicto Propino Cyricio.  
p. 57

Aa

8. The-

# *Index Historico-Mythologicus.*

S. Theresiae symbolum : Aut pati, aut mori. Victimis humanis victimæ aliae substitutaæ.	p. 42	p. 43
V.		Z.
Vestaris Foroiulii Dux solo vultu terret hostes.	p. 129	Acharie visio de Jesu sacerdote magno p. 82

## F I N I S.

Menda *sic* Emenda.

Pag. 1. Pareneticis l. Paræneticis, ib. representata l. repræsentata. pag. 4. Dragomen. l. Diogonem. pag. 14. depretier. l. depretiem. pag. 44. indicta. l. indita. pag. 57. intellectui Pharaonis. l. intellectu Pharaoni. pag. 58. fac. l. fax. pag. 99. Droga. l. Drogo. pag. 101. Judas ex avaritia. *adde*. Judæi ex invidia. pag. 116. palidoniamma gnosco. l. palinodiam, agnoscō. pag. 129. in arce. l. in acie. pag. 131. Eliæ. l. Eliu. pag. 153. servata sunt. l. secura sunt. pag. 156. Christus noster. l. Christus vester. pag. 171. cum dolore. l. cum dolere.

# JOANNIS LUDOVICI SCHÖNLEBEN

Garnioli Labacensis SS. Theologiæ Doctoris,  
Protonotarij Apostolici, Archi-Diaconi  
Carnioliae Inferioris.

## TRACTATUS II. QUADRAGESIMALIS

# SACRA PERE- GRINATIO AD CHRISTI SERVATORIS SEPULCHRUM

Per septem Stationes,

Otodecim pijs Considerationibus Paræneti-  
cis Pro diebus Dominicis & ferijs Quintis  
Quadragesimæ. Et tota Hebdomada  
pœnosa repræsentata.

*Quibus accessit*

## ALLOCUTIO ACADEMICA *Pro Die Parasceves.*

## Concionatorum Subsidio, & fidelium pietati. EDITIO SECUNDA.

*Ab ipso Authore recognita, recens Latio donata, & aucta.*

Cum Quadruplici Indice. I. Considerationum. II. Locorum  
Scripturæ. III. Rerum & Verborum. IV. Historiarum, & Mythologiarum.  
*PERMISSU SUPERIORUM.*

—€33—€33—€33—€33—€33—€33—€33—€33—€33—€33—€33—€33—€33—

*SALISBURGI,*

Sumptibus & Typis MELCHIORIS HAAN, Typographi  
& Bibliopolæ.

ANNO M. DC. LXXIII. .

Si verè spirituales apes sumus de floribus nostri Paradisi Nazareni , id est horti florentis floridissimi Christi nobis memoriam componamus tenacem, quæ non qualibet tentatione dissolvatur, sed apta sit illa memoria recipere impressionem sigilli , id est Crucifixi J E S U : ut illum semper in memoria habeamus, qui dicit : *Pone me sicut signaculum.* Signaculum enim Regium Crux est, quam si in cordis nostri memoria pertaverimus, tanti regionem Regis quæ finem non habet, securè poterimus transire. *S. Bernard. Tract. de Pass. c. 44.*



SAPIENTISSIMÆ AC CELEBERRIMÆ  
BONONIENSIS  
GELATORUM ACADEMIÆ,  
DOMINIS SUIS COLENDI SSIMIS  
Felicitatem precatur  
JOANES LUDOVICUS SCHÖNLEBEN  
ARCHIDIACONUS.



**P**rege vobis afferuntur *Illusterrimi & Excellentissimi Domini* pauca hæc folia, non tam peregrina, quia novellæ appendices arbusculæ meæ viridario vestro implantatae, quæ servat translata virorem etiam hymene parturiens. Quod in cuiusque fuis transiit domesticum censi debet. Peregrinari iubeo  
¶ (2) pere-

# EPISTOLA DEDICATORIA.

peregrinationem sacram: quid mirum? ipsamet donata Latio in Latium properat, & hyemalis partus anhelat *gelu*. Exile munus est fateor, sed quid aptius inferrem *Gelatorum sylva*, quam folia? Invenietis inter haec unum semper virens, & nullo unquam peccati *Gelu* emortuum; vel hinc vobis gratum. *MARIAM Matrem Dei* intelligo, *Immaculatè Conceptam*, quæ cum in alijs Opusculis mihi faciat utramque paginam, in hoc unam adornat Considerationem. Hanc vos puram sine nævo, sine Labe, sine vitio ex lege colitis, & de ea scriptum est in capite vestri libri: hanc annuâ celebritate veneramini: hanc Patronam Hermathenæ vestræ delegistis: causam igitur habui ex hac causa, quod Opusculum hoc vobis inscripserim. Quanquam nec cœtera folia sunt ab Instituto vestro aliena. Neque enim aliud mysterium symbolo *Gelatæ* vestræ *Sylva* subesse suspicor, quam quod in ea omnigenæ eruditioni ac doctrinæ sit locus. Ibi ut reor

Virg.  
Georg. 2

*Populus* & *glaucā canentia fronde salicta*,  
*Castaneæ*, *nemorumque Jovi quæ maxima frondet*  
*Esculus*, *atque habitæ Graijs orocula quercus*.

Ibid. init.

- - - *etiam Parnassia laurus*;  
- - - *fœconde frondibus ulmi*,  
*Et myrtus validis hastilibus*, & *bona bello*.  
*Cornus*.

*Baccaque cum ramis semper frondentis Olive*.

*Inter frondentes platanos* - - -

*Semper habens frondes*, & *tanquam Libana Cedrus*.

Ovid. 8.  
Metam.  
Mirand.  
Sedul.

Enimvero inter opera *Gelatorum*, quæ primus Tomus *Memoriarum Academicarum* Principe Comite Valerio de Zanis editus, recenset, & ad numerum ferè septingentesimum extendit, lego Ascertica, Theologica, Politica, Juridico Medica, Astrologica, Historica, Polemica, Poëtica, Prosa, & Metra, sacra & profana, quæ me in admirationem rapiunt, ea præsertim de causa, quod videam à solis centum *Academicis Gelatis octoginta annorum spatio*, edi-

# EPISTOLA DEDICATORIA:

editam quandam Encyclopædiam, scripta & impressa  
Opera septingenta, penè omnium scientiarum ; de qui-  
bus merito illud Plinij usurpare liceat : *Ingeniorum glorie* Plin. lib. 7.  
nat. hist.  
*quis possit agere delectum, per tot disciplinarum genera, & tantam* c. 29.  
*rerum operumque varietatem.* Mihi maximoperè in hac syl-  
va placent omnia, illud potissimum juvat, quod gratiosis  
suffragijs vestris inter Cedros & Platanos, inter lauros &  
Oleas, etiam locus sit humili myricæ.

*Est mea populeis parva myrica comis.*

*Mantuan.*

quæ studiosè enititur ut in vestram sylvam servet translata  
*virorem* : & dum se condit inter obscura receptacula, sibi  
proportionatos erumpat in flores, si non fructus. Debeo  
id meo *Simoni Santagathæ* viro integerrimo dicto inter vos  
P. *Impigrito.* Sed vere *impigro* in suscipiendis pro Gelato-  
rum honore laboribus, pridem Amico, jam etiam colle-  
gæ, qui præter spem meam, solo nomine notuti, nun-  
quam vistum, è Germania impulit in Latium, & in syl-  
vam vestram transferri obtinuit : *Sylvam dicam an lu-*  
*cum, sacris destinatum?*

*Quo possis viso dicere Numen ineſt.*

*Ovid. 24  
Fasti.*

in quo cum Urbano VIII. Pont. Max. Decas Purpurato-  
rum Patrum eminet.

*Quantum lenta solent inter viburna cupressi :*

*Virg. Bu-  
col.*

quem toga & sago illustres Prælatorum, Principum Mar-  
chionum Comitum tituli exornant. Hi arboretum ve-  
strum gratiosis animant Favonijs, hi adspirant *nec longum*  
*tempus*, perpetuum ver: non dedignati humilia si Palladi  
sacra. Atque hoc est quod me excitavit, ut de arbuscula  
mea pauca hæc folia vestris *Illusterrimi Domini* plantis sub-  
sternerem, futura mei in vos studij & observantiæ argu-  
mentum. Neque illa ut spero superflua censebitis. Li-  
cet enim hoc scriptioñis genus ad vos deferre non sit a-  
liud quam mari guttas, littoribus arenas, sylvis folia ad-  
dere, augmento tamen deservient, si non ornamento. Li-  
buit pro ævi huius scripturientis more sacris dicato, tra-

## EPISTOLA DEDICATORIA.

Etare sacra, scribere Asctetica, ut non tam calamus se in varium argumenti genus diffunderet, quam voluntas vario argumenti genere prodesse proximo conaretur. Nihil pensi habeo si inter multos postremus numerer: nam & Evangelici laboratores in vinea, qui una hora fecerunt, parem cum primis acceperunt mercedē. Mihi suffecerit *Ennod.lib. 9.Epiſt. 1.* turbam secutum, quia ut Ennodius inquit, *juvat sapientem id esse quod plurimos*. Accipite æquo animo, quo soletis omnium Philomusorum lucubrationes. Parvum est munus non defectu voluntatis sed temporis: servendum est pluribus. Multum debeo, parum reddo. Non est tamen ingratus, qui affert quantum potest pro ratione temporis & occasionis. Dabam è Musæo meo Reissnicensi. Nonis Augusti M. DC. LXXII.

VV. is Illustriss. & Excellentiss. DD.

*Congelatus Obligatiss. servus.*

IL. Ritirato



## Præmonitio ad Lectorem.

**A**lterum Tractatum de Passione Domini fusiore calamo scriptum, & Latio donatum Tibi exhibeo benigne Lector: corpus sine anima, non tamen sine succo. Orationis anima dictio est, quam absenti communicare non possum: sed tute ipse poteris id animâ meliore forsitan animare. Succum ex multis fateberis, si quos allego, legeris. Apes ( inquit Ser. Ep. 84 neca ) imitari debemus, & quæcunque ex diversa lectio- ne congregimus separare: deinde adhibitâ ingenij nostri cura in unum saporem, varia illa libamenta confundere: ut etiam si apparuerit unde sumptum sit, aliud tamen es- se, quam unde sumptum est appareat. Id passim recentiori- bus usurpatum video, ut fateri oporteat. Alius ex alio sapiens olim, & nunc, ut siebat Bachylides. Quanquam ego ad aliorum Bachyl. in Authorum sublimitatem non assurgo consecdans humilia, & studio- ribus ferè attemperans conceptus ac elocutionem, prout nempè plu- ribus reor profuturam, tametsi non sim nescius, quod

Non omnes arbusta iuvant, humilesque myricæ. *Virg. Bu-*  
Sed nec ego is sum, qui omnibus scripserim, aut omnibus me placi- *col.*  
turum confidam: nec tu qui omnia velis à me exigere. Avertet  
quosdam spissa congeries sententiarum & allegationum: alios ordo  
quasi sine ordine, & ars sine arte: alios æmulatio & zelus sine ze-  
lo, alios sinistri in authorem affectus sine affectu. Me nihil istorum  
à scribendo deterret. Malo excessu sententiarum peccare quam  
defectu. Facilius qui sapiunt opimis detrahent, quam jejunis ma-  
ciem supplebunt. Ordinem seruo in meditationibus usitatum, que  
motibus repentinis impelluntur, nec uni semper inhærent: potius  
quam Concionum que certis legibus coarctantur: & potissima est  
illa dicendi ars, que tendit in motum animorum, quo cunque modo  
tendat. Æmulos rideo, nisi æmulentur charismata meliora. Cana  
sapientie supercilia veneror, in nullius tamen arbitrium juro: in-  
certi vulgi judicia negligo. Quod unus sèpè damnat, probat aliis  
apathos.

## Præmonitio ad Lectorem.

apathos. Ne scribat, qui censurari non vult. Omnes adstat aliqua litoris aura. Obogniet *Momus* aliquis, hæc (uti est apud Clem. A. lex. 7. Strom. c. 9) antiquissima. Ego verò in rebus sacris, nihil magis, quam novitates abborreo; propè illæ absunt ab erroribus. Et quamvis novæ quædam dicantur, quæ sunt antiqua, sèpè tamen dicuntur melius quam ab antiquis. Plurima sunt quæ assidua posteriorum cura perfectius limat & expolit rudi majorum initio provocata. Hoc pri-

Cassiod. 11. var. Epist. 28. mordijs (inquit *Cassiodorus*) consentaneum est, quoniam rude principum tale debet habere commentum, quod provocet ingenia sequentium.

*De stylo nihil labore; utor verbis sponte fluentibus in calatum. Conantur alij adhibere quasdam ingeniorum dicam an verborum argutias; sed hæ sunt absque succo aristæ, absque medulla ossa, absque nucleo putamina, absque gladijs vagina: blandiuntur auribus, vitia non terrent; sensum demulcent, spiritum non nutrunt; applausum ferunt, animam non saginant, quæ subinde ut intelligas Sibylla opus habeas, aut decem Calepinis. His veritas non proponitur, sed palliatur. Unde ita tormenta cruciandæ simplicitatis, & suspendendæ veritatis? quærebat olim Tertullianus. Non penetrant animum Christianæ doctrinæ præcepta in sublimitate Sermonis, sed verbis in ore aut calamo natis. Theatricam garrulitatem, & phrasum diluvia in sacris non probo: sed & rusticum illud dicendi genus, in quo Priscianus vapulat detestor. Unde illa: Lues atroces terram devastæ sunt. Quomodo non damini in ruborem! Absque impenso unius teroncionis. Horsu Chrysostomus interrogat, &c. in barbariem relego. Oratio, quæ moribus formandis aptatur, modestè compta, & media esse debet: nec serpere abjecte ne risum moveat, nec attolli fastuose ne fastidio sit. Cœterum ego quæ scribo, bono animo scribo, & bonis: qui malus est, opto ut affectum ponat, & quasi opus ignoti afficiat. Id si a se impetrare non potest: suadeo accedat alios, & suo genio litet. Desint domestici: spero non d' fore peregrinos, qui meam hanc peregrinationem hospitio donent. Doctis non scribo, quia meis suppetijs non egent. Laboris pretium feram, siquid adjumenti attulero Curatis anima-*

Tertull. c.  
c. 28 in  
Marc.

## CENSURA.

*rum ruralibus, per alias occupationes distractis & apparatu librario minus instructis. Hæc te volui scire Lector, ne mibi forte succenseas, siquid offenderis in hoc Opusculo, minus tuo genio accommodatum. Vale.*

## CENSURA.

**N**on inutili lectione percurri Reverendissimi Domini Joannis Ludovici Schönleben Archidiaconi Carnioliae Inferioris sacram Peregrinationem : & quemadmodum in ejusdem sacra Pyramide nihil Umbræ quod Catholicae veritatis morumque bonorum splendorem obfuscaret, reperi; ita in hac Peregrinatione, nihil ab Orthodoxa fide , bonisque moribus alienum, nihil peregrinum ; sed singula doctræ pietatis suavissimum sensum referentia deprendi. Dignissimam proinde sentio , ut non ordinariæ , quæ salutis sunt meditantium utilitati , publicam deducatur in lucem. Dat. Labaci ex Conventu B. V. 2. Julij. 1672.

Fr. Antonius Lazari SS. Theol.  
Lector Generalis, & Guardia-  
nus Ord. S. Francisci strict. Ob-  
servant.

# APPROBATIO.

**L**ibrum inscriptum à Reverendiss. Do-  
mino Joanne Ludovico Schönleben  
SS. Theologiæ Doctore, Protonota-  
rio Apostolico, Archidiacono Carnioliae in-  
ferioris &c. conscriptum, & sacra Peregrina-  
tio ad Christi Servatoris Sepulchrum,  
intitulatum, ab Admodum Reverendo Patre  
Fr. Antonio Lazari Ord. Min. S. Francisci  
de observantia SS. Theologiæ Lector ge-  
nerali, & Guardiano Labacensi relectum  
& approbatum, ego pariter pro Officio  
meo requisitus revisum approbavi, & pro  
publica utilitate ut imprimatur, dignissi-  
mum judicavi. In quorum fidem &c. Da-  
tum Labaci die 2. Julij 1672.

L. S.

Philipus Terpin Vic. Eccles.

# APPROBATIO.

*Officij Episcopalis Labaci.*

**L**ibrum à Reverendiss. Domino Joanne Ludovico Schönleben SS. Theologiae Doctore, Protonotario Apostolico, Archidiacono Carnioliae Inferioris & Beneficiato S. Georgij in Cathedrali Labacensi &c. conscriptum, & sacra Peregrinatio ad Christi Servatoris Sepulchrum intitulatum, ab Admod. Reverendo P. F. Antonio Lazari Ord. Min. S. Francisci de Observantia SS. Theol. Lectore Generali & Guardiano Labacensi relectum & approbatum, ego pariter pro Officio meo requisitus, revisum approbavi, & pro publica utilitate, ut imprimatur, dignissimum judicavi. In quorum fidem &c. Datum Labaci 2. Julij. 1672.

L. S.

Philippus Terpin. Proton. Apostol. Vicarius Generalis m. p.

# APPROBATIO.

*Reverendissimi Confessorij Metropolitani Salisburgensis.*

**T**raetatum hunc de mysterijs Domini-  
cæ Passionis , in quo Reverendiss. &  
Clariss. Dominus Author Joannes Lu-  
dovicus Schönleben SS. Theol. Doctor Pro-  
tonot. Apostolicus , & Archidiaconus Car-  
nioliæ Inferioris sacram Peregrinationem  
ad sepulchrum Dominicum instituit , de  
mandato Reverendissimi Metropolitani  
Confessorij Salisburgensis perlegi,nec quid-  
quam in eo Fidei Orthodoxæ adversarium  
deprehendi , sed solidâ pietate ac eruditio-  
ne refertum comperi , magno proinde cum  
fructu multorum ad cultum Passionis Do-  
minicæ typo & luce publica dignissimum  
cenfeo. Salisburgi die 18. Septemb. Anno  
1672.

2. I.  
JOANN. BAPT. KHÄRER SS.  
Theol. Doct. Celsissimi Princi-  
pis & Archiepiscopi Salis-  
burgensis Confiliarius, & Col-  
legij B. M. V. ad Nives Cano-  
nicus.

*Postea motuq. riteq. suis  
et ex officio sibi concessis.*

JOANNIS LUDOVICI SCHÖNLEBEN  
SS. Theol. Doctoris, Protonotarij Apo-  
stolici & Archi-diaconi Carni-  
olice Inferioris.

# SACRA PEREGRINATIO AD CHRISTI SERVATORIS SE- PULCHRUM PER SEPTEM STATIONES

Ottodecim Pijs Considerationibus Paræneticis  
pro diebus Dominicis & Ferijs Quintis  
Quadragesimæ.

*Et tota Hebdomada pœnosa representata.*

## ALLOCUTIO PRÆLIMINARIS THÈMA.

*Sapientia ædificavit sibi domum ; excidit columnas  
septem , miscuit vinum , & proposuit mensam.* Proverb.9.

### SYNOPSIS.

- I. Benignitas Dei erga ingratum hominem summa est , amicè eum complexans , ut herba philantropos intereunt , divina perseverat septem columnis , septem stationibus adumbrata.
- II. Hominum ad invicem ostenditur mutuis convivijs & apparatu domestico . Id Sapientia Dei imitata ædificavit domum , paravit mensam , in memoriam suorum mirabilium . IV. Quarum typos in multis locis ad peregrinantium devotionem excitare mos est , eosque invisiere pijs Dei amatoribus familiare .
- III. Memoriae hominum mirabiles Sacra Peregrinatio . V. Potissimum pijs Austriae Principibus , & alijs nobilitate conspicuis . VI. Horum exemplo & nos per Quadragesime Dominicas , & Quintas ,

*tas Ferias devotè considerando per septem stationes peregrinabimur, contemplatnri potissima Dominicæ*

*Passionis mysteria, que efficacissima sunt remedia curandis anime morbis.*

*Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem, miscuit vinum & proposuit mensam.* Proverb. 9.

## I.



Nusitatum vindictæ genus est odia reciprocare amoribus, injurias ulcisci gratijs, malefacta beneficijs compensare. Id sapientissimè reputans Diogenes Cynicus Philosophus, cuidam interroganti quo patto ulciscor inimicum? respondit: si ipse probus honestusque fias. Non est in mundo major ingratitudo quam hominis erga Deum, nec major beneficentia, quam Dei erga hominem. Sic ille suas ulciscitur injurias, sic odia rependit, ut cumulet gratias, multiplicet amoris & benevolentiae argumenta. Offendimus; indulget: peccamus; ignoscit: & unum id sibi reputat honestissimum, ut bonus sit, cùm nos mali: Rectè sapiens de illo: *Benignus est enim Spiritus sapientie.* In græco textu pro voce *benignus* legitur *Philanthropos*, quo eodem vocabulo Dioscorid. scorides appellat lapparum genus, quod vestibus transfuntum videmus adhærescere, alij aparinen vocant. Plin. l. 24. Dictam verò Philanthropon ex eo putant, quia ultrò nobis adhæret, *quasi amice nos complexans*. Talis omnino est Dei erga nos bonitas, ultrò se nobis offerens: *Benignus est enim Spiritus sapientie, Philanthropos, amans hominum & quasi amice nos complexans.*

I I. Bonitatem & benignitatem humanam si spectes, ferè in eo suæ exhibit propensionis in amicum argumenta, quod thalamos & triclinia venturo adornet, quod lauta instruat convivia, ad mutua invitet pocula. Id prorsus æmulatur divina sapientia, quæ ædificavit sibi domum, excidit columnas septem, miscuit vinum, & proposuit mensam: invitans animas Deo devotas: *Venite comedite pa-*

Plut. de  
capien. ex  
host. util.  
n. 6.

Sap. 1.

Dioscorid.  
lib. 3. c.  
104.

Plin. l. 24.  
c. 19. § 1.  
27. c. 5.

Proverb.  
9. c. 5.

*panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis.* Septem tantummodo columnas excidit, sed pluribus convivis locum aptavit: omnibus accessus patet, ad omnes dicitur: *Venite.* Neque hic auditur vetus adagium: *Septem Lang. v. convivium, novum convitium.* Sed multitudinis totius est *Convi-*  
*cor unum & anima una:* Omnes participant de eodem Spiritu: *Benignus est enim Spiritus Sapientiae, & Philanthropos, amicè nos complexans,* & quodam sacro amoris philtro invicem uniens, quod expressurus Joannes dilectus discipulus inquiebat: *Ante diem Festum Paschæ sciens JESUS, Joan. 13. quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem: cum dilexisset suos in finem dilexit eos.* Nempe Philanthropos est Spiritus Sapientiae, difficulter avellitur ab hominibus: Unde discessurus è mundo instruit pro supremo *vale convivium: Venite & comedite panem meum. Hoc facite in meam commemorationem.* Id jam olim Propheta præviderat cum canebat: *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & mi- Psal. 110. serator Dominus: escam dedit timentibus se.*

III. Cæsarum, Regum, Principum heroum memoriae olim obeliscis, pyramidibus, columnis, sumptuosis structuris commendabantur. Hinc Ægyptiæ Pyramides, Thebaici & Alexandrini obelisci, Mausoli sepulchrum, columnæ Herculis apud Historicos celebrantur. Sed hæc omnia temporis diuturnitate consumpta in ruberibus jacent. Nihil jam de Pyramidibus Ægypti, de obeliscis Thebarum & Alexandi, de Mausoli sepulchro in Caria, de columnis Herculis in Mauritanico mari præter saxa duo Calpen & Abylam, præter nudam & exilem famam supereft. Divinæ verò sapientiæ palatum, in quo *excidit columnas septem, miscuit vinum, & proposuit mensam,* nullâ temporum vicissitudine deficit: *Memoriam fecit mirabilium suorum,* qui ad Apostolos dixit: *Ecce ego vobis sum usque ad consummationem seculi.* Per septem porrò illas columnas sapientiæ, septem stationes intelligite, quibus mundi Servatoris pro salute nostra labores & acerbissi-

ma Passio memoriae repræsentatur fidelium. Prima statio est in cœnaculo ubi Salvator noster Pascha manducavit cum discipulis suis, eorum pedes admirandâ humilitate lavit, & sacrosanctum corporis & sanguinis sui Sacramentum instituit. Altera statio est in monte Oliveti, ubi sanguineo sudore immaduit, & ab impijs Judæis captivus abductus est. Tertia statio in domo Annæ : Quarta in domo Caiphæ : Quinta in aula Herodis. Sexta in domo Pilati : Septima denique in monte Calvariæ, quamvis aliter alij eas meditentur.

I V. Jam credo divinatis Auditores, quo meus sermo collimet. Sancta est illa occupatio, quæ ante multos annos ab amatoribus acerbissimæ Passionis Christi exco-  
gitata est. Olim quidem ad ipsum verum Salvatoris se-  
pulchrum Hierosolymas à fidelibus suscipiebatur pere-  
grinatio, & invisebantur sacra loca, in quibus Christus  
benedictus pati, mori, & sepeliri voluit. Hinc ortum  
habent Principum & Magnatum peregrinationes, quæ  
in hodiernum diem magno & pecuniarum dispendio, &  
nobilis juventutis corruptela per Provincias continua-  
tur, & quod cœptum est Spiritu, carne consummatur.  
Cum enim ad loca sancta accessus pietati non pateat,  
quæritur per alias Provincias locus descendæ vanitati.  
Nihilominus postquam terra sancta, & Christi consecra-  
ta vestigijs sub impiæ Turcarum gentis potestate ven-  
nit, placuit passim fidelibus in varijs Provincijs, urbibus,  
Oppidis, agris memoriam sacræ illius peregrinationis  
excitare. Unde certis in locis nonnihil ab Urbibus & Op-  
pidis disjunctis ædificata sunt facella ad imitationem &  
exemplar veri sepulchri Dominici : & per intermedium  
iter columnæ & stationes distributæ, ad quarum singu-  
las certa mysteria Passionis Christi elegantibus picturis  
expressa, in memoriam reducerent peregrinantibus  
quanta pro humano genere tulerit Dei Filius. Id quod  
ante annum 1640. Viennæ Austriae, Anno 1654. etiam

Labaci Carnioliae Metropoli institutum in hanc diem magno cum fructu animarum adhuc videmus continuari. Quam grata verò sit omnipotenti Deo hæc devotio testatur multorum Deo devotorum experientia. B. Simon Valentinus, ut refert Paulus de Barry solebat quothebedomadis Valentiæ Ferijs sextis de nocte media ad præfatas stationes se conferre, & summa cum animi teneritudine Passionis mysteria meditari ; quo genere devotionis meruit, ut visibili apparitione Christum benedictum conspicerit, ac exinde miros ad virtutem & perfectiōnem impulsus senserit. S. Lydwina Virgo in simili peregrinatione imaginaria, quadam vice abrepta in extasim, ab apparente Christo sponso donata est amplexu & suavissimo osculo. S. Carolus Borromæus ejusmodi devotioni assuetus, cum in suprema ægritudine viribus defendantibus non posset corporalem peregrinationem obire, imaginarias stationes, magno cum animi solatio sibi repræsentavit, & in mysteriorum Passionis contemplatione sanctissimam vitam finijt.

*Paul Barry  
in Fa-  
vo Jesu.*

*Vita S. Ca-  
roli Borro-*

V. Horum exemplo Serenissimi nostri Principes Austriae Archiduces, & Augustissimi Imperatores in eamdem propensi devotionem, suavi violentiâ subditos suos eo impellunt, quo ipsi frequentissimè summa devotione peregrinantur. Serenissima Isabella Clara Eugenia Belgij quondam moderatrix Austriaca septem dictas stationes Gandavi sæpenumerò invisit, & unam earum, quæ Christum in monte Oliveti orantem repræsentat, magnifico ædificio exornavit. Maria Ferdinandi II. Augusti Mater piæstissima Heroina adeò huic devotioni addicta fuit, ut neque asperrimâ hyeme prætermiserit stationes illas, quæ adhuc hodie extra Græcum Styriæ metropolim, inter Urbem & Straßgang erectæ cernuntur, invisere, & ad singulas flexo poplite procumbere. Sequebatur præeuentum serenissimam matrem peditem per totum illud spatiū tenella Archiducum juventus & aulæ gynæcæum,

*Jac. Gus-  
man. Ant.  
Balingb.*

& Magnæ Principis exemplo ad devotionem impellebatur. Hinc postmodum in universam Austriacam dominum propagata devotio. Ipsi vidimus Augustum Ferdinandum III. Viennâ in Ecclesiam Hernalsensem ubi sepulchri Dominici structura est, per stationes saepissimè maxima cum populi totius ædificatione prodeuntem. Id imitatæ etiam Augustæ Maria Hispana, Leopoldina Tyrolensis, Eleonora Mantuana, ut jam taceam Ferdinandum IV. & Augustissimum nostrum Leopoldum hodie imperantem, quos paterna pietas in gloriosam sequelam traxit. Celebris Ascetæ observatio est: Nobilium singularis erga crucem, & crucifixum pietas ac devotio: nec reperio in historijs nationum, ullos aquæ Crucifixo deditos, quam Nobiles; neque aliquos tantum fortis inferioris, sed supremæ Nobilitatis plurimos. Exemplis si agatur infinitudine confundar: tot occurrunt Nobilium coronata capita &c. Ex Archiducibus Leopoldum, Fridericum, Maximilianum, & Augustissime Domus Austriæ Heroës omnes, de quibus non vanè scripsit vir doctus: eos amplissima Regna & Imperia, Religione, Sacramentorum cultu, signatè autem Christi Crucifixi pientissima observantia sibi peperisse, continuasse, conservasse, indies potentia crescente. Qui deinde in operis decursu cum stationum meminit, in hæc digreditur: Inter Novo-inventa bujus & superioris seculi, ad honorandum Christum patientem bæc reperio in synopsi præcipuarum rerum à Societate Jesu gestarum seculo ejus primo. Pro Eucharistica patientis Christi memoria inventus & feliciter inventus est mos communionis generalis mense quolibet &c. Alius mos pro Patiente ipso Christo, & saluberrimus inductus est. Stationum ejus septem monumenta, multæ jam societatis habent Provincie. Gallobelgica certè in totidem ferè Urbibus, in quo ipsa consistit. Singula funesta mortis partes offerunt singulas: Christus patiens ubique visitur. Distant autem eodem inter se, quo Hierosolymis intervallo. Illa obeuntium ingens globus & ardor; nudo, vel cilicinis induito soccis pede incedentium. Hinc in alias quoque terras, & in Austria, & in Austria matrem Viennam,

*Maxim.  
Sande. in  
crucifix.  
alloc. ad  
Sodal.*

*Idem San-  
de. cruci-  
fix. Dei. 3.  
c. 6.*

*ea Patientis Christi representatio pervasit.* Hæc Sandæus •  
quæ non otiose relata velim , cum mihi sermo sit ad Au-  
gustæ Austriae domus fideles vasallos & subditos, quo-  
rum uti obligatio est parere legibus, ita pietatem imitari  
summa honestas.

VI. Agite proinde Auditores mei tam nobili exem-  
plo ceu stimulo incitati hoc sacro Quadragesimalis jeju-  
nij tempore sacram peregrinationem imaginariam ad  
sepulchrum Dominicum piâ meditatione mysteriorum  
Passionis instituamus,& bis in hebdomade,Dominicis vi-  
delicet ac Ferijs quintis, quoad licuerit repetamus, con-  
sideraturi quam benignus & Philanthropos sit Spiritus  
Sapientiæ. Habemus ad id præstandum magna exempla:  
habemus necessitatem animæ nostræ , quæ in hoc mun-  
do varijs pulsata temptationibus , deficit, nisi sustentetur ;  
concidit, nisi erigatur ; succumbit,nisi assiduè ad patien-  
tiam animetur : nec est efficacius in hac vita remedium,  
si sustentari, erigi, animari volumus , quam Passio Chri-  
sti. Quo sensu ajebat Augustinus : *congruit nostræ de-votio-*  
*ni, ut qui Domini Christi Passionem celebraturi sumus, reprimen-*  
*darum carnalium voluptatum crucem ipsis etiam faciamus.*

S. Augst.  
serm. de  
Quadrag.

Et alibi idem magnus Pater : *Nihil tam salutiferum nobis est*  
*quam quotidie cogitare, que pro nobis pertulit Deus homo.* Quin  
& Mellifluus Doctor : *Quid tam efficax ad curanda conscienc-  
tiae vulnera , nec non ad purgandam mentis aciem, quam Christi*  
*vulnerum sedula cogitatio ?* Eia Auditores mei quinque no-  
bis per Quadragesimam decurrent Dominicæ , totidem  
feriæ quintæ : aggrediamur magnis animis sacram hanc  
peregrinationem ; contemplemur , quam benignus &  
quam amicè nos complexans sit Spiritus Sapientiæ , ut  
igne divini amoris calefacti exclamemus cum eodem  
mellifluo Doctore : *quam dulciter Domine JESU cum homi-  
nibus versatus es ! quam abundanter multa & magna bona homi-  
nibus largitus es ! quam fortiter tam indigna , tam aspera & dura*  
*pro boninibus passus es ! dura verba, duriora verbera, durissima*  
*supplicia.*

Idem ser.  
32. ad FF.  
in Eremo.  
S. Bern.  
serm. 62.  
in Cantic.

Idem Berna  
serm. 20.  
in Cantic.

**STATIO I.**  
**IN CŒNACULO**  
**CONSIDERATIO I.**  
*Pro Feria V. post Cineres.*  
**LOTIO PEDUM**  
**THEMA.**

*Cum dilexisset suos qui erant in mundo , in finem dilexite eos. Joann. 13.*

**SYNOPSIS.**

- I. *Inter Evangelistas primas obtinuit Iohannes in descriptione divini erga homines amoris & beneficentiae, præsertim in gestis ultimæ Cœne, ubi totum amorem spirat.*
- II. *Ait inter alia non absque mysterio quod Christus suos in finem dilexerit, que Patres varie interpretantur.*
- III. *Finis fuit redemptio humana propter quam posuit vestimenta sua, & lavit pedes discipulorum ad elendum virus peccati, & quia Dominus univerorum, præbens demissionis exemplum.*
- IV. *Ipse quippe primus cum Matre Virgine humilitatem docuit.*
- V. *Lavit pedes ut Judam emolliret, & parceret suis persecutoribus.*
- VI. *Poterat Judam & Iudeos annihilare, sed coepit lavare, illustriori exemplo quam Magdalena, quam faciant summi Pontifex, in Vaticano, & alij.*
- VII. *Ostendit per hoc se esse lapillum abscissum de monte, qui testeos pedes statuae Nabuchodonosoris confregit.*
- VIII. *Et quidem lotionem exorsu à Juda, ut quibusdam Patribus placet, sed Æthiopem lavit.*
- IX. *Non amplius mirandum, quod summa in terris capita exemplum hoc demissionis imitantur, & nonnulli illustres Deo devote persone.*
- X. *Discamus nos inclinare & cedere etiam minoribus, ut fecit Abraham cedendo fratrueli.*

*Cum dilexisset suos, in finem dilexit eos. Joan. 13.*

## I.

Uemadmodum inter Prophetas Isaías di-  
vinam Majestatem & omnipotentiam, Je-  
remias ejusdem severitatem & justitiam,  
David Benignitatem & misericordiam præ  
cæteris celebrarunt, ita Joannes inter  
Evangelistas unicè dilectus discipulus pri-  
matum obtinuit, in describendis argumentis divini amo-  
ris & beneficentiae. Etenim non solum multa insignia  
Christi erga discipulos & humanum genus amoris indi-  
cia ab alijs Evangelistis praetermissa, verum etiam non-  
nulla ab illis insinuata, fusore calamo feliciter expressit  
cum suis adjunctis & circumstantijs, ut passim totus a-  
morem spiret. Nuspiam verò ejus calamus excurrit libe-  
rius, quām ubi enarrat gesta in ultima cœna, priusquam  
Dominus Passionem suam auspicaretur. Ibi & sermo-  
nem affectuosissimum quem alij prætereunt, & pedum  
lotionem, & sanctissimi Sacramenti institutionem perse-  
quitur, eā facundiā, quæ, nisi lapidea sint hominum cor-  
da, facile tam legentem, quām audientem in divina dile-  
ctione colliquefcere faciat. Illud nobis velut compen-  
dio & synopsi expressum hodie suffecerit : *Cum dilexisset  
suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.*

I I. In varios sensus Patres abeunt cum hæc verba  
explanant, *in finem dilexit eos.* Augustinus & Beda duas  
adhibent interpretationes, quarum una est, ut finis Chri-  
stum significet, quia *Christus*, ut inquit Apostolus, *finis le-  
gis est.* Dilexiſſe igitur Apostolos Christus dicitur propter  
se, aut suam illis gloriam impertiendo. Altera expositio  
est ; *In finem dilexit eos*, id est usque ad mortem. Sentio  
cum Maldonato qui ait : *Ego Chrysostomi Leontij Theophy-  
lati & Euthymij interpretationem probo qui putant sensum  
esse, cum Christus semper suos dilexisset, ad Patrem ta-*

*August. &  
Beda in  
Joann.  
Rom. 10.  
v. 4.*

*S. Chrysost.  
Leont.  
Theophil.  
Euthym.*

*don. inc.* men discessurus multò majorem erga illos amorem ostendit, quando scilicet & pedes eorum lavit, & sanctissimo suo corpore & sanguine pavit. Hic sanè Christi amor in Apostolos limites & confinia excessit amoris, quo ferrari solent Domini in subiectos, parentes in liberos, Magistri in discipulos. *Moriens Dominus*, inquit bonus author, *Dilexit in finem, quatenus non simplicem finem, sed pulcherrimam fecit amoris sui coronidem.* Nempè jam ille quoque finis advenerat propter quem Dei Filius de cœlo descendens humanam naturam induit; finis redemptionis humanæ consummandus acerbissimâ passione. In hunc finem intendens dilexit suos, qui erant in mundo, cum eis mensam posuit. *Hoc est enim corpus meum, & vinum miscutum: Hic est enim calix sanguinis mei.* Memoria mirabilem: *Hoc facite in meam commemorationem.*

*Luc. 22.  
v. 19.* III. Sed ut hoc clarius discipiamus, libet subsequentia in textu Evangelico verba huc advocare: *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, surgit à cœna, & ponit vestimenta sua.* Quæ causa isthæc ad tantæ dilectionis exhibenda indicia, ad surgendum à cœna, ad ponenda vestimenta, ad pedes Apostolis abluendos? ideóne demittitur ad inusitatum genus demissionis, quia sciebat, quod omnia dedit ei Pater in manus? quia emancipatum qua-

*D. Ambros. in Psal. 48.* si filium Pater constituit hæredem universorum? D. Ambrosius considerans prædicta verba: *Dominus*, inquit, *discipulis pedes lavit, ut lavaret venena serpentis.* In Paradiso serpens venena diffuderat, quæ humanum genus universum corruperunt: tota propago Adamica attrahebat lethale virus per generationem; huic inventum est è cœlo antidotum; Dei Filius assumptâ humanitate demisit se se ad pedes hominis, eique pedes abluit, ut eo signo ostenderet suis meritis depulsum omne venenum, & proprie-  
*Rup. Abb.* fligatum quod ad mortem inficiebat peccatum. Rupertus Abbas: *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, idcirco pedes discipulorum lavit.* Quid vero per ly *omnia intelligatur, differen-*

*Did. de Baæza To.**I. in E-**vangel. lib.**3.c. .5.3.*

dissentient Patres : S. Hilarius tradit datam Christo divinitatem, & per eam quidquid illi annexum est. S. Chrysostomus *omnia* interpretatur potestatem miraculorum. S. Hieronymus, *omnia* idest omnes homines : Euthymius, *omnia* idest omniscientiam. Theophylactus, *omnia*, <sup>ap. Mal.</sup> idest omnipotentiam & salutem omnium hominum ; quasi innueret, ideo Christum lavisse pedes discipulorum, ut in eis velut omnes homines representantibus ablueret iniquitates omnium, & omnibus salutem procuraret. Mihi placet S. Irenæi cogitatio, qui *omnia* dicit esse dominium omnium creaturarum. Ergo ideo Dominus lavat pedes discipulis, quia factus est *Dominus universorum, & Rex Regum, & Dominus dominantium*, ut impleret quod Ecclesiasticus ajebat : *Quanto magnus es, humilia te in omnibus.*

*S. Hilar.**S. Chrysost.**Hieron.**Euthym.**Theophyl.**ap. Mal.**don.**3. Irenæa.**Ecclesiast.**v. 20.*

IV. Quater millibus annorum stetit mundus, priusquam audiretur nomen humilitatis. Praecepta fuerunt antiquis tradita per Moysen, quibus sterni possent idolatria, quibus veritas induceretur in tribunalia, quibus reverentia conciliaretur parentibus, injuriæ propulsarentur à proximo, stabiliretur honestas, innocentia à violentia protegeretur, suum cuique intactum maneret, sed ubi animi demissio introducenda fuit, & fastus dominantium coercendus, neceesse fuit Dei Filium è cœlo descendere, qui id non verbis aut præceptis, sed factis & exemplis doceret : Quo sensu ajebat Magnus Gregorius: *S. Gregorii.*  
*Ad hoc namque unigenitus Dei Filius formam infirmitatis nostræ suscepit ; ad hoc non tantum visibilis, sed etiam respectus apparuit, ut superbum non esse hominem doceret humilius Deus.* Et hæc ipsa causa est, quod matrem sibi diligens, habere voluerit humilem, tametsi haberet stirpem Regiam quâ gloria-  
retur. Nam ut ipsamet de se cecinit : *Respxit humilitatem ancillæ sue.* Castissima erat, virgo erat, modesta erat, pia in Deum erat, charitate in proximum plena erat : non respexit ille Virginitatem, modestiam, pietatem,

*4. Ep. 82.*

*S Ambros.* charitatem, sed respexit humilitatem. Ob quam à S. Ambroſio appellatur. *Magistra humilitatis.* Adeſte nunc ambitioniſi, & vano natalium fastu, ac emendicatiſ dicam anementitiſ majorum turgidi facinoribus, videte Filium Dei, primatē mortalium ad pedes diſcipulorū abjectum, & postremiſſimo etiam mortalium omnium Judæ pedes ahluentem. Non potuit ſe magis demittere Homo-Deus, quam ſi ad pedes prodiſtoris ſui, cui inter homines locus concedi non potest niſi poſtremus, & numerari non debet inter homines ſed poſt homines, advolueretur. Hoc profeſtō eſt : *Cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos;* lavando pedes etiam illi, qui numerum hominum poſtremus claudebat, rejectus in syllabi finem extremuſ.

V. *Cum dilexiſſet ſuos in finem dilexit eos.* Suprema majeſtas viles homunculos : Creator ſuas creaṭuras. Canat Poëta :

*Ovid. 3.  
Metam.*

*Non bene conueniunt, nec in una ſede morantur  
Majestas & amor.*

*S. Greg.  
tom. 40.*

Deus increatus creaṭuris unitus hæc duo conju[n]xit, in quem nihil potest cadere inconveniens : nihil agit quod indecorum ſit, tametsi nobis inſolitum & mirabile videatur. S. Gregorius signatè innuit Chriſtum benedictum lavare voluiffe pedes diſcipulorū, ut Judæ pedes ablueret, ac eo demiſſionis genere induratum prodiſoris cor emolliret. Verba ejus depromo : *Sciebat, quia omnia dedit ei Pater in manus, inter quæ omnia ē & ipſum traditorum, & eos quibus tradendus erat, ut de his omnibus, quæ vellet faceret.* Ah benigniſſime J E S U, in quo ſunt omnes ſapientiæ & ſcientiæ theſauri, quem nullum latet ſecretum, non te latet, quid inter impiiſſimum Judam & Principes facerdotum non pridem tranſactum ſit, quod paſtum initum, quod foedus percuſſum ? grande tibi periculum imminet : concilium inierunt Principes quomodo te do[lo] tenerent & occiderent ; Judas te illis vendidit, ſe proditorem

ditorem nefarium constituit : Pater æternus omnia tibi dedit in manus , & inter hæc omnia etiam proditorem , etiam sacerdotes , & universam synagogam invidiâ tuæ virtutis laborantem. Quin igitur uteris potestate accepta ? quin fulmen vibras ? quin extinguis & disperdis o-  
dientes te ? *Tempus faciendi Domine ; dissipaverunt legem tuam.* Quid tibi opus tristari & conqueri : *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Vindicta est lætitia tristium , est re-  
focillatio animi perturbati , est refrigerium accensi fan-  
guinis : Utere vindicta. Verum mansuetissimus Servator meus : *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus ,* sacras applicat manus ad benignitatem , & cœpit lavare pedes disci-  
pulorum , ac etiam ipsius nequissimi Judæ.

V I. Poterat tunc Judam , & totum Judaicum popu-  
lum , sicuti ex nihilo creaverat , in pristinum nihilum re-  
trudere : *Cœpit lavare.* Poterat Judam & Principes sacer-  
dotum , eorumque satellitum omnibus illis pœniscasti-  
gare , quibus olim Moyses afflixerat Ægyptios : *Cœpit Exodi. 7.  
lavare.* Poterat mandare uti Elias : *Descendat ignis de cœ- 4. Reg. 1.  
lo , & devoret te ( Judam ) & quinquaginta tuos ,* Principes v. 10.  
sacerdotum ac seniores populi . *Cœpit lavare.* Poterat  
jubere , ut terra aperiens os suum deglutiret adversarios ,  
sicut olim Core , Dathan , & Abiron : *Cœpit lavare.* O Num. 16.  
Magdalena tu quidem etiam ante paucos dies pedum lo-  
tionem instituisti Bethaniæ , sed ingens inter hanc & illam  
intervallum occurrit . Procidisti in genua ceu creatura  
ante Creatorem , ceu homo coram Deo , ceu Ancilla co-  
ram Domino , ceu peccatrix ante innocentiam , ceu im-  
pura ante purissimum . Elegisti tibi inter confidentes præ-  
cipuum & nobilissimum : Fecit ille tibi gratiam sum-  
mam , quod ad pedes suos admiserit , quam Pharisei à  
se repulissent . Hic vero procidit Creator ad pedes crea-  
turæ , Deus ad pedes hominis , Dominus ad pedes servi ,  
sanctissimus ad pedes peccatoris impiissimi , purissimus ad  
pedes impurissimi , nobilissimus ad pedes postremissimi

mortalium, ad pedes Judæ sui proditoris ! Extollimus & admiramur ( idque jure merito ) supremum in terris caput Christi vicarium , qui more à majoribus traducto quotannis in Vaticano duodecim peregrinis pedes abluit , & tiaram regnaticem mundi ad terram inclinat : sed quid hæc demissio ad Dei hominis demissionem ? homo est , & hominibus id præstat obsequium , & quid si aliquando meliori ? quid si aliquando ipsi Christo sub peregrini habitu accedenti , uti accidisse referunt historiæ ? Christi demissione ad pedes Judæ nihil potest demissius excogitari .

*VII. Cœpit lavare.* Quid obsecro mysterij est , quod caput paulò post gloria & honore coronandum , ad infirmam corporis partem , ad pedes se demittat ? obversatur memoriae simulacrum illud Nabuchodonosori ostensum , à Daniele divinitus cognitum & explicatum . Stabat colossus cuius caput ex auro optimo , pectus & brachia ex argento , venter & femora ex ære , tibiæ ferreæ , pedes ex ferro & argilla . Et ecce abscissus est lapis de monte exiguus , qui prætermisso auro , argento , ære , ferro in pedes ruit , eos confregit ac comminuit in pulverem , & una ingentem illam machinam detraxit in terram . Unanimi consensu interpretum lapis de monte abscissus qui statuam comminuit , est Christus benedictus , *lapis angularis* , fundatum Ecclesiæ . qui se ad pedes testeos & figlinos demisit in memoriam revocans discipulis quod ex limo & pulvere formati sunt , nec superbire debent terra & cinis : demisit se ad pedes Judæ arrogantiæ & fastum ejus , quo se in Creatorem audebat attollere , depressurus . Atque utinam infelicissimus mortaliū cum Petro exclamasset : *Domine tu mihi lavas pedes ? mihi proditori ? mihi sacrilego ? & humiliatus sub potenti manu Dei , imminentem sibi ruinam avertisset ?*

*VIII. Cœpit lavare.* Voca ista *cœpit* , quæ initium denotat , occasionem dedit Patribus inquirendi à quoniam

nam Apostolorum initium sumpserit Christus cum eis pedas ablueret. Textus Evangelicus ambiguus est : *Cœpit lavare, &c. Venit ergo ad Simonem Petrum.* Solius Petri meminit, nec tamen primum fuisse in ablutione satis declarat. Utrumque enim sensum habet, & quod prius laverit alijs, deinde ad Petrum accesserit, & quod ab ipso sit exorsus. S. Augustinus, Beda, Rupertus & alij Latin. Patres existimant, cum in alijs occasionibus Petrum primæ delatae sint, primum etiam collocatum in pedum ablutione. Econtra Græci Origenes, Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, Leontius, &c. Sentiunt à Iuda traditore initium ductum, & rationem assignant, quod Christus in hoc demissionis exercitio expresserit sollicitum medicū qui primum partes infirmiores corporis curat, & inter ægrotos eum primo invisit, qui potissimum periclitatur. Ut ut res se habuerit ; illud certum, quod benignissimus Servator etiam ad lutulentos pedes Iudeæ procubuerit, & haud dubie affectuosius attrectaverit, presserit, & suaviatus sit, ut induratum & lapidatum cor ejus emolliret ad pœnitentiam. Videor mihi audire quasi usurpantem illa verba Chrysologi : *Homo S. Pet. jam tibi pave, quia ut tibi parcas, tuos Deus lavat, tuos tenet, tuos amplexatur pedes.* Ah Iuda ingratissime discipule cui tanta exhibui beneficia, quem in numerum meorum discipulorum adlegi, cui curam meæ domus concredidi, & dispensatorem rei familiaris constitui ; annon oportet te hac mea demissione fleti & emolliri, quod ego Magister tuus, Dominus tuus, Deus tuus, ad pedes tuos provolutus hæream, & quasi à te gratiam petam, non ut evadam paratam Passionem, cuius sustinendæ nulla me cogit necessitas, sed ut tuimet miserearis, tibimet parcas, tuam animam salves. Iuda si inimicus meus maledixis- Psal. 54. Jet mibi, sustinuisse utique, &c. Tu verò homo unanimis : *Dux v. 13. meus, & notus meus ; qui simul tecum dulces cupiebas cibos ; in domo Dei ambulavimus cum consensu.* Tu ille es, qui me prodis,

S. Aug. in  
joann.  
Beda. Rup.  
Mal-  
don. Orig.  
Chrysost.  
Leont.  
Theopyl.  
Euthym.  
apud eum-  
dem.

S. Pet.  
Chrysol.  
ferm. 23.

Psal. 54.

dis, qui me vendis, qui me Judæis ad infame supplicium tradere disposuisti. O Juda perpende quid agas, considera quis pedes tuos amplexetur. Amo te etiamsi a morem non reciproces; amo te etiamsi ingratus sis; amo te etiamsi meum proditorem agas. Videte stipitem immotum, inflexiblem, induratum, qui nullo afflato benignissimi Spiritus commovetur, sed finit ad satietatem iordidissimos suos lavari pedes. O mi JESU! *Æthiopem lavas*, nunquam ille dealbabitur. Effunde igitur iram tuam: *Veniat mors super illos, & descendant in infernum viventes*, qui Judæ duritiei participant. Sed *benignus est Spiritus Sapientiae, Philanthropos, amicè nos etiam ingratos complexans & dissimulat Judicem, qui vult implere genitorem*, ut ait Chrysologus.

Psal. 54.

v. 16.

S. Pet.

Chrysol.

Oliva. To.

2. fol. 252.

Barry.

Ann. And.

Quadrag.

I X. Non miror amplius tantoperè Christi in terris Vicarios, Reges & Principes ad pedes pauperum proculdos, qui quidem exemplo Salvatoris sui maximum demissionis suæ exhibent argumentum, laudabilis & digna æmulatione est hæc submissio. Non miror Gallicanum Romanum Consulem properantem ad littus ostia ut peregrinantibus famuletur, ut ægrotis in Nosocomijs inferviat; S. Ludovicum Regem Franciæ qui quot hebdomadis viginti sex pauperibus pedes ablueret, eosque mensæ adhibere consueverat. S. Andream Carmelitam Episcopum & S. Robertum, qui idem devotionis & submissionis genus exercebant: B. Isabellam S. Ludovici sororem quæ quotannis feria quinta majoris hebdomadæ tredecim pauperibus fœminis post ablutos pedes & instructum epulum largam profundebat Eleemosynam, singulis triginta argenteos numerando in memoriam triginta argenteorum, quibus impius Judas Salvatorem vendidit: B. Joannam Reginam Portugalliarœ, uti & D. Elisabetham Reginam item Portugalliarœ, quæ ferijs sextis per Quadragesimam idem charitatis & submissionis obsequium iterabant, quarum D. Elisabetha in ejusmodi actu

actu fœminam carcinomate laborantem osculo sanavit felicior in hoc meo salvatore , qui fœtidum Judæ carcinoma nec osculo nec pedum ablutione curavit. Nec minor illa demissio , S. Francisci Borgiæ ex Duce Gandiæ tertij Societatis J E S U Præpositi Generalis , qui die quo- Scip.  
dam Cœne Domini non reperire se amplius ajebat locum quo Scambata.  
in mundo degeret , postquam sibi debitum ad pedes Jude Salvator in Vita. c.  
IS. occupasset. Illo se & pejorem dicebat , & in æternis supplicijs in-  
fra pedes illius proditoris sibi locum esse destinatum. Summè  
haud dubiè meritoria fuerunt , & sunt talia pia humilita-  
tis exercitia , sed non attingunt Domini ac Salvatoris no-  
stri incomparabilem demissionem , qua se ad pedes po-  
stremissimi , duri cordis & impoenitentis Judæ abjecit ;  
qua summus imo , Deus homini , creator creaturæ  
servivit.

X. Discamus Christiani , qui magni vel sumus , vel  
esse volumus , ab hisce coronatis capitibus , qua licet ve-  
stigia premere Salvatoris. Discamus nos demittere , in-  
clinare cervices , succurrere miseris , amplecti non de-  
spicere inferiores. Nam cum præstamus obedientiam  
majoribus , cum obsequia præstamus æqualibus , nihil  
agimus quod agere non teneamur. Sed ad eorum pro-  
perare servitia , qui sunt infra nos positi , hoc demum ve-  
ræ submissionis , & Christi imitationis argumentum est ;  
sic fidejubente S. Chrysostomo , qui allegato exemplo  
Abrahæ cedentis Loth fratreuli , Auditores suos his ver-  
bis alloquitur , quæ ad vos quoque dicta existimate : Ob- S. Chrysost.  
secro ut studeamus ita imitari Patriarchæ virtutem , & sequi bom. 33°  
vestigia ejus , qui ante legem tantam Philosophiam præsetulit , nos in Geno.  
qui in gratia versamur. Ista enim vera est humilitas , quam exi-  
mius ille vir declaravit erga eum , qui multo se fuit inferior ;  
non solum ob virtutis rationem , sed & propter ætatem & alia  
omnia. Cogita enim quod senex juveni cessit , & patruus nepo-  
ti , & qui tantam à Deo sortitus gratiam , ei qui in nullo magnum  
aliquid specimen præbuit : & ea quæ oportebat illum dicere ut  
Sacra Peregrinatio. C ju-ve-

18 Sac. Peregr. Stat. I. in Cœnac. Considerat. I. Lotio Pedum.  
ju-venem ad senem ætate & dignitate, & patrum; illa Patriar-  
cha ad ju-venem dicebat. *Igitur nos quoque non eis tantum*, qui  
ætate nobis sunt majores, *vel etiam æquales honorem exhibeamus.*  
*Non est enim humilitas facere, quod necessitate debes, vel cogeris:*  
*boc inquam non est modestia, sed debiti.* Vera autem modestia est,  
quando cedimus ijs, qui nobis videntur esse minores, & eos vene-  
ramur, qui nobis videntur esse magis indigni quam nos, &c. Et  
boc dico non de nobis, qui innumeris immersi sumus peccatis; sed  
etiam si quis sibi plurimorum bene gestorum conscius sit. Tali  
exemplo præavit nobis Christus ad Judæ pedes, proinde  
quemadmodum ille fecit, ita & nos faciamus. Anteponit  
se Christo, qui se omnibus non  
postponit.



# CONSIDERATIO II.

*Pro Dominica I. Quadragesimæ.*

## INSTITUTIO SANCTISSIMI Sacramenti.

### THEMA.

*Memoriam fecit mirabilium suorum misericors &  
misericator Dominus, escam dedit timentibus se. Psal. 110.*

### SYNOPSIS.

- I. Enarrare universa Dei mirabilia David proponit quod est impossibile, nisi apud altare per compendium.
- II. Inclusit enim Deus in Sacramento altaris omnia mirabilia. Præceteris mirabile est demergio Pharaonis in mari rubro.
- III. Et columna nubis & ignis antecedens populum Israël in deserto, quæ designabant SS. Sacramentum.
- IV. Mirabile etiam Incarnationis mysterium, quod in SS. Eucaristia renovatum est.
- V. Est enim hoc Sacramentum quedam hominis concarnatio cum Filiō Dei, & gratiolor quam Incarnatio.
- VI. Admissus ad hoc convivium etiam proditor, sicut ab Augusto Libertus, & ad colloquium Cinna proditor, sed hic conversus non item Judas.
- VII. Nubes quæ Israëlitas deduxit obscura fuit Ägyptijs, lucida Israëlitis, hos protexit, illos fulminavit, sic Eucaristia Inde nocuit, Apostolis profuit.
- VIII. Unde illi lemma convenit: Mors est malis, vita bonis. Quam proinde nemo Indas, nemo malus accedat, quantumvis honoratus.
- IX. Viderint qui indignè accedunt, cum ex mente Chrysostomi potius energumeni, quam peccatores admitti deberent.
- X. In Hac igitur columna sive prima statione Dei Filius statuit memoriam suorum mirabilium, & ostendit se in finem dilexisse suos, ut amplius non posset. Accedamus cum debita preparacione & reverentia.

*Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se. Psal. 110.*

## I.

Psal. 25.  
v. 7.

Job. 5.  
v. 9.

Psal. 110.

**B**ropositum illud Regij Prophetæ : *Circumdabo altare tuum Domine, ut audiam vocem laudis, & enarrem universa mirabilia tua me magnoperè perplexum reddit, ut dubius hæream, annon Regius Psaltes supra humanae vires aliquid meditetur, & impossibile quiddam, ac humanæ linguæ ineffabile se narraturum promittat. Ut enarrem universa mirabilia tua. Non est profecto humanæ facultatis, non est nostrarum virium enarrare universa mirabilia Dei, quorum non est numerus. Eliphaz apud patientem Jobum Dei attributa recensens : Qui facit, inquit, magna & inscrutabilia, & mirabilia, absque numero. Potest intellectus noster ad infinita simul in confuso se extendere, ad singula seorsim non potest : multò minus lingua eloqui potest infinita. Quid ergo decernit David : Ut enarrem universa mirabilia tua ? quid supra vires molitur, & aggredi audet quod est impossibile ? Observemus circumstantiam, in qua se id præstare posse confidit : *Circumdabo altare tuum Domine.* Ergo ad altare Dei deprehendit David universa mirabilia. Contemplabor, inquit, altare tuum, & meis ambiam cogitationibus, accuratè investigabo sacrificia, expendam victimas, & spero me affecuturum ut enarrem universa mirabilia tua. In quo quæso altari, in quo sacrificio, in qua victima id deprehendit ? non sanè in holocaustomatis Judæorum, in victimis populi Israëlitici, ubi maectabantur Tauri & arietes, in quo fundebatur sanguis brutorum, sed memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se : In altari novi testamenti, in quo idem sacerdos & victima, in quo seipsum immolavit, & escam dedit timentibus se. Hic Dominus memoriam fecit mirabilem*

*lium suorum*, hic in compendium & synopsim redegit omnia mirabilia sua. Solemus nos ea, quæ fūse scripta in voluminibus continentur, ne memoriā excidant, in compendium & synopsim contrahere, & breviter annotata *Memorialia* nuncupare. Idem egit Deus cum in altari suo collegit in Epitomen omnia mirabilia, quando escam dedidit timentibus se. Imitemur Davidem, & circumdantes altare Domini, quantum licuerit enarremus in compendio miraculorum sanctissimo altaris Sacramento mirabilia ejus.

II. D. Thomas Doctor Angelicus qui tenerimè affiebatur sanctissimo Sacramento considerans allegata Psalmistæ verba : *Memoriam fecit mirabilium suorum.* In hoc mysterio inquit, *Deus tot ac tanta mirabilia inclusit, quod in ipso videtur quasi omnium mirabilium que ab initio mundi fecit, memoriam renovasse.* Et prius id nominaverat : *Miraculum à Deo factorum maximum.* Sanè ingentia fuere miracula quibus populum Israël ab Ægyptiaca servitute eduxit, Ægyptum castigavit, ad verbum Moysis mare rubrum divisit, in eoque Pharaonem cum universo exercitu demersit : Unde idem Psaltes canebat : *Fecit Magnalia in Ægypto ; mirabilia in terra Cham : terribilia in mari rubro.* Sed longè majus miraculum est, quod in poculo sacratissimi sanguinis sui ceu mari rubro omnem dæmonum potestatem demersit. Huc respexisse videtur D. Cæsarius Nazianzenus cum dicebat : *Illudit Dominus intellectu Pharoni cum toto exercitu suo Ægyptiorum dæmonum in visibiliter flagellato, & submerso ipso, per id quod dicit : Pater si fieri potest, transeat à me poculum hoc.* Quasi diceret ; effundatur hic calix in hostes humani generis, submergatur infernalis Pharaon cum universo exercitu suo ; sit illi passio mea in ruinam & exterminium, ut liberetur ab ejus servitute populus meus.

III. Demerso Pharaone progrediebatur Israëliticus populus ad terram promissionis inquirendam : *Dominus Exodi. 13. autem v. 21,*

*autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis. In quem locum S. Ambrosius: Illa autem nubes significabat Dominum J E S U M in nube venturum, hoc est in Virgine Maria. Aliter Glossa ordinaria & congruentius nostro proposito. Christi Sacramentum manifestum est in carne tanquam in nube. Velavit se speciebus candidi panis, abscondit substantiam, & novo genere objecti visibilem se præbuit oculis, palpabilem nanibus, gustabilem palato. Quid mirabilius? Memo-*

*Dic. arch.  
Eratost.  
I. olyb. ap.  
Natal.  
Mythol.  
lib. 7. c. 1.*

*riam heroicorum facinorum post se relicturus Hercules columnas statuisse fertur, quibus vanâ ostentatione & laudis cupiditate inscripsit: Non plus ultra. Memoriam mirabilem suorum posuit Dei Filius columnam nubis, sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, cui longè melius inscriperis: Non plus ultra. Hic terminus est miraculum Dei, hæc columna est laborum finis, hæc miraculorum compendium. Nam cum dilexisset suos in finem dilexit eos. In fine vitæ & peregrinationis suæ statuit monumentum amoris sui, columnam terminalem, ultrà quam veluti protestatur se progredi non posse. Augustini effato:*

*August. ap.  
Paolavi.  
die. Iov.  
S. Pens. 1.*

*Audeo dicere quod Deus cum sit omnipotens plus dare non potuit. Hinc est quod Ecclesia huic mysterio primum inter omnia miracula locum tribuit stupendum super omnia miraculum appellans. Magnum miraculum per medium maris rubri educi Israëlem sicco pede; magnum miraculum demergi in profundo Pharaonem cum exercitu; magnum miraculum populo viæ ducem esse columnam nubis per diem, eamdemque columnam ignis per noctem; magnum miraculum subcinericum panem devolvi in castra Madian, & profligare hostes Gedeonis, ut cætera fileam, sed hoc est stupendum super omnia miraculum, quo Dei Filius seipsum coarctat in parvula panis frustilla, seipsum præbet escam mortalibus: Caro cibus, sanguis potus, manens tamen Christus totus, sub utraque specie. Hic se quodammodo exhausit omnipotentia Dei, hic posuit terminum mirabilibus suis.*

*Josue 7.  
v. 13.*

*Hymn.  
D. Tho.*

IV. Quod

IV. Quod Deus in terram descenderit, & naturam humanam assumpsit, quod *verbum caro factum sit*, quis non miratur? *A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.* Sed unicum tantum naturæ individuum tunc assumpsit: per Sacramentum verò altaris ( si ita loquitur) assumit singulas, & in singulis renovat Incarnationis mysterium. *Innova signa, immuta mirabilia proclamat Ecclesiasticus.* Profectò in altari Dominico innovantur signa, multiplicatur Incarnatio verbi: quo alludens Chrysostomus: *Non fuit satis ( inquit ) hominem fieri, colaphis cædi, & crucifigi, verum & semetipsum nobis commisceret, & non fide tantum, verum & ipsa re nos suum efficit corpus.* Et alibi cum sanctissimum Sacramentum appellasset mysteriorum miraculum, ait: *Propterea semetipsum nobis immisceret, & corpus suum in nos contemperavit, ut unum quid efficiamur, tanquam corpus capiti coaptatum, ardenter enim amantium hoc est.* Annon hoc est denuò & multoties incarnari? Annon quodantenus majus miraculum ipsa prima Incarnatione; & assumptione naturæ humanæ? Illic sibi univit unione hypostaticâ naturam nostram; hic se nobis unit per gratiam: illic assumpsit corpus humanum extensem; hic idem corpus coarctat in minutissimas particulas: illic velavit Deitatem in corpore humano, hic velat Deitatem pariter & humanitatem sub speciebus panis & vini. Facilius capio Incarnationem, quam sacramentalem unionem. Fides utrumque amplectitur, sed hic plus habet quod miretur. *Est omnino stupendum super omnia miraculum.*

V. Amplius aliquid hic meditor, & admiror. In illa Incarnatione qua Dei Filius naturam humanam assumpsit factus sum illius naturæ particeps, illius cognatus; in hac verò (ut magis propriè dicam) concarnatione factus sum idem ille, & ille factus est idem ego. Credo ipsiusmet verbis: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet & ego in illo.* *Quid jam mirabilius?*

Matth. 21.

v. 42.

Marci.

12. v. 7.

Ecli. 36.

v. 6.

Idem. hom.

61. ad pop.

S. Chrysost.

hom. 60.

ad pop.

Idem. hom.

61. ad pop.

cognitionem sortiri cum multis , an idem esse cum singulis ? sanè ego plenus admiratione, cum perplexus haerream in hoc mysterio, dicere ausim cum Ambroſio : *Non minoris quidem existimo sanctæ Virginis partum, sed gratius sumo benedicti corporis Sacramentum.* Major ibi est amor, ubi major conjunctio. Et si Petro Cellensi dicere placuit de veteri illo Patriarcha Josepho : *Joseph ubique gratus, sed magis in convivio :* Dicere mihi liceat *J E S U S ubique gratiosus, sed magis in convivio :* Gratus in humanitate assumpta, gratus in vitae decursu, gratus in miraculis, gratus in curatione morborum , gratus in horro , gratus in cruce , *sed magis in convivio*, quod ante Passionem instituit, in quo exhibuit toti mundo stupendum super omnia miraculum.

VI. Sed ad ipsam accedamus mensam admirandi convivij. Assederunt constituti Principes super omnem terram , assederunt dilecti discipuli , & cum his etiam proditor Judas , quem Servatoris confessione justo titulo diabolum nuncupes. Hæret attonita lingua , vox faucibus hæret, ut nesciat quid eloquatur. Tradit Suetonius ex Valerio Messala de Augusto Cæſare : *Neminem unquam libertinorum adhibitum ab eo cœnæ, excepto Mena, sed asserto in ingenuitatem, post proditam sexti Pompeij Classem.* Utilis hic Republicæ & Augusto proditor, sed inutilis humano generi, & noxius Dei Filio proditor Judas adhibetur convivio divino,cui ministrant Angeli, in quo cibus apponitur ipse Dei Filius. Obstupesco mansuetudinem, obstupesco benignitatem Servatoris. Verè *benignus est Spiritus Sapientiae*, qui nec capitalissimum hostem à mensa sua repellit. De ejusdem Augusti clementia narratur. Cum jam Quadragesimum excessisset annum , delatum est ad illum L. Cinnam adolescentem nobilem ac Pompeij nepotem insidias illi struere. Dictum est ubi , quando , quomodo aggredi vellet. Decreverat enim sacrificantem interficere. Dictabatur proscriptionis sententia , sed Au-

S. Ambroſ.  
lib. 3. de  
Spir. S.c.  
18.  
Pet. Cel-  
lens. de  
panib.

Suet. in  
Aug. c. 74

Lycosth.  
tit. de cle-  
ment.

Augusto interim varias edente voces, ingressa Livia uxor. Fac, inquit, quod medici solent, qui ubi usitata remedia non procedunt, tentant contraria; *Severitate nihil adbuc profecisti; ignosce.* Protinus jubet accersiri solum ad colloquium: venienti alteram cathedram poni jussit. *Hoc,* inquit, *Cinna primum abs te peto, ne me loquentem interpellas;* dabitur tibi loquendi tempus. *Hic commemoratis pluribus in Cinnam beneficijs, quod servasset repertum in castris hostium, quod patrimonium omne concessisset, quod insuper ornasset sacerdotio: rogarvit, quare putasset ipsum occidendum?* Perturbato Cinna sic finiit objurgationem. *Vitam tibi Cinna iterum do, prius hosti, nunc insidiatori & parricidae.* Ex bodierno die inter nos incipiat amicitia; contendamus utrum ego meliori fide vitam tibi dederim, an tu mibi debeas; & consulatum obtulit. Ah mi J E S U in te quidem Augustum video, & plusquam Augustum, sed in Juda Cinnam non video: ex insidiatore factus ille amicus est, hic proditor & parricida permanxit. Auxisti illum pluribus beneficijs, tolerasti murmurantem, ornasti sacerdotio, lavisti pedes indigno, osculo donare decrevisti, sed ille perseverat in sanguinario proditionis apparatu: vitam quam tibi debet, repudiat; Apostolatum dimittit, ad interitum festinat. Profectò etiam hic *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus.* Hebræus <sup>Hebr. ap.</sup> legit, *misericors & evisceratus Dominus,* quasi totum penū misericordiæ in ingratum effunderet: quo sensu oramus: *Per viscera misericordiæ Dei nostri.* Quæ cum nollet impius recognoscere, merito crepuit, & effusa sunt viscera <sup>Luc. 1. v.</sup> <sup>78.</sup> ejus. Etenim

VII. Ut ad symbolum nubis redeamus; nubes illa, quæ populum Israëliticum antecedebat proficiscentem, ambidextra fuit, uti populo Dei gratiosa, sic ejus inimicis formidabilis. Notat Abulensis, quod cum nocte populus consistere juberetur, columna ab ea parte quā <sup>Abulen. in c. 14.</sup> pulum respiciebat, fuerit ignea & lucida ut illuminaret Israëlitas, ab alia verò parte qua Ägyptijs obversa erat, *Sacra Peregrinatio.* D ob-

obscura & tenebrosa fuit: ne scilicet Ægyptij ejus lumen abusi repentinâ incursione Israëlitas possent opprimere. Addit Lyranus non obscuram modo à parte Ægyptiorum fuisse, verum etiam fulminibus gravidam, quod

*Exod. 14.* ex illis verbis Exodi recte divinat: *Respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis interfecit exercitus seruum.* Sic omnino, qui panem Eucharisticum indignè manducat, judicium sibi manducat. Impius Iudas ausus communicare in obstinati cordis duritia judicium sibi manducavit. Nam *post bucellam introiavit in eum Sathanas*, & ubi locum non habuit benedictio, subingressa est maledictio, ingressa est inquietudo conscientiae, ingressa cum Sathanas desperatio. *Cum ergo accepisset ille bucellam, exiavit continuo.* Erat autem nox. Nox temporalis, in qua tamen rutilabat lux mundi, sed quamvis lux in tenebris luceret, tenebrae eam non comprehenderunt. Columna nubis Israëlitas irradiabat, in Pharaonem detonuit. *Introiavit in eum Sathanas*, unde velut fulmine ictus exiavit continuo, nec multò post cum non resipseret crepuit medius.

VIII. Unde columnæ huic mysticæ, quam in domo sapientiae erectam cernimus, illud lemma ex hymno D. Thomæ aptare licet: *Mors est malis, vita bonis.* Caveamus Christiani ne vitalis hic cibus mortem nobis generet potius quam vitam. *Nullus itaque Iudas affstat, nullus*

*S.Chrystostomus ararus.* (Utor verbis Chrysostomi) *Si quis est discipulus hom. 60. ad pop.* *adfit.* Nam tales mensa non suscipit: ait enim: *Cum discipulis meis facio Pascha.* Inhumanus accedit nemo, nemo crudelis & immisericors, nemo prorsus immundus: *hæc ad communicantes dico, & ad vos ministrantes.* Omnibus scilicet ad memoriam mirabilium Dei, ad compendium miraculorum cum metu & tremore, cum pura & munda conscientia accendendum est; & sacerdotibus quidem præter puram conscientiam, aliud imponit præceptum idem Chrysostomus, quod bene inculpendum est cordibus nostris.

Ait

Ait ergò : *Et ad vos sermonem con-vertere necessarium est , ut S. Chrysostomus*<sup>ib.</sup> *multo cum studio hæc dona distribuatis. Non parva vobis immi-*  
*net ultio , si quem cuiuspam consciū nequitiae , bujus mensæ par-*  
*ticipem esse concedatis : sanguis ejus de manibus vestris exqui-*  
*re-tur. Sed obsecro te dive Chrysostome quid agendum*  
*siquis è Magnatibus mensam Dominicam accedat , quem*  
*nisi cum periculo & jactura rei familiaris licet offendere;*  
*si quis in potestate constitutus veniat , de quo nobis con-*  
*stat , quod in continuo vivat concubinatu , quod de nul-*  
*la unquam seria emendatione cogitet , quod accedat se-*  
*mel in anno ad peccatorum confessionem , sed absque*  
*proposito emendationis , imò cum proposito perseve-*  
*randi in scelerato genere vitæ. Eumne etiam repelle-*  
*mus à Cœna Domini ? Respondet Chrysostomus : Si ve Chrys. cit.*  
*quis Dux militie sit , si ve præfetus , si ve Princeps Diadematè*  
*coronatus ; indignè autem accedat , prohibe : majorem illo potesta-*  
*tem habes. O tempora ! O mores ! ubi nunc ejusmodi sa-*  
*cerdotes , qui hac potestate velint uti ? ubi ejusmodi*  
*Episcopi , qui hæc suis præcipiant ? Et tamen verissi-*  
*mum est. Siquem cuiuspam consciū nequitiae , bujus mensæ*  
*participem esse concedatis , sanguis ejus de manibus vestris exqui-*  
*retur. Similia apud Augustinum , Leonem Papam , Genna-*  
*dium & alios leges.*

Layman.  
in Theol.  
Moral.

I X. Inhæreo ulterius doctrinæ Zelosissimi Patris , &  
 observo nihilominus à sacerdotibus tolerari posse , ut ac-  
 cedant subinde sacram mensam peccatores , si absque  
 ignominia & publica confusione repelli non possint. Vi-  
 derint illi , qui sibi ipsiſis judicium & condemnationem  
 manducant. Christus Dominus in ultima cœna prodi-  
 ri Judæ corpus suum tradidit , ne eum jam tunc pecca-  
 torem occultum absque accusatore , & probatione pro-  
 palaret , ac ab aliorum communione fejungeret : quod  
 affirmant D. Chrysostomus , Augustinus , Dionysius , Tho-  
 mas & alij. Verba D. Thomæ appono : *Quia Christus de-*  
*buit nobis esse exemplum justitiae , non conveniebat ejus Magiste-*  
*rii*

D. Chrys.  
soſt. hom.  
46. in Joan.  
S. August.  
Trad. 62.  
in eund.  
Dionys. de  
Eccles.  
Hierarch.

c. 3. *rio ut Judam occultum peccatorem sine accusatione , & evidenti  
 D.Thom. probatione ab aliorum communione separaret , ne per hoc daretur  
 3.p. q. 81. exemplum Prælatis Ecclesie similia faciendi : & ipse Judas exca-  
 a. 2. Con- fferatus inde sumeret occasionem peccandi. Ubi tamen publica  
 sal. Du- facinora, notoria fama, & alia manifesta indicia reum de-  
 rant. in nuntiant , quærenda sacerdoti media , ut si monitiones  
 Not. ad Revel. non proficiant , negetur absolutio , donec feriò pœnitentia  
 S.Brig. li. & relipiscat peccator notorius. Huc spectant illa ejus-  
 2. c. 2. dem D. Chrysostomi. Non de ignotis , sed de notis loquor. Di-  
 Cbrysoft. dicam aliquid terribilium ; non tam grave energumenos intus esse ,  
 bom. 60. ad pop. quam istos ut ait Paulus , ut Christum concilcent , & sanguinem  
 testamenti communem existiment , & gratiam Spiritus afficiant  
 contumelia. Daemonium enim habente pejor est , qui postquam  
 peccavit , accedit. Ergo Juda etiam pejor est ex mente  
 Chrysostomi , qui in peccato aut peccandi voluntate per-  
 severans accedit tremendum ac vivificum Sacramentum.  
 Energumenos mallet admittere Chrysostomus , quam  
 peccatores publicos ; Judas nondum à Dœmone posse-  
 sus erat , cum accessit , pejor igitur Juda , qui sic accedit.*

X. Figamus nunc columnam etiam considerationi ,  
 & infigamus animo columnam Eucharisticam esse luci-  
 dam & obscuram , gratijs & fulminibus gravidam , *Mors  
 est malis , vita bonis.* In ea Dei Filius statuit *Memoriam mira-  
 bilium suorum.* In ea ostendit infinitatem suæ erga nos di-  
 lectionis , & quodammodo exauisit omnipotentiam  
 suam. In finem dilexit nos , idest ut amplius dilectionis  
 argumentum exhibere non posset. *In finem , non plus ultra.*  
 Suet. in Aug. cap. 71. Poterat dicere melius quam olim Augustus : *Benignitas  
 mea ad cœlestem gloriam efferet.* Sed & nos quoque eadem  
 Benignitas ad cœlum efferet , si debita cum reverentia ,  
 & devotione sapientiae mensam acceſſerimus , &  
 concordari voluerimus Filio Dei. *Non  
 plus ultra.*

# \*\*\*\*\*

# CONSIDERATIO III.

*Pro Feria V. Dominicæ I. Quadragesimæ.*

## LAUS SANCTISSIMI SACRAMENTI.

### THEMA.

*Laudis thema specialis, panis vivus & vitalis Hymn.*

S. Tho.

### SYNOPSIS.

- I. *Osculo se donant per egrè venientes & abeuntes: binc sponsa petit osculum à dilecto, imò plura oscula:* hunc, cum tamen Christo Deo conjungant sepius alios sanctos eos invocando, & laudando.
- II. *Hec oscula sunt perceptio sanctissimi Sacramenti Altaris, quod nobis esse debet Laudis Thema specialis.* VII. Sed ut clarius elucescat quam aptè conjugatur laus sanctissimi sacramenti cum laude Virginis Immaculatè concepte, videndum quantum symbolicit Virgo cum Filio in Eucharistia: Plurima enim elogia utrique communia sunt.
- III. *Cujusmodi pridem in Hispanijs & alibi locorum usurpatur juncta laude Matris Virginis sine macula originali conceptæ ne separetur à Filio Mater.* VIII. Adeò ut videatur Deipara esse quedam altera Eucharistia, & quod sumimus in altari, hoc acceptum referre debemus Virgini.
- IV. *Præsertim cum id sit Amoris ingenium conari migrare in amatum & sese illi unire, quod præstantissimo modo fecit Virgo.* XI. Et si nos unum sumus cum Christo sumendo Eucharistiam multò magis Deipara & dando carnem Christo, & cum sumendo in eadem Eucharistia. Aptè itaque junguntur hæc duo mysteria SS. Sacramentum, & Maria immaculatè concepta.
- V. *Etenim in Eucharistia est caro Christi de Virgine sumpta; binc Virgo Mater vicinissima Filio, & quasi una cum filio: proinde neque laus Matris sequngenda à latere Filij.* X. Non decet hoc loco preterire eos à quibus hæc devotio sumpsit originem,
- VI. *Mirum itaque reperiri nonnullos, qui hos duos amantes sequngere vo-*

ginem, *Austriacos*. Occasionem de-  
votioni dedit Bulla Sixti IV. qui  
pares utrinque mysterij cultori-  
bus Indulgentias concessit.

XI. Hinc Hispani Monarchæ leges  
statuunt hæc duo publicè conjun-  
ctim pronunciandi pro Concionibus,  
quorum avita est pietas erga SS.  
*Sacramentum*, ut Rudolphi I. &  
Maximiliani I. nec minor erga  
Deiparam Immaculatè conceptam.

XII. Idem de Carolo V. Ferdinando

II. & Galis Austriacis sentiendum.  
XIII. Laudatissimi fuerint Ferdinandus III. Ferdinandus IV. Philippus II. Philippus III. & Philippus IV.  
XIV. Hi omnes assueti osculis SS. Sa-  
cramenti, & Immaculatae Concepcionis  
naturali quadam prærogativa  
inter Principes gratiose turgescunt  
labiis ex oscularum SS. Sacramen-  
ti frequentatione; quos preceun-  
tes exemplo, par est deuotio imi-  
tari.

*Laudis thema specialis, panis vivus & vitalis. Hymn.*

S. Tho.

### I.

 Sculum cordis interpres, affectus nuntius,  
amoris pignus, animarum gluten, charita-  
tis vinculum, arrha conjunctionis, apud  
omnes propè gentes jam olim usitatissi-  
mum fuit, ut discessuri vel peregrè redeun-  
tes amicis & consanguineis illud imperti-

Lipf. Elea.  
2. c. 6.  
Marcell.  
Donat.  
Schol. ad  
Script. Lat  
ad c. 34.

Suet. Cre-  
sol. My-  
flag. 4. 6.  
S. Chry-  
sto. Inquit:  
30. in Ep.  
2. ad Cor.

Cant. 1.  
v. 1.

Jul. Capi-  
tol. in Ma-  
ximiano.

rentur, & vicissim reciperent. Ejus causam investigans  
Chrysostomus, ad verba Pauli: *Salutate in vicem in osculo*  
*santo*. Inquit: *Ob eam cansam ex peregrinatione aliqua rede-  
fantes, mutuo nos osculamur, animis videlicet ad mutuum con-  
gressum accedentibus*. Id votum fuit amantis sponsæ, quæ  
in cantico Salomonis sponsi sui præsentiam desiderans,  
nullo præmisso exordio, nullâ adhibita captatione bene-  
volentiæ in eas erupit voces: *Osculetur me osculo oris sui*.  
Quasi animam suam illius animæ optaret conglutinare,  
& quidem præstantissimo osculi genere. Non enim optat  
osculum manus, non osculum pedis, non osculum colli,  
aut partis alterius, uti apud veteres in usu fuit. Capito-  
linus de Maximiano: *In salutationibus superbissimus erat, &*  
*manum porrigebat & genua sibi osculari patiebatur, nonnunquam*  
*pedes*. Sponsa verò solum oris osculum desiderat velut

præ-

præstantissimum , & quod præ cæteris animarum intimam conjunctionem præseferat. Cur enim , inquit Bernardus , cum sufficere poterat dixisse simpliciter osculetur me : præter morem tamen usumque loquendi distinde & signanter adjectit , osculo oris sui , nisi ut ostenderet ipsum quod petebat osculum summum esse . Hebraei & cum ijs Latini interpretes varie legunt adductum Textum . Septuaginta : Osculetur me ab osculis oris sui . Quæ Ambrosius digerens ajebat : Non unum <sup>S. Bernar.</sup> osculum querit , sed plura , ut desiderium suum possit explere . Quæ de Isaac. enim diligit , non est unius oculi parcitate contenta , sed plura existentia anim. c. 3. exigit , plura vindicat ; & ita se amplius dilecto commendare con-  
suevit .

II. Sed nescio quid amplius mysterij ego hic deprehendo . Unum osculum & plura oscula ejusdem dilecti ; unam sponsam & plures sponsas , unam Ecclesiam , & plures animas , quæ anhelant ad osculum sanctum dilecti sui . Origenem hic audite : Hæc ergo Ecclesia sit quasi una omnium persona quæ loquatur & dicat &c. precem fundo & obsecro , ut tandem miseratus amorem nostrum mittas eum ; ut non jam mibi per ministros suos Angelos duntaxat & Prophetas loquatur , sed ipse per semetipsum veniat , & osculetur me ab osculo oris sui , ipsum audiam loquentem , ipsum videam docentem . Clarius in rem nostram Theodoreetus cum ad arcanissimum altaris Sacramentum ea verba adaptat : Ne quis oscularum <sup>Theodor.</sup> vocabulo perturbetur , consideret quemadmodum mystico sponsi tempore sponsi corpus suscipientes complectimur & osculamur , atque oculis cordis imponimus , & animo & cogitatione , quasi complexus quosdam , & congressus nuptiales effingimus , atque ipsum nos amplexari putamus & suarviari . Nec contenti esse debemus singuli osculis singulis , sed optare convenit , ut singulis multa oscula apprimat , & quisque dicat , osculetur me osculus oris sui . Voti hujus compotes facti sumus , in mirabili mysterio cœnæ Dominicæ , qua dilectus singulis florstrum constituit tot dare oscula quot vellemus . <sup>Hymn.</sup> Sumit <sup>D. Tho.</sup> unus , sumunt mille , tantum isti quantum ille , nec sumptus consu-  
mitur .

12354. V. F. D.

V

J. C. L.

**Psal. 115.** mitur. Libeat hic exclamare. Quid retribuam Domino pro omnibus que retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini in vocabo: Laudans in vocabo Dominum. Et erit meæ laudis thema non qualemunque, non quale passim amantes excogitant, sed laudis thema specialis, panis vivus & vitalis. Hunc laudabo, huic iterabo osculetur me osculo oris sui: osculetur me ab osculisoris sui. Ita me amplius dilecto commendare contendam.

III. Subit memoriam laudatissima illa praxis laudandi sanctissimum altaris Sacramentum, apud Hispanos enata, in alias orbis partes diffusa, & utinam etiam nobis accepta. Scribitur in Ecclesiarum vestibulis, in palatiorum propylæris, in librorum procœmis: decantatur in Choris, in missis, in psalmodijs sacris, pronunciatur è suggestibus & concionatorum exedris, è Doctorum pulpitis Laudetur sanctissimum Sacramentum. Et adjungitur ex speciali erga Matrem Virginem affectu: & purissima Conceptio Domine nostræ sine macula originali. Pridem haec audita, lecta, scripta, depicta, enuntiata placuerunt. Nescio quomodo nostris temporibus inventi sunt, qui nodos in scirpo quærerent, ac Deiparam Matrem a Filio tristi divortio vellent separatam. Nolunt hi ut Mater Filium osculetur, Filius Matrem, quibus tamen nihil unquam conjunctius in mundo fuit. Nempe displicet sociari duo mysteria unum de fide, alterum nondum de fide, eo prætextu ne decipientur fideles & paria existiment, quæ ab invicem disterminantur: sed facile divinamus quis hoc hominum genus Spiritus agitet: *Nolunt vidi*

*Mont.lib. videri*, ut ajebat superioris seculi scriptor Petrus Montanus; vel potius ut ipsorum symmysta Ambrosius Catherinus loquitur: *emulatio adversus Ecclesiam*. Illos incitat, ut mordicus opinioni adhæreant, quæ Deiparæ maculam originalem inurit. Nolo his ego pro concione bellum indicere, indixi alibi. Solum assumo *Laudis thema specialis*, & ostendo quam viè, quam congruenter & lauda-

deun. leg.

ver.c. 49.

Cather.

Disp. ad

PP. Concil.

Trid.

dabiliter usurpetur & usurpari debeat illud Elogium Christi in Eucharistia latentis & Deiparæ sine macula originali conceptæ : *Laudetur Sanctissimum Sacramentum, & purissima Conceptio Dominae nostræ sine macula originali.*

IV. Amoris veri vera est conditio, ut amantem transformet in amatum, & usque adeò connectat duos, ut non jam duo sed unus idemque esse videantur. Id se expertum testatur Augustinus :

*Benè quidam dixit de amico suo : Dimidium animæ meæ. Nam ego sensi animam meam & animam illius unam fuisse animam in duobus corporibus.*

Quod sanè non tam de carnali quam spirituali amore verissimum est pronuntiatum. Nam ut ait Apostolus : *Qui diligat Deum unus spiritus est cum eo.* Ad quæ appositè Tostatus.

*Hoc autem est, quia anima amantis non manet in amante, sed transfit ad amatum : unde anima verius est ubi amat, quam ubi animat, ut ait Dionysius.* Jam quæro an fuerit aliquando

magis amans Deum anima, quam anima Deiparæ Virginis ? Illa ab instanti suæ conceptionis passivæ, ut doctissimorum Theologorum adstruit sententia, instructa fuit usu rationis, & Deum amare cœpit usque adeò ut amo-

rem illum usque ad vitæ finem nunquam interruperit, fideiubente Bernardino Senensi : *Mens illius in ardore dilectionis continuè tenebatur.* Imo ex amoris ardentissimi inten-

sione semetipsum mortuam fuisse profitetur apud S. Brigittam, ubi ait : *Cum quodam die animus meus suspensus esset in admiratione Divine charitatis ; tunc anima mea in ipsa contemplatione repleta fuit tanta exultatione, quod vix se capere poterat, & in ipsa consideratione anima mea e corpore fuit soluta.* Nec

ab ludunt ab his quæ eadem sacratissima virgo dixit S. Mechtildi : *Cumque seraphicus ille ardor in tantum excresceret, ut ultra vires corporis non haberem, lecto decubui omnesque Angelorum Ordines mihi ministrabant, ignem illum diuinum in me magis ac magis succidentes.*

Quis igitur sanæ mentis inficias ierit arctissimum inter matrem Virginem & eius Filium intercessisse dilectionis vinculum, atque adeò unam

*S. Augus.  
lib. 4. con-  
fess. c. 6.*

*2. Cor. 6.*

*Tostat. q. r.  
in lib. 1.*

*Reg. c. 18.  
Suarez To.*

*2. in 3. p.  
D. 18. S. 2.*

*Pineda de  
Salom.lib.*

*3. c. 8. f. f.  
Cornel. a*

*Lapid.in*

*c. 31. Proc.*

*Petr. Hur-  
tad. To. 2.*

*in 2. 2.D.*

*151.*

*S. Bernar-  
din. Sen.*

*serm. 51.*

*art. 3. c. 2.*

*S. Brigit-  
ta Revel.*

*lib. 6. c.*

*62.*

*S. Mech-  
tild. lib.*

*Spiritual.  
grat.*

fuisse horum amantium animam in duobus corporibus, longè magis & verius quam in quocunq; pari mortalium.

V. Dicite obsecro unde suam Christus accepit carnem, unde sanguinem, quem in sua passione pro nobis effudit, quem nobis in Eucharistico epulo propinat? Utique respondebitis à Virgine Matre. Et ita prorsus se res

*S. Joann.* habet: ita differit *S. Joannes Damascenus*: *Ex te enim sola Damasc.* summus ille opifex partem assumpfit, hoc est massæ nostræ primitias: *orat. 1. de Nat. Virg.* caro ipsius ex carne tua, & sanguis ex sanguine tuo. Quasi diceret: sola illa conjunctissima Christo secundum carnem.

Multi sanctorum conjunguntur illi per gratiam: Maria per gratiam & per carnem, unitissima animo & corpore

*S. Bernar.* *Sola*. Id ipsum *S. Bernardinus Senensis* luculenter adstrudid. *Sen.* xit: *Virgo fuit vicinissima Filio Dei per carnis identitatem,* *ser. 1. de Nat. B. M.* quia eadem caro que fuit *Virginis Matris*, fuit caro Filij Dei.

*Arnold.* Ex qua prorsus irrefragabili veritate acutissimè infert Carnot. *Arnoldus Carnotensis* quam nos intendimus sequelam, *Carnot.* dum ait: *Una est Mariæ ac Christi caro, unus Spiritus una* *Tradat.* *charitas: unitas divisionem non recipit, non secatur in partes. Et* *de Laud.* *licet ex duobus factum sit unum, illud tamen ultra scindi non pos-* *Virg.* *tet: atque adeò ( ecce sequelam ) Filij gloriam cum matre non tam communem judico quam eamdem.* Audistis qui maculam Virginis sine macula Conceptæ inuritis? qui laudem ei negatis cum Filio simultaneam? qui non tam affectibus quam verbis se Jungi debere contenditis Laudem Christi latentis in Eucharistia, & laudem Matris Christi? audistis inquam gloriam Filij cum Matre non tam communem quam eamdem?

V. Mirum sanè usurpatissimam Christianorum penè omnium pietatem adeò excidere è memoria virorum sapientum, ut non meminerint in adversitatibus omnibus, in articulo mortis potissimum saluberrimè invocari conjunctim *I E S U M & M A R I A M*, & negent Mariam laudari ac invocari debere quando invocatur *I E S U S* in Eucharistia latens, viaticum morientium, pharmacum

macum immortalitatis. Nempe definitum est de fide Christum esse in Eucharistia, nondum verò definitum est Matrem Virginem conceptam esse absque macula originali. At quid obstat componi duo diversi generis, si non obstat invocari Christum ut Deum hominem, & Mariam ut purum hominem? Quis obsecro adversarios arguit si quando exclamet *JESU Filij Dei miserere mei*, & mox subiungant: *S. Dominice ora pro me*. Tametsi multum distant Filius Dei & S. Dominicus. Quis illis vitio vertet si orent. Per quinque vulnera tui corporis sacratissimi quae pro nobis suscepisti, & quorum stigmata S. Catharinae Senensi mirabiliter impressisti, quorum primum de fide est, posterius non est de fide.

VII. Verum agite Auditores mei, investigemus quantum Mater Dei cum Filio Dei in Eucharistia latente symbolizet, ut clarus elucescat rectissime jungi illa duo mysteria, SS. Sacramenti & Mariæ Immaculatè conceptæ. Sacratissimum altaris Sacramentum nominat Ecclesia *Pingue sacrificium*. Et Maria apud Methodium audit *Pinguendo omnis sacrificij*. Nominatur Eucharistia: *Petra melle fluens*: Et Maria Joanni Geometræ est: *Petra melle id est verbo fluens*. Nominatur Eucharistia: *Pharmacum immortalitatis*, Et S. Joannes Damascenus Deiparam vocat: *Pharmacum ex omni pectore dolorem propulsans*. Quo respexit D. Thomas inquiens: *Altissimus de terra, id est de carne Virginis creavit medicinam*, & vir prudens non abborrebit eam. Nominatur Eucharistia: *Mamma absconditum*. Et de Maria inquit S. Maximus: *Mamma de qua gignitur vermis Christus subtilis & splendida, suavis & Virgo, que velut cœlitus veniens cunctis populis cibum suaviorem melle destinxit*. Nominatur Eucharistia *Agnus absque macula*, & Maria est Hymnographo Græco: *Agna genitrix agni Dei*, quo forte respexit Hugo Victorinus cum dicebat: *Talis ergo Agnus, qualis Mater agni, ex munda mundus*. Nominatur Eucharistia *Mensa purissima*, & Maria S. Joanni Damasceno est *Mensa ani-*

*Eccles. in Lit-*  
*tan. Me-*  
*tibod. orat.*  
*de Hypa-*  
*pan. Iohan.*

*Geom. in*  
*Cat. Cor-*  
*derij ad c.*  
*1. Lucæ.*

*S. Iohan.*  
*Damasc.*  
*orat. 2. de*  
*Assumpt.*

*D. Thom.*  
*opusc. 58.*  
*cap. 1.*

*S. Max.*  
*serm de*  
*ram. Palm.*

*Hymnogr.*  
*Græco ap.*  
*Buteon.*  
*Hugo Vi-*

*Mor. Apol.* animata, & Epiphanio : *Mensa fidei intellectualis panem vite de Verbo mundo suppeditans.* Quo etiam sensu dicebat Methodius Incarn. ad Virginem perorans : *Tu animatum panis istius vitæ altare.* *S. Ioan.* Nominatur Eucharistia : offerens & oblatio. Et Maria est E. *Damasc.* Nominatur Eucharistia : offerens & oblatio. Et Maria est E. *orat. 2. de* *Assumpt.* S. piphanio Sacerdos pariter & altare. : ipsa quippe velut alter Abraham Filium Patri æterno in monte Calvariæ immolavit: unde S. Antoninus apud Montfortium : *Si oportet Laud.* Deiparæ. *stuisset secundum rationem voluntatis Dei, ipsa Filium in Cruce S. Method.* posuisset, ac obtulisset : neque enim fuit minoris obedientiæ quam orat. de *Hypopan.* Abraham. Eodem sensu Arnoldus Carnotensis : omnino S. Epiphan. tunc erat una Christi & Mariæ voluntas, unumque holocaustorat. de *Iaud. Virg.* stum, ambo pariter offerebant Deo : hæc in sanguine cordis, ille in *S. Anto. ap.* sanguine carnis. Nominatur Eucharistia : Propitiatorium pro Montfort. vivis & defunctis : & Virginem eodem titulo donat S. Ando. Sap. dreas Cretensis : *Te universus mundus continet commune propitiatorium.* Vivi & mortui ejus opem sentiunt, omnibus Col. 1. n. 85. *Arnold.* adestr auxiliatrix confugium periclitantium, naufragantium portus, solamen laborantium, fluctuantium robur, ut eam vocat S. *Carnot.* *orat. de* *Laud. Virg.* Laur. Justinianus. Quid amplius ?

*S. Andr.* VIII. Dies me deficiat, si enumerare velim omnia Cret. orat. Virginis elogia cum Sacramento altaris communia. *de dormit.* Unum præterire minimè possum, quod Deipara sit quædam altera Eucharistia. Magnanimiter dictum : sed fidei *Virg.* *S. Laur.* jubentibus Patrum effatis. Mulier illa Evangelica cujus *Justin. Ser.* memoriam in plerisque Deiparæ, festis & Missis de eadem in benedictione habet Ecclesia, cum audisset Christum perorantem ad populum exclamavit : *Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ suxisti :* Non potuit aptiore eloquio comprehendere Laudem Filij Dei & Matris Deiparæ : Etenim venter qui Dei Filium portavit, & ubera, quæ suxit Dei Filius, dederunt Dei Filio corpus & sanguinem, Irena. lib. cibum animæ nostræ in altari. Hinc Irenæus appellat *4. Cont.* sanctissimum Sacramentum *Mamillam carnis Christi.* Et S. *bères c. 24.* Germanus : *Crateras sanguinis Christi interpreteris mamillas S. Germ. in Theor. rer.* Deiparæ, salutare letitiae poculum, & tutelare ac conservato- *Ecclæsiast.* riun

rium totius generis humani. Rursum idem Irenæus non re- *Irenæ. cit.*  
cedens ab assumpta imagine de SS. Eucharistia inquit :  
*Ille qui erat panis verus & perfectus Patris, lac nobis se ipsum  
præstítit.* Qua vero ratione præstiterit, declarat *Magnus Au-*  
*gustinus ad illa verba Joannis: Verbum caro factum est, ubi sic S. August.*  
differit : *Quis autem homo posset accedere ad illum cibum ? unde in Psal. 32*  
*cor tam idoneum illi cibo ? oportebat ergo ut mensa illa latescere,*  
*& ad parvulos perveniret. Unde autem fit cibus lac ? unde ci-*  
*bis in lac convertitur nisi per carnem traiiciatur ? nam Mater*  
*hoc facit: Profectò rescindimus à matre mamillam si Chri-*  
*stum separamus à Virgine, laudem Filij à laude Matris.*

Sed elegantissimè ad nostrum intentum Richardus à S. *Richar. à*  
Laurentio in verba viduæ paulò ante adducta : *si bea- S. Laur.*  
*tificat eam mulier quæ adhuc carni & sanguini ejus commu-*  
*nicare non meruit ; longè magis à nobis beatificanda est, qui de eius Virg. c. 2.*  
*carne & sanguine reficimur in altari.* Dicat nunc *Augustinus* *August. in*  
de Christo : *De carne Marie carnem accepit, & ipsam carnem Psal. 98.*  
*nobis manducandam dedit.* Nos verò ô Maria : *Exultabimus* *Cant. I.*  
*& letabimur in te, memores uberum tuorum super vinum : Si-*  
*ve ut legunt septuaginta interpretes : Diligemus ubera tua*  
*super vinum : Assentimur enim Theodoreto monenti :* *Theod. in*  
*Per ubera illa (Mariana) admiranda, & vino præstantiora,* *Cant.*  
*cogitamus ineffabiles illos Altaris fontes, ex quibus nos pietatis*  
*alumni nutrimur.* Et obedimus exhortanti B. Petro Damia- *B. Petr.*  
ni cum ait : *Rogo perpendite quam debitores sumus huic Beatis.* *Damia-*  
*sime Dei genitrici, quantisque illi post Deum gratias agere debe-* *ferm. de*  
*mus : illud siquidem corpus Christi, quod B. Virgo genuit, quod* *Annunt.*  
*in gremio forvit, quod fascijs cinxit, quod maternā curā nutritus;*  
*illud inquam absque ulla dubietate, non aliud, nunc de sacro altari*  
*percipimus, & ejus sanguinem in Sacramento nostræ redemptio-*  
*nis haurimus.* Et adhuc dubitabimus an æquum sit ut san-  
ctissimi Sacramenti laudibus societur laus Mariæ sine  
macula conceptæ ? adhuc tergiversabimur conjungere  
quæ in seipsis conjunctissima sunt, & divisionem nullam  
recipiunt ? annon fatebimur Mariam esse quandam alte-

ram Eucharistiam, ejusque laudem aptè conjungi cum laude Eucharistiae.

*1. Cor. 6. v. 17. S. Augusti. lib. cont. adn. leg. c. 9.* **I X.** O Christiani. Ad omnes dictum est : *Qui adhæret Deo unus Spiritus est cum eo. Qui adhæret Deo (Augustini effatum est) per Sacramentum, non solum in anima fit unus Spiritus cum Spiritu Christi, & templum ejus, immo unum corpus & unus panis in Christo.* Quantò magis hoc verum est in Matre Dei, cujus omnes animæ potentiae, ac tota anima Christo ab instanti Conceptionis unitissima fuit, quæ Christo corpus & sanguinem de suo sanguine dedit, & rursum iteratâ metamorphosi Christum in Sacramento

*Arist. 2. de gener. c. 9.* sumens unum cum ipso corpus effecta est. *Ex eisdem sumus ex quibus componimur & nutrimur, ajebat quondam Philosophus ; & non sit Christus ex Maria, ex qua corpus ejus compositum, non sit ex Christo Maria, quæ de ejus corpore quoad vixit nutriebatur? unione charitatis excelluit Angelos, unione carnis superavit Angelos, unione spiritualis Eucharisticæ susceptionis evicit Maria utramque humanam scilicet,*

*Luc. Mont. in Do. sapient.* *& Angelicam virtutem : ut differit Lucas de Monteforti. Nefas igitur arbitremur hanc unionem tollere, & dissociare conjunctissima corda & corpora JESU in Sacramento Altaris & Mariæ sine macula originali conceptæ; quin potius millies à nobis toto cordis affectu Laudetur sanctissimum Sacramentum, & purissima Conceptio Dominae nostræ sine peccato originali.*

**X.** Ad vos nunc mea se convertit oratio pientissimi utriusque cultores mysterij Austriae Archiduces, Reges, Cæsares Austriae. Piaculum sit hoc loco vestræ obliisci pietatis, à quibus hæc devotio suam traxit originem. Et licet altius fundamentum respexero vestram tamen gloriam commemorabo. Nata est hæc pietas apud Austriaeos Hispanos, apud quos mutire contra illibatum conceptum Virginis, est Regiam Majestatem contemnere, est commovere seditiones, excitare tumultus, turbare pacem Ecclesiæ, dehonestare Deum & Deiparen-

tem. Occasionem ut reor dedit Bulla Sixti IV. expedita Anno 1476. quæ incipit *Cum præexcelsa*. In ea Pontifex commendat Ecclesiæ Officium de Immaculata Deiparæ conceptione dispositum & concinnatum per Leonardum de Nogarolis Clericum Veronensem ; & concedit utriusque sexus fidelibus illud recitantibus easdem Indulgencias, quas prædecessores Vrbanus Papa IV. Martinus V. & alij concederunt recitantibus Officium Corporis Christi sive sanctissimi Sacramenti : quo gratiæ genere videtur Pontifex mysteria SS. Sacramenti , & Immaculatæ Conceptionis conjungere voluisse , & pari quadammodo affectu commendare. Verba Bullæ circa medium sunt ista : *Dignum quin potius debitum reputamus universos Christi fideles, ut omnipotenti Deo cuius providentia eiusdem Virginis humilitatem ab æterno respiciens, pro reconcilianda suo auctori humana natura, lapsu primi hominis æternæ morti obnoxia eam sui Unigeniti habitaculum, sancti Spiritus præparatione constituit, ex qua carnem nostræ mortalitatis pro redemptione populi sui assumeret; & Immaculata Virgo post partum nibilominus remaneret; de ipsis Immaculatæ Virginis mira Conceptione, gratias & laudes referant, & instituta propterea in Dei Ecclesia Missas & alia diuina officia dicant, & illis intersint; indulgentijs & peccatorum remissionibus invitare, ut exinde fiant eiusdem Virginis meritis & intercessione diuine gratiæ aptiores.* Subdit deinde paucis interjectis : *Qui Missam & Officium Conceptionis eiusdem Virginis gloriose, juxta piam, devotam, & laudabilem ordinationem dilecti Filij Magistri Leonardi de Nogarolis Clerici Veronensis Notarij nostri, & que desuper à Nobis emanavit Missæ & officij eiusmodi institutionem, in die festi uitatis Conceptionis eiusdem Virginis Mariæ, & per octavas eius devotè celebaverint & dixerint, aut illis horis canonicis interfuerint, quoties id fecerint, eandem prorsus Indulgenciam, & peccatorum remissionem excinde consequantur, quam juxta fel. Recordationis Vrbani IV. in Concilio Viennensi approbatam, ac Martini V. & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum Constitutiones*

*Sixti IV.  
Bulla cum  
præexcelsa.*

tutiones consequuntur illi , qui Missam & horas Canonicas in Festo Corporis & sanguinis Dñi. N. IESV Christi , à primis Vesperis , & per illius octavas juxta Rom. Ecclesiæ constitutio- nem celebrant , &c. Hæc Sextus IV. in quibus illa potissimum nostro instituto deserviunt observanda : Dignum quin potius debitum reputamus universos Christi fideles , ut de Immaculatæ Virginis mira Conceptione gratias & laudes referant Indulgentijs invitare , quas videlicet Urbanus IV. Martinus V. & alij concederunt pro festo Corporis Christi. Præit summus Ecclesiæ Pastor , mysterium utrumque gratiarum concessione conjungit , quid dubitent oves subsequi , & Laudes referre Deo omnipotenti tam pro sanctissimo Sacramento , quam pro Mira & Immaculata Virginis Conceptione.

XI. Ex huius omnino Bullæ contextu existimo pios Hispanos concinnasse illud gemini mysterij simultaneum Elogium : *Laudetur sanctissimum Sacramentum , & purissima Conceptio Dominae nostræ sine peccato originali.* Quod usque adeò universam pervasit Hispaniam , ut per plateas decantetur à parvulis , præfigatur domorum liminibus , in templorum frontispicijs radiet , præcinatur à Musicis in divinis officijs , enuntietur à Concionatoribus è Cathedris , audiatur in publicis Doctorum Lycæis , jam non invitantibus ad id suo exemplo aut consilio Hispanorum Monarchis , sed Præcepto & lege communis boni tutelâ urgentibus ; quod novissimè Philippo IV. Austriaco piissimæ memoriæ Regi facere placuit , & ad ipsos quoque Patres Dominicanos hactenus piæ sententiæ , quoad aliqua illorum individua , reluctantे , directo serio decreto , & in violatorem statuto memorabili exemplo . Fecit hoc Philippus sapientissimo consilio , majorum suorum p̄iissimâ imitatione , pacis & uniformitatis Ecclesiasticæ communi bono Anno 1662. sub dato 10 Aprilis , & rursum 23. ejusdem , ut testatur Reverendiss. P. Jo. Everhardus Nidhardus tunc Reginæ Confessarius. Avita id Austria- corum

corum pietas exigebat. Decantatum est illud velut gen- *Rescripto*  
tilitia Domus Austriacæ tessera. *F. Joann.*  
*de Prado.*

## Panis Eucharistia.

Anagramma.

## Panis hic Austriae

Rudolphus I. qui primus Augustos titulos suæ intu-  
lit familiæ *ex adoratione Augustissimi Sacramenti initiatus est*  
*ad adoratam à populis Augusti dignitatem, ut loquitur Pallavi-*  
*cinus, idem Mariæ semper devotissimus. Nec ullus fuit Hort Pal-*  
*ex nepotibus, qui non eodem pietatis igne exardesceret.* *lavic. in*  
*Credit Cæsar Pius idem & Primus non bene adorari* *12. Cæsar.*  
*Deum in hostia, nisi honoraretur etiam in Matre : sum-*  
*psit quippe de Matre Deus quod nos adoramus in hostia,* *Ego in*  
*& qui olim pusillus jacuit in Matris utero, nunc multò* *CampoLil.*  
*contractior latet in orbe Eucharistico. Ut cœteros fileam*  
*Maximilianus I. miraculo servatus ad vitam solo Eucha-*  
*risticci ferculi aspectu. Tota Austriae domus immensa moles Nieremb.*  
*miserando spæctaculo inter cœlum & terram librata è montis ver-*  
*tice ruitura nutabat, sed ubi è cœlo petitum auxilium, mor- Dedic. ad*  
*tis antidoto ad immortalitatem initia est. Vedit solum* *Except.*  
*à longè ostensem Deum sub velo panis Maximilianus, &* *Conc. Trid.*  
*è rupe invia, cui erat immoriturus, ostensam ab Angelo*  
*viam reperit, ut se suosque nepotes conservaret. Iunxit*  
*huic pietati gemellam, Mariæ sine macula conceptæ cul- Ego lib. 2.*  
*tum, cuius iconem in pileo quotidiano deferre consue- Orb. voto.*  
*verat, cui non uno in loco donaria obtulit. Etiamnum Just. Lips.*  
*Hallis Mariæ devotus in argentea flectit statua, in aurea* *in diva.*  
*floreo rosa.* *Hallenst.*

XII. Carolus V. Cæsarum Maximus Augustæ Vin-  
delicorum Anno 1530. die sacro Theophoriæ publicæ *Sur. in*  
processioni stupente Protestantibus plena Urbe, interfuit; *Comment,*  
quotidie non una in Missa Deum in Eucharistia laten- *ver. in Or-*  
tem adoravit: sed & confraternitati Toletanæ sub titulo *be gest.*  
Immaculatæ Conceptionis nomen dedit, eam Privilegijs *Corrozet.*  
*de diâ. & fæt. Carob*

Zenocœar.  
 lib. 5. de  
 vita.  
 Cismont in  
 Reges.  
 Wadding.  
 Legat.  
 Hisp sed.  
 2.  
 Anno Soc.  
 MSS.  
 Grac.  
 MSS. So-  
 dat.  
 Ann. Soc.

ornavit, à summo Pontifice confirmari obtinuit, utriusque ex æquo devotus. Summa sequor fastigia retum. Ferdinandus II. SS. Sacramenti cultum ita promovit, ut non minore affectu Matrem Virginem Immaculatè Conceptam amplecteretur. Anno 1601. cum Canisiam obfidence cingit, suo exemplo & hortatu introduxit in castris, ut longo & difficulti itinere sacerdotem sacram synaxim ad ægros deportantem, plurimi capitibus detectis funalia manibus gestantes comitarentur, ut diceret religionem & Martem in unum locum convenisse. Anno 1602. cum fratribus & serenissima Matre Maria supplicationem Corporis Christi omnes præteritas splendore, frequentia, pietate superantem instituit. Hominum multitudinem explicatam cum Urbis Angustiae non reciperent, Urbe educta processio, armato milite civium latera ambiente. Et quamquam venti & imbres inciderint, populus tamen universus ipsique Archiduces nudis capitibus copiosum primo pulverem, deinde etiam imbrem pro SS. Sacramenti honore lœtis animis exceperunt. Atque ut in naturam transisse ostenderet Ferdinandus, quod erat pietatis à maioribus haustæ, sequenti Anno 1603. Peractis consuetis Theophoriæ Processionibus, specialem etiam institui voluit à sodalitate Deiparæ Virginis, quam suâ & Fratrum serenissimorum præsentia spectabiliorum effecit. Anno 1610. Pragæ inter medios Hussitas & Protestantes ad ejusmodi supplicationem invitatus, cum ab aulicis & Principibus varia obijcerentur impedimenta: *Etiamsi, inquit aliorum Principum nemo venerit, ego solus comparebo.* Adfuere tamen Electores Joannes Suicardus Moguntinus, Ernestus Colonensis, & Maximilianus Rudolphus II. Cæsarialis frater: qui postquam apud Metropolitanum templum summo manè Cæsareæ supplicationi interfuerint, ad alteram supplicationem in veteri Urbe se contulerunt. Sed nova rursus objecta impedimenta, Aurigæ & currus non erant in promptu.

Qui honoris causa comitari solebant vel se subduxerant,  
vel quod capita abeissent, non erant in ordinem dispositi:  
de industria tricæ noctebantur. At optimi Principes si-  
mul omnes quatuor proximum conscenderunt currum,  
cessatoresque vel invitatos secum traxere. Anno 1615. MSS.  
Græcij Styriæ ejusmodi supplicationem solito solennio-  
Thome. Episc. La.  
rem adornavit: Apostolicus Nuncius Erasmus Paravici-  
bac.  
nus exoratus gestavit sacrum ferculum, adstitere Infulati  
Thomas Episcopus Labacensis, Abbas Runensis, Præ-  
positus Seccoviensis, Præpositus Pœlensis ijdemque  
quatuor Evangeliorum Initia decantarunt. Longus sim si  
omnia ejus erga SS. Sacramentum pietatis argumenta  
enarrem, quoties (ut ipsi vidimus) die Parasceves per  
omnia Viennensis Urbis tempa, cum sepulturae Servato-  
ris memoria recolitur, majori ex parte pedes obierit, &  
Deum sub speciebus panis latenter adoraverit: quoties  
magnum proavum Rudolphum virtute expresserit per Pallavicin  
aspera sylvarum (ut fidejubet Pallavicinus) & in rusticano  
mapali bumi abjectâ totius Imperij Majestate, cœlitum panem  
adorans. Quod ipsum de Ferdinando III. ejus filio pri-  
dem evulgatum omnes meminimus. An vero etiam ad-  
dendum est de Ferdinando II. quis ejus erga Immacula-  
tè conceptam Virginem affectus fuerit? Ingens sane,  
& qui tantum heroëm tantorum heroum nepotem de-  
ceret. Ad confessarii pedes advolutus eâ formula ute-  
batur: *Confiteor Deo omnipotenti, Beatissime & semper Imma-* Guiliel.  
*culatæ Virgini.* Hanc in bellicis expeditionibus suam Ge- Lamom.  
neralissimam nominabat. Hujus sodalitijs passim suâ ma- in vitalib.  
nu inscripsit Augustum nomen. Pro hujus Immaculatæ  
Conceptionis cultu mire solitus ad Urbanum Papam  
VIII. litteras dedit Anno 1624. Indici curavit per suas Gans in  
Provincias ejus annuam festi celebrationem, & ipse ma- Quinquat.  
xima cum voluptate ac devotione id transigebat. Disc. I.

XIII. Ferdinandos III. & IV. eximios & planè sin-  
gulares in Eucharistiæ veneratione fuisse constat orbi

universo, cum ad ægros deportaretur, profilierunt è curru, flexere poplites : cum in festis Theophoriæ gestaretur per Urbes, ubi aderant, devotè comitati face etiam manu gestatâ, exempli facem subditis prætulerunt. *Vidi Regem Ferdinandum.* ( loquitur de Ferdinandō IV. eius quondam Ecclesiastes ) cum publicè per urbem veheretur, atque interim panis Eucharisticus ad moribundum deferretur, sistente universo comitatu è curru profilire sordidamque in humum regia provoluere genua, totoque plaudente cœlo, totius corporis animaque vi Deum adorare. O dignam æternitate virtutem ! Jam promittebat in flore Ferdinandus, quanta esset mundo exhibitus in fructu, nisi maturus cœlo videretur in flore. A Patre id hauserat, à quo etiam Immaculatam Deiparæ Conceptionem didicit venerari. Sanè quod vidimus testamur. Postquam Ferdinandus III. Virgini Immaculatæ Conceptæ columnam Viennæ dedicavit, voto se, suam Domum, suos subditos ad perpetuum eius mysterij cultum obstrinxit : nullum facile Deiparæ festum præterlabi passus est Ferdinandus IV. quin relicts omnibus occupationibus ad columnam Virgineam sub vesperum properaret, ibique populo universo spectante, Musis Litaneuticum melos concinentibus, summâ cum devotione prociduus, iteratis votis suas populorumque necessitates ( ut loquitur eius Encomiastes ) deprecaretur. Recentiora de Augustissimo nostro Leopoldo non commemo-ro. Patent oculis omnium. De Hispano-Austriaca pietate suffecerit dicere cum Nierembergio : *Majestatem Imperij devotio initiauit, devotio ampliavit.* Cultus sacro-sancti mysterij Dominici corporis exordia dedit ; affectus erga purissimam Virginis Conceptionem incrementa. Laudatum quippe est in Concilio principatu Hispano Austriaco non solum sanctissimum Sacramen-tum, sed etiam Immaculata Genitricis Dei Conceptio, ut non sine aliquo Numinis instinctu resonet simul in Ecclesijs geminabæ laudatio, populorum plausu commendata. Philippus II. festo Theophoriæ Christum ardente sole comitatus, cum aulici offer-  
Tbo. Duer.  
ter. in Phæ.  
nie.  
Duell. cit.  
sup.  
Nieremb.  
in Dedic  
ad Exc.  
Concilio

rent umbellam : Sol ille ( ajebat ) qui desuper ardet , nulli Barry in potest bodie nocere , qui hunc solem ( monstrabat simul Eucha- Favo Jesu risticum ferculum ) honorat . Nec minus Immaculatae Conceptionis mysterio devotus fuit . Sub eo Monialium Franc. Conceptionistarum ordo triginta & amplius domicilijs Gonza. lib. auctus est , inter quæ non unum agnoscit Philippum Fun- de orig. datorem . Philippus III. æquè ac Pater Eucharistico-Marianus tunc vel maximè se tales probavit , quando cu- Scrapb ravit procudi numismata , quæ una ex parte calicem Eu- charisticum , ex alia iconem Immaculatae Conceptionis referrent : neque contentus hoc obsequij in Virginem officio , Legatos misit ad Apostolicam Sedem , qui arden- ter agerent causam definitionis mysterij Immaculatae Wadding. Conceptionis , quæ fuso calamo prosecutus est Lucas Wad- dingus integro libro . de Philippo IV. regnorum & pietatis hærede . Ut cætera sileam illud argumentum esto , in Legat. Hispan. pro Im- quod Anno 1663. præceperit usitatam pridem concionato- mac. Conc. ribus formulam sub gratiæ amissione ubique in o- mnibus exedris Hispaniæ etiam PP. Prædicatorum enun- tiari . Cui decreto cum non obtemperasset P. F. Petrus Nidbard. Yannez Prior Conventus Matritensis , jussus est Regio in Trad. mandato ad Leucas viginti abscedere , nec amplius abs- contra Re- que suæ Majestatis facultate in Hispanijs concionari . script. Meritò proindè celebris ætatis nostræ Scriptor Hispanos P. Fr. Joan de Marti- nez, de Auctriacos allocutus ajebat : Perge igitur ut facis , felix Au- strica Domus , & cum avita majorum tuorum veneratione Prado. Salaz De. & cultu erga sanctissimum Sacramentum Eucharistie , hoc erga purissimam Mariæ Conceptionem studium adjunge , & minoribus dicat. pro Immac. Conc. tuis hæreditarium relinque : utraque enim inter se mirificè cohæ- rent . Ita enim addecet , ut ea quæ nequissimus hæreticorum paribus odijs persecutus est Lutherum dico , & eadem tu felix Austria hæreticorum domitrix paribus quoque obsequijs , pari Religione amplectaris .

XIV. Revocemus tandem calatum ad laudis the- ma specialis , & initium formati discursus . Quærebatur olim

*Cyprian.*  
*Cistert.*  
*in c. i. can-*  
*tico.*  
*Luisius.*  
*Legion.*  
*Almona-*  
*cir.*  
*Nann.*  
*Delrio in*  
*Cant.*  
*Nigid.*  
*Sand. in*  
*Cant. ap.*  
*Scherlog.*  
*vol. 1. sed.*  
*2. Explan.*  
*dis. n. 14.*

(ut est apud Cyprianum Cistertiensem) inter præstantes omni genere doctrinae Philosophos, quid potissimum amantes oscularum frequenti repetitione, & velut concertatione quærerent; respondit ille magno cum judicio, crebris osculis contendere, ut animi quantum fieri potest, in se ipsos penetrant, & abeant: & quoniam id penes illos non est, animas scilicet in vicem commutare, illud efficiant quod possunt: ob eamque rem in ipso animi vestibulo veluti commorantur, & ore decertant, ut animi se in vicem possint exosculari, quoniam aliud non licet. Paria censent Luisius Legionensis, Alomonacirius, Nannius, Delrio, Nigidius, Sanctius. Hinc sponsa uno osculo non contenta, plura oscula desiderabat: *Osculetur me osculis oris sui.* Quæro jam ego quid causæ subsit, quod pientissimi nostri Principes Austriaci longo annorum censu hæreditariâ quadam naturæ dote labijs ultra modum cæterarum familiarum nobilium turgescant? Neque alia mihi magis opportuna succurrit ratio, quam quod delectentur frequentibus osculis SS. Sacramenti, & Mariæ Immaculatæ Conceptæ. Affiduo labore manuum incrementa capiunt artus, callum obducunt, & velut cæteris magis exercita membra sensibiliter ampliantur. Idem censeo de Austriacorum labijs, quod continuatis osculis gratioso tument incremento. Non satiantur Austriaci his osculis, habitus basiandi sacram synaxim & Mariam Immaculatæ conceptam apud illos naturam induit. Præeunt exemplo Principes, imitemur subditi oportet nos quotidie al-  
*Luc.Burg.* & pyxidibus sacris supplices adhærere, constanter precari  
*Sen. 13. de* sponsum, donec in ejus amplexus atque oscula detur irruere. At-  
*div.univ.* que idcirco sponsa non ait osculetur me osculo, sed osculis. Inquiet-  
 bat Lucas Burgenis. Delectemur his osculis, & repeta-  
 mus millies. *Laudetur sanctissimum Sacramentum, & Pu-*  
*rissima Conceptio Domine nostræ sine pecca-*  
*to originali.*

\*\*\*\*\*

# STATIO II.

## IN MONTE OLIVETI.

# CONSIDERATIO IV.

*Pro Dominica II. Quadragesimæ.*

# EXITUS AD HORTUM.

## THEMA.

*Et hymno dicto exierunt in montem. Matth. 26.*

### SYNOPSIS.

- I. *Ad hortum exerunt Dominum comitemur fideles servi, nec ulla intemperie aëris retrabamur ab ejus associatione.*
- II. *Sed quomodo convenient hortus & bellum? flores & arma? bicincte est ille hortus in quo colligantur dolor & voluptas? in quo sagittas mutant mors & amor?*
- III. *In hoc horto ligabitur fasciculus myrræ, non deerunt hortorum delicie: exeamus.*
- IV. *In horto prodegimus vitam eñi pomi, in horto recuperabimus vitam, ubi Deus lata tristibus copulavit.*
- V. *Hymno dicto exiit Servator more apud Hebreos usitato, qui post cænam canebant, desiderio desiderans passionem.*
- VI. *Nempe cœlestis cygnus funeri suo preludit cantu: novus Orpheus, novus Amphion sylvas & saxa commovet.*
- VII. *In montem exiit saliens in mon-*

- tibus, transfliens colles suo more, cui tamen ut capreae graviora restant.*
- VIII. *Ad oleas properat columba Noëtica; Samaritanus ad hominem vulneratum, ut oleo foreat plaga, sed multis non prodest hoc oleum ad salutem.*
- IX. *Ad oleas properat sibi & commilitonibus coronas decerpturnus, quia unde perrexit ad labores, inde perget ad gloriam.*
- X. *Indulget commilitonibus quietem, sibi servat laborem: sedere illos iubet cum ipse flectit genua; sed haec sessio sustinentia est.*
- XI. *Solos tres assunt secum ad passionis initium, qui ceteris animosiores sibi videbantur, ut suam fragilitatem condiscerent.*
- XII. *Veniamus cum Christo ad hortum, sed spinarum feracem; ad oleas sed que labore decerpuntur. Vigilemus & oremus ne succumbamus.*

Et

*Ethymno dicto exierunt in montem. Matth. 26.*

## I.

**X**eamus ad hortum animi laxandi causa, sed pluviæ aut nivium periculum est. Etiamsi hastas & spicula cœlum depluat, exeamus. Sed jam in vesperum declinat dies & inclinantur umbræ, quis nobis lumina in horto accendet? Exeamus, non deerunt faces & laternæ. Progrediamur ad alteram columnam Domus sapientiæ, ad alteram stationem sacræ peregrinationis. Adeóne in urbani simus, ut nos pigeat associare benignissimum Salvatorem & discipulos, qui *hymno dicto exierunt in montem?* sæpius quidem id agimus, cum per plateas & vicos progreditur ad ægrotos, & moribundis solatia præstat: æquum omnino est ut cum discipulis eum comitemur, nec terreamur tempestate adversa. Fideles Domino suo servi non abhorrent aëris intemperiem.

*L. Fl.*

*lib. 2.*

*Q. Curt. in*

*Alexand.*

*li. 8. n. 12.*

*L. Sylla*

*inter grandines & fulgetra pugnat:*

*Romani co-*

*ortâ ventorum violentia & effusa vi maxima imbruum*

*certant contra Annibalem.*

*Gelu rigentem rivum Ale-*

*xander primus perrumpit, & militem animat ad seque-*

*lam. Hoc illi gloriae inanis stimulo impulsi egerunt: nos*

*pro immortali gloria certamus. Si nobis Imperator est*

*mundi salutis assertor, sequamur magno animo ejus mi-*

*lites, etiam in tempestate; si Dominus est, sequamur ser-*

*vi: obligatio servorum est non deserere Dominum: si a-*

*amicus & amator noster est, sequamur amici: Lex veræ*

*amicitiæ præcipit amicis cum suo etiam incommmodo*

*præsto esse. Nempe ad montem Thabor cum Petro*

*ascendere & gloriosum aspicere non detrectaremus,*

*optaremus tria tabernacula quia Bonum est ibi esse: ve-*

*rūm amici per adversa probantur, & illic maximè eluce-*

*scit amoris serietas ubi adversa dominatur fortuna. De-*

*trabit amicitiæ majestatem suam, qui illam parat ad bonos casus.*

*Senec. Ep.*

9.

II. Sed

II. Sed quid hoc est? *Exierunt ad montem, ubi erat hortus. Et cœpit pavere & tædere; cœpit contristari & mœstus esse.* Quomodo hæc invicem copulantur hortus & bellum? flores & arma? oculorum illecebræ & cordis anxietas? amicitia & hostilis invasio? gaudium & tristitia? voluptas & dolor? Hiccine ille hortus est, in quo de primatu concertant voluptas & dolor, & Jovis decreto invicem arctis vinculis constringuntur? Hiccine est ille hortus, in quo mors & vita <sup>Hymn.</sup> mirando conflixere duello, & mors <sup>Eccles.</sup> mortua tunc est quando mortua vita fuit? Hiccine est ille locus in quo mors & amor de via fessi obdormiunt, & phartris errore permutatis mors ad suavitatem amoris sauciatur; Amor in mortem vulnera figit? solemus ad hortos secedere, ad capiendam recentiorem auram, ad excipiendo lenes Etesiarum & Zephyrorum susurros, ad refocillandos corporis sensus, ad colligendos flosculos, ad familiaria colloquia. At in horto Gethsemani aliud nihil deprehendo, quam tedium, mœstitudinem, pavorem, angustias, sudorem, hostilem incursum, inconditos clamores, arma, gladios, hastas, stipites, catenas, funes, verbena, barbariem.

III. Examens nihilominus ad hunc hortum, reperiemus ibi flores; fasciculum ligat dilecta sponsa: *Fasciculus myrræ dilectus meus. Me sui Myrrham cum aromatibus meis.* Adest ibi puteus aquarum viventium, qui in multos gratiarum rivos diffunditur: adest suavissimæ conversationis occasio; spirant Favonij pietatis. Pluat hastis & gladijs, examens; ingrediamur hortum: non deerunt faces ut caveamus periculum: heroico solum opus est animo. Per damna salices per vulnera herœs crescunt. Animosiores evadunt fortés cum premuntur. In horto sit secunda statio nostræ Peregrinationis.

IV. O hortum! In horto vitam prodegimus per mortum lethalis pomi: in horto rursum vitam recuperare oportet per amarum calicem Passionis! Hic dubio

procul hortus ille est, in quo Deus summam lætitiam cum summa tristitia; summam delectationem cum summo dolore colligavit. Hic hortus est in quo arma commutariunt mors & amor, ut deinceps quem mors ferit, amare incipiat, quem Amor configit moriatur. *Deus amore venit ad homines* ( inquit Augustinus ) *factus est homo. Amore Deus invisibilis servis suis factus est similis : amore vulneratus est propter delicta nostra.* Huius amoris spicula desiderat anima Iusti, ut ijs fauciata moriatur terrenis affectibus, & soli Deo vivat, quo desiderio æstuabat S. Gertrudis exclamans : *Domine IESU per tuum cor lancea transfixum, transfige cor Gertrudis divini Amoris tui jaculo, ut que mundi sunt exuat, teque solum diligat : non verbo neque lingua, sed opere & veritate.* Quasi diceret : O mi IESU amor mei te in mortem impulit ; sagitta amoris mei tibi mortem conscivit : emitte vicissim sagittam mortis tuæ, & lethaliter vulnerati cordis tui in cor meum, ut vulnerata charitate experiar, quod sicut Amoris mei jacula sunt jacula mortis, ita Mortis tuæ spicula sint spicula veri Amoris erga te Servatorem meum.

S. Aug. in  
Manuali.  
c. 21.

S. Gertrud.  
ap. Engl.  
Lyc.

Evang.  
Dom. inf.  
ot. Nat.

S. Aug. in  
Pf. 39. 5  
72.

S. Hieron.  
in c. 5.

Amos.  
Chrysost.  
hom. 83. in  
c. 26.

Matth.  
Cassiod.  
apud Dre-  
zel. joan.

Suar.  
Pallat.  
Arias.

Monta.  
lib. de Pas.  
113. Monet

Barrad. in

V. *Hymno dicto exierunt in montem Oliveti.* Expendamus assumptum thema nonnihil accuratius. Quod post ultimam cœnam Servator noster cecinerit, opinio est Multorum Patrum & Scripturæ Interpretum. Augustini, Hieronymi, Chrysostomi, Caffiodori, Joannis Suarez, Paulij Montani, Pauli Burgensis, Maldonati, Barradij, &c. Et quidem Paulus Burgensis ex Iudæo Christianus tradit moris Id fuisse Iudæis ut post cœnam canerent, Christum verò in multis ritibus se accommodasse Iudæis ex Evangelica historia constat. Qualis verò ille hymnus fuerit divinandum relinquitur. D. Hieronymus existimat fuisse depromptum ex Psalmo 21. Baronius ex Psalmo 113. Monet loco allegato Chrysostomus: *Audiant omnes qui si-  
quasi porci, cum jam comedenter eversa calicibus mensa temulentis  
surgunt, cum agere gratias deberent,* & ad hymnum à mensa deuenire.

nire. Cecinit ergo Christus, sed cur cecinerit quæritur. *Concord.*  
 Voluit ut existimo Apostolis fervorem suum innuere, quo *Evang.*  
 ad salutem humani generis procurandam ferebatur; vo- *Paulus*  
 luit ostendere desiderium quo animus æstuabat, cùm di- *Burg. in*  
 xerit: *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum*, *Psal. 112.*  
*hoc est vehementer & intense desideravi ex more loquen-* *Maldonā.*  
*di Hebræorum.* *in c. 26.*

V I. *Hymno dido.* Nempè cœlestis cygnus suo fu- *Matth.*  
 neri prælusit canendo: *Baron. in*  
*Eccles. de*

*Cantator cygnus funeris ipse sui.*

Socrates si Ciceroni fides, cynum moriturum ideo *Martial.*  
 nere asserebat, quasi vaticinetur quantum in morte sit *lib. 13.*  
*Epigr. 77.* *Cic. de fi-*  
 boni. O mi JESU cantus tuus olorinus non est absque *nib.*  
 certo vaticinio: ingens quippe bonum universo generi  
 humano denuntiat proventurum ex tua morte. *Hymno*  
*dido* Ecce novum Orpheum, qui sylvestres peccatorum  
 arbores de suis locis cantu movet, & indomitas feras,  
 obstinata corda mortalium cicurat. Ecce Amphionem  
 cœlestem, qui novam condere molitur civitatem:

*Movit Amphion lapides canendo.*

O! moveat dulci suo modulatu salutis humanæ assertor *Horat. lib.*  
*3. Carm.*  
 lapidea peccatorum corda, & Marpesias cautes, ut tun-  
 sione plurimâ, fabri polita malleo cœlestem construant  
 Ierusalem!

V II. *Exierunt in montem.* Nihil aberrasti sponsa cum  
 de eo caneres: *Ecce iste venit Ialiens in montibus transiliens* *Cant. 2.*  
*colles.* A summo cœlo & montibus æternis egreditus, trans-  
 filij colles & choros Angelorum *ad montem in vertice mon-*  
*tium ad uterum Virginis*, prout eum appellat Gregorius *S. Greg. in*  
*Magnus*, *ad montem magnum*, de quo loquens S. Andreas *i. Reg. lib.*  
*Cretensis* ajebat ad Virginem: *Sola verè tu benedicta es*, *S. And.*  
*quam montem magnum vir ille desiderabilis Daniel vidit: ac mon-* *I. c. 1.*  
*tem obumbrantem Habacuc ille admirabilis: montem præterea* *Cret orat.*  
*Dei & montem pinguem: montem quoque jucundum; montem in-*  
*quam quem Deo inhabitare placuit.* In hoc monte non diu

*Luc. I. v.* quiescens transfilij iterum colles, & cum matre : *ab ijt in 39. montana cum festinatione.* Ex monte Virginis desfilij in mundum. Baptizatus à Joanne iterum montem petijt : *Aſ- Matth. 4. sumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei o- v. 8. Luc. 4. v. mnia regna mundi.* In montibus docuit discipulos : *Aſcen- s. dit in montem, &c. & aperiens os suum docebat eos.* In monti- Matth. 5. bus confuevit orare : *Ascendit in montem solus orare.* In v. 1. Matth. 14. montibus curabat ægrotos : *Ascendit in montem sedebat v. 23. Matth. 15. ibi : Et accesserunt ad eum turbæ, habentes secum mutos, cœcos, v. 29. claudos, &c. & curavit eos.* In monte Thabor coram tri- bus dilectis discipulis clarificari voluit : *Duxit illos in mon- Matth. 17. tem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos.* In monte v. 1. Oliveti solitus orare Patrem æternum, post ultimam cœ- nam Paſſionem suam voluit auspicari. O mi IESU tu qui- dem in hoc monte collocas alteram domū sapientiae co- lumnam, alteram stationem ultimæ peregrinationis tuæ, sed ego existimo restare adhuc montes magis laboriosos, & posse tibi aptari symbolum illud Poëtæ, in quo caprea per plures montes à minoribus ad altiores saliens repræ- ſentatur cum lemmate : *Graviora reſtant.* Video quam difficiles tibi adhuc obijcantur rupes. Magnis viribus & animis opus est ut transfilias. A monte Oliveti transfibis Hierosolymam, ubi facundo silentio calcabis montes secu- S. Aug. in li. Augustinus hos pronuntiat inflatos tribunalium lu- Psal. 146. dices *Montes dixit Propheta excelfos seculi, aliquâ magna di- gnitate præditos.* Domus Annæ, Concilium Caiphæ, Præ- torium Pilati, Regia Herodis, montes seculi, montes in- vidiâ steriles, fastu tumefacti. Ab his transfilies ad mon- Marci 11. tem Calvariæ, ubi dices monti superbiæ tollere & mittere Beda in Marc. in mare. Ad quæ verba Beda : *Montis nomine nonnunquam diabolus significatur.* Hunc etiam conculcabis. *Graviora reſtant.*

VIII. *Exierunt in montem Oliveti.* Videtis columbam S. Amb. Noëticam ex coelesti arca emissam properare ad oleas, Ierm. 11. ut ramum viridem signum sanctitæ pacis cum Deo, & de- & 21. tume-

tumescens diluvij peccatorum apportet mundo. *Ipse Tertull. de Bapt. orig. in Cant. hom. 2. Baa. fil. in Psal. 28. Cant. 1.* *enim est pax nostra.* Videtis verum Samaritanum, qui properat ad vulneratum hominem ab inferni latronibus, ut *ei oleum misericordiae suae infundat, & sanet.* O mi amantissime I E S U oleum effusum nomen tuum vel ut alij legunt unguentum effusum. Magnum fuit peccati diluvium, sed majus misericordiae tuae. *Dicens autem di-vina Scriptura* ( ait Philo Carpathius ) unguentum effusum nomen tuum Christum JESUM appellat humanitate vestitum. *Dum enim unguentum effusum vocat nomen Jesu Christi, immensam ipsius misericordiam atque pietatem erga nos ostendit.* Tunc enim verè effusum, cum se se nostrâ mortalitate contexit, ut nos suâ immortalitate donaret : tunc se totum nobis per viscera suæ pietatis effudit ; cum pro nobis mori vel crudelissime non recusavit. Quam multi tamen sunt, quibus hæc pietatis effusio non prodest, qui eam negligunt ceu fatuæ virgines, quæ non sumpserunt oleum secum, de quibus merito potes conqueri bone JESU, usurpans vetus adagium : oleum & operam perdidit.

*Erasm. in adag.*

IX. Exierunt in montem Oliveti. Mundum & dæmonem triumphatus, ad oleas properat, eas sibi & comilitonibus decerpturnus, quos erudiebat ad victorias.

Oleæ honorem( inquit Plinius ) Romana maiestas magnum prebuit, turmas equitum ex ea coronando : item minoribus triumphis ovantes. Athenæ quoque vñtores olea coronant : Unde melius auspicaretur Mundi Servator passionem suam, quam ab eo loco, è quo ad capessendam coronam gloriæ, ascensus erat ad cœlos. Ibi quærenda est corona, ubi virtutis sunt experimenta. Hugo Cardinalis huc collimans : *Hugo Card. in Matib.* *Recte post communionem ascendit ad montem Oliveti, ut sic ostenderet quod virtute Dominicæ Sacramenti ascenditur ad culmen gratiæ, deinde ad culmen gloriæ quæ per oleum significatur.* Sed paulò clarius ad nostras cogitationes Salmeron : *Neque Salmeron. vacat mysterio Dominum è Bethania venisse in montem Olivarum & cœlum subiisse, ut unde perrexit ad passionem inde quoque pergeret ad Patrem.* Per aspera venitur ad prospera, *per la-*

bores ad gaudia , periculis decerpuntur lauri & oleæ.  
Oportuit pati Christum & ita intrare in gloriam suam.

- Matth. 26.* X. Sed quid audio ? Auspicatur passionem suam,  
*v. 36.* Christus inter oleas , & conversus ad discipulos inquit :  
*S. Aug. in Psal. 46.* *Sedete hic , donec vadam illuc & orem.* Genua curvatu-  
*S. Greg. in I. Reg. 4.* rus ad Patrem , sudore sanguineo perfundendus no-  
*Hieron. in Dan. 4.* bilis athleta , commilitones suos ad quietem , ad ses-  
*Basil. de Sp. S. 6.* sionem allegat, ad sarcinas relinquit. *Sedere Divis Augu-*  
*Montfort.* *stino, Gregorio, Hieronymo, Basilio, est imperium ac potesta-*  
*Do. sap. col. 1.* *tem tenere.* Nempè ut prædicebat Oseas : *Erit quasi oliva*  
*Osee 14. v. 8.* *gloria ejus : & odor ejus ut Libani.* *Convertentur sedentes in*  
*Hilar. in umbra ejus.* In quem locum D. Hilarius : *Sedent in umbra*  
*Ose. ap. Lauret.* *oliu&eacute;e, qui quiescunt in Christo, & felicitate.* Pugnat Impera-  
*Mattb. 20. v. 18.* tor, quiescunt milites : Laborat Dominus , feriantur ser-  
vi : sudat Christus, in refrigerio sunt Apostoli. Usque adeò  
suos in finem dilexit, ut etiam labores eorum in suos hume-  
ros reciperet. Et qui dicebat : *Non veni ministrari, sed mi-*  
*nistrare*, hic ita ministrat, ut sedeant , qui ministrare de-  
berent. Quamquam ne nobis blandiamur, quasi quiesce-  
re oporteat cum Dominus ad laborem accingitur ; nam  
eamdem mox sententiam repetit alio verbo : *sustinetе bic*  
*Matth. 26. v. 40.* *& vigilate.* Seffio nostra sustinentia est, *sustinetе* : durate  
*v. 41.* in tentatione, & *vigilate & orate ne intretis in temptationem.* Id-  
*Hieron.* est uti exponunt Hieronymus, Beda, Euthymius, & Theo-  
*Beda. Eu-* phylactus, ne consentiatis tentationi. Quo etiam respe-  
*Theophyl. ap. Mal-* xit Origenes cum de assumptis in hortum solis Petro &  
*don.* duobus Filijs Zebedæi loqueretur : *Cæteros sedere jussit, ut*  
*Orig.* *infirmiores : vos ut firmiores volo collaborare mecum in vigilijs*  
*Traad. 35.* *& orationibus.*

XI. Non possum hic prætermittere quin causam in-  
quiram quare Servator noster solos tres hosce discipulos,  
Petrum , Joannem , & Jacobum testes adhibere voluerit  
initio suæ Passionis. D. Chrysostomus hanc causam alle-  
gat : *ut qui viderant montem gloriæ : montem passionem viderent.*  
Quasi innueret viam ad montem gloriæ , esse viam per  
mon-

montem passionis , monstrato proinde fine, etiam voluit *Hilarius.*  
*Theophyl.*  
 monstrare media. Idem sentiunt Hilarius & Theophy-  
*lactus apud Maldonatum qui ait : Simplicius posset responde-*  
*ri, ideo hos tres potius quam alios assumpsisse, quia plus illis confi-*  
*debat, ideoque ad omnia secreta volebat adhibere. Non attingo*  
*universalem illam humanæ vicissitudinis rationem;*  
*quam sapiens innuit : R̄isus dolore miscebitur, & extrema Proverb.*  
*gaudij luctus occupat.* Quod videri potest insinuatum his <sup>14.</sup>

Apostolis à Servatore, ut temporali & mundanæ lætitiae  
 non nimium tribuerent: Semper mundane gloriae tristitia re- *Innocent.*  
*petina succedit, & quod incipit à gaudio, definit in merorem:* *Pa. lib. I.*  
*mundana quippe felicitas multis amaritudinibus referta est.* In- *cont. mundi.*  
 quit Innocentius Papa. Non etiam assero, quod cum Isaia *cap. 21.*  
 Propheta documentum dare voluerit suis discipulis Ma- *Isai. 28.*  
 gister: *Ablactati à lacte, tribulationem super tribulationem ex-*  
*spectate: spem super spem.* In gaudio non extolli, in tribula-  
 tionē non dejici, prosperis non evanescere, adversis non  
 succumbere discite. Id enim veræ est sapientiæ, &  
 Christianæ perfectionis, sed ad omnes spectabat hoc do-  
 cumenti genus, cur ergo potissimum placuit Petrum,  
 Jacobum & Joannem assumere? Ego sic existimo, & ex  
 Evangelico textu colligi posse animadverto: eos præ cœ-  
 teris proprii admotos periculo, qui cœteris animosio-  
 res si non erant, sibiipsis tamen videbantur, ut suam im-  
 becillitatem cognoscerent. Nullus Petro animosior:  
*Tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire.* Etiam si *Luc. 22.*  
*omnes scandalizati fuerint in te, ego non scandalizabor.* Alij duo *v. 33.*  
 cum petiissent in regno Christi sedere; alius ad dextram *Marci 14.*  
 alius ad sinistram, interrogati: *Potestis bibere calicem quem* *v. 29.*  
*ego bibiturus sum,* audacter responderunt: *Possimus.* Nunc  
 ergo advenit tempus, quo propinabitur calix amarus,  
 quem ego bibiturus sum; ostendite vos in facto, quales  
 videri volebatis verbo: probate quid possitis: intelligite  
 quid sit sedere ad dextram vel ad sinistram. *Sedete hic; su-*  
*stinetete hic;* & prælibanti calicem bibite. Hanc reor fuisse  
*cogi-*

Orig.  
Tract. 35.

cognitionem Origenis, qui ad hunc locum ajebat : *Ad hoc autem adduxit eos, maximè Petrum magna de se confidentem, ut videant ubi est posse hominis.* Jam, jam dicite mei discipuli : *Possimus.* Sine isto *possimus*, non potestis obtinere quod petitis ; sine hoc *sedete & sustinete*, non potestis sedere ad dexteram meam, & ad sinistram. O quam animosis propositis sàpè prægnantes sumus, quam magna nobis pollicemur in via virtutis, & ubi tentatio minima venerit, si non planè succumbimus, fugam cum Apostolis arripimus. Respondeant dictis facta, propositis opera, desiderijs animus firmus & immobilis : nihil dubitemus, respondebit factis præmium, operibus merces, desiderijs optatus finis.

XII. Deduximus Servatorem nostrum è cœnaculo ad secundam columnam Domus sapientiæ, ad alteram stationem sacræ Peregrinationis. Nostrarum nunc partium est, priusquam ulterius progrediamur, sedulò contemplari, quod ad hortum quidem venerimus, sed ad hortum feracem spinarum & tribulationum, ad montem olivarum, sed quarum frondes non decerpuntur absque labore ; ad vallem in qua lætis animis velut cantu prævio dura & aspera sunt aggredienda. Halyatti Lydorum Regi ( idem de Cretensibus, & lacedæmonijs refert Gellius ) consuetum fuisse memorant, ad campum & prælium egredienti, pro tubis & tympanis, melos symphoniacum adhibere, ut lætitia militibus ingenerata faceret animosiores ad pugnam. Nobis Servator noster præcipit : *Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem.* Hymnum dicite Deo, Dei Filij exemplo, ne succumbatis. Nemo dicat præfidenter *possum*, sed cum Apostolo:

Ravus. in  
Offic.Herodot.  
ap. Gell.  
not. Attic.  
lib. I. c. 11.ad Philipp.  
4. v. 13.Trid. sej.  
6. c. 13.

*Omnia possum in eo qui me confortat.* Loquamur non sine metu & tremore ; agamus tamen fortiter & constanter. Et ut concludam sermonem, utar verbis Concilij Tridentini : *Qui se existimant stare, videant ne cadant, & cum timore ac tremore salutem suam operentur in laboribus, in vigilijs, in Eleemo-*

*Eleemosynis, in orationibus, & oblationibus, in jejunijs & castitate. Formidare enim debent scientes, quod in spem glorie, & nondum in gloriam renati sunt: de pugna que superest cum carne, cum mundo, cum diabolo; in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia, Apostolo obtemperent dicenti: Debitores sumus non Rom. 8. carni, ut secundum carnem vivamus; si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem Spiritu facta carnis mortifica-  
re-  
ritis, vivetis.*



## CONSIDERATIO V.

*Pro Feria V. Dominicæ II. Quadrag.*

# SUDOR SANGUINEUS THEMA.

*Et factus est sudor ejus sicut guttae sanguinis decur-  
rentis in terram. Lucæ 22.*

### SYNOPSIS.

- I. Semimortuus Othryades Lacedæmonius de Argivis viciis tropheum erexit suo sanguine scribens: Christus suo sanguine columnam alteram sue Peregrinationis signavit.
- II. Ad hanc figuram nostram Stationem, & copiosum profuvium ad nostram instructionem consideremus.
- III. Sudor sanguineus est pena Adamo debita, quam novus Adam in se suscepit, excipiens velut poma grimos sanguinis.
- IV. An potius velut globos, quibus ludit mundus, ut Regem tangat, apud quem copiosa redemptio.
- V. An potius velut globum mundi, quo in terram prostratus sudat sanguinem.
- VI. Naturalem fuisse hunc sudorem multa suadent exempla idque ex confiditu partis inferioris & superioris.
- VII. Et ex memoria amarissime mortis, unde in borts illo fertur crevissæ arbor referens mortis memoriam.
- VIII. Cane-

**VIII.** Canescere ex horrore instantis mortis frequens est, sudare sanguinem tam copiosum ut in terram decurrat, soli Christo accidisse censendum.

**IX.** Pluvia sanguinea semper habite sunt mali ominis, hec verò nobis portendit felicitatem.

**X.** De sanguine stillante ex capite Meduse, natu pntatur Pegasus & varij serpentes de sanguineo sudore Christi Angeli veloces ituri ad gentem convulsum.

**XI.** Ex sanguine humano lampas quedam vite & mortis creditur attenuari. In monte Oliveti mirabilis cernitur pyronomantia, ubi totus mundus peccatis mortuus suscitatur ad vitam.

**XII.** Sanguis è vena robusti elicitus sensili corpori immissus creditur vigorē & sanitatem restituere : id verissimum est de sanguine Christi, quo humanum genus infirmum sanatur.

**XIII.** Immissus sanguis hominis in veniam alterius putatur amorem conciliare : circa dubium hoc sperandum à sanguine Christi.

**XIV.** Qui velut sanguineis lachrymis naturam humanam deflevit.

**XV.** Et nos illi hunc sanguinem eliciimus : hemorbois peccati illum mordit. Insurgamus in hunc Tyrannum, & lachrymis compatiamur Servatori nostro.

*Et factus est sudor ejus sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Lucæ. 22.*

### I.



Rgivis & Lacedæmonijs de agro Thyræatico altercantibus, Amphyctiones, seu publicum Græciæ concilium è septenis collectum civitatibus, pugna utrinque lectorum hominum rem decernendam censuerunt, victoriique parti agrum adjudicarunt.

Lacedæmonij à sua parte Othryadem summæ rei, Argivi Thersandrum præfecere. Prælio peracto duo de Argivis fuerunt superstites, Agenor & Chromius, qui properarunt ut victoriam civibus suis nuntiarent. Factâ verò quiete, Othryades etiamnum inter cadavera vivens emersit fultusque semifraustis hostilibus, mortuorum scuta sustulit, trophyum erexit suoque sanguine inscripsit: *Lacedæmonij de Argivis.* Quo factō in acervum occisorum se abjecit ac finijt. Si fas est parvis componere magna,

Strabo.lib.  
9.  
Plut.lib.2.  
Moral.  
Parallel.  
num. 3.  
Chryserm.  
lib. 3.rer.  
Peloponnes.  
Drexel.  
Chri.  
Patient.P.  
2. c. 2.

gna, Christus mundi Servator domum sapientiae excitans alteram suæ peregrinationis columnam statuit suo sanguine quem in monte Oliveti sudavit purpuratam, cui merito inscriperis. *Sic Deus dilexit mundum.*

*Joan. 3.  
v. 16.*

II. Ad hanc columnam nobis hodie consistendum est, ac magna cum animi non tam admiratione quam devotione expendendum mysterium profusi copiosi sanguinis, ejus causæ naturales juxta & morales affectuose inquirendæ. Nihil enim mysterio vacat, quod in vita in terris exacta gestum est à Redemptore mundi. Unde S. Augustinus: *Tota inquit, vita Christi, in terris per hominem, quem gessit disciplina morum fuit.* Atque ea potissimum, quæ opus redemptionis humanæ consummavit, sanguinem pretiosissimum effundendo non semel, sed iterum & tertio. Primum quidem in cœnaculo cum eum Apostolis propinavit, secundo in monte Oliveti, cum toto corpore illum exsudavit, tertio in flagellatione, ut taceam de aperito latere crucifixi. Hodie de secunda effusione sermonem instituimus.

*S. Aug. de  
ver. relig.*

III. *Et factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* Magnam fuisse sacri sanguinis profusionem declarat varia lectio horum verborum, S. Justinus M. legit: *Sanguis concretus.* Euthymius verò: *grumi sanguinis.* Et D. Irenæus *globi sanguinis.* Observant ius super Doctores hanc effusionem durasse totis tribus horis, quibus duravit oratio. *Tribus integris horis sudorem illum emanasse,* quod etiam impetus orantis, & continua statimque initio oranti superinfusa agonia suadet. Inquit Lobbetius. O mi JESU cœlestis Adame, jam intelligo tuum illud effatum: *Meus cibus est ut faciam voluntatem patris mei.* Cibus tuus, panis tuus est voluntas Patris, quæ olim in horto paradisiaco sententiam tulit in hominem: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Pro me sudas, pro me vesceris hoc pane duro. Concutit jam vetus Adam arborem scientiæ boni & mali, & decidunt poma *grumi sanguinis* in tuum sacratissimum

*S. Justin.*  
*M. in  
Dial.*

*Euthym. in  
Luc.*

*S. Irenæ. I.  
3. cap. 32.*

*Lobbet.*

*Tract. de  
Passio.*

*Meus cibus  
est ut faciam  
voluntatem  
patris mei.*

*Gen. 3.*

mum Corpus, ut in horto Oliveti novus Adam usque ad sudorem pro veteri Adamo pro me labores.

*S. Irenæ. cit.*

I V. *Sicut globi sanguinis.* Lusum pyramidalem instituit mundus, globos sanguinis jacit, ut Regem tangat, omnes in hoc lusu Regem petunt; quid mirum si in terram prosterneris? *Tot erant globi, quot guttæ sanguinis:* Inquit Irenæus, quia scilicet uni mundo, unica gutta suffecisset ad redemptionem: atque adeò quot guttæ fusæ sunt, tot mundi redimi potuissent. Voluit autem amantisssimus IESUS innumeras guttas effundere, ut constaret quod pro singulis tantum pati voluerit, quantum pro omnibus passus est. Singuli nos sumus microcosmi, parvi mundi, parvi globi, noster hic lusus pyramidalis est quo Rex universorum prosternitur. *Copiosa apud eum Redemptio quia aspersio sanguinis ejus abundanter effusi,* ad plenam redemptionem sufficit pluribus universis, ut loquitur Innocentius Papa.

*Innocent. Pa. III.*

V. *Sicut globi sanguinis.* Miramur illum procidisse in faciem! universi mundi globum portandum suscepit. Ne jactet antiquitas suum Atlantem, melius de nostro novo Atlante canere licet.

*Virg. 6.  
Æneid.*

*Isai. 40.  
v. 12.*

*Psal. 101.*

*S.Chrystof. bon. 51. in  
Mattb.*

*Isai. 53.*

- - - *Cœlifer Atlas*

*Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.* Hic enim appendit molam terræ tribus digitis: *Opera manum ejus sunt cœli.* Non succumbit oneri, quod ipse condidit, sed peccatis quæ homo patravit. *Qui est omni cœlo altior ad terram usque curvatus procidit in faciem suam.* Inquit Chrysostomus: sed qua de causa? *Posuit in eo Dominus iniquitates omnium nostrum.* Hinc factus est sudor ejus sicut guttæ, sicut globi sanguinis decurrentis in terram.

VI. Quod sudorem benedicti IESU non stillantem, sed decurrentem in terram scribat Evangelista, occasionem sumpserunt scripturæ Interpretes, ut inquirerent: an sudor iste fuerit naturalis, & ex vera naturali corporis & animi anxietate obortus. Id quondam Armenijs indecens

decens visum credere de Filio Dei : unde ut testatur S. Nico Episcopus : *A sacris Evangelij abstulerunt vocem, quæ dicit : Et factus est sudor ejus sicut guttae sanguinis in terram descendenteris : hoc esse imbecillitatis existimantes non di vine Mages statis.* Sed hi non recte senserunt de Christi humanitate, quæ assumpta fuerat voluntariè ut pateretur pro universo genere humano ; atque adeò sibi relictæ etiam ad usque sanguinem sudorem potuit laborare. Neque in substantia insolitum quidquam est sudare sanguinem.

Maldonatus hunc locum versans : *Audio, inquit, de his qui viderunt aut cognoverunt ante annos duos Lutetiae Parisiorum, hominem robustum & benevolentem, auditam in se capitali sententia sudore sanguineo fuisse perfusum.* Naturaliter id fieri posse, & aliquando contigisse docet Aristoteles. Refert etiam Drexelius ex Justo Lipsio exemplum de foemina sanguinem lacrymante : *Ævi nostri clarissimus scriptor Justus Lipsius foeminam fuisse affirmat non è plebe testis, quæ mariti sui mortem eo lachrymarum imbre prosecuta est, ut lachrymis deficientibus guttas sanguineas oculi stillarint.* Quin & Tannerus in suo cursu Theologico affirmat : se fide dignâ relatione ab oculato teste comperisse, sanguinem sudorem ante paucos annos Oeniponti in Tyroli cuidam seculari sacerdoti, ob terrorem ex spectris nocturnis conceptum accidisse. Idem refert Thuanus de Praefecto montis Marini in carcerem conjecto, tribuitur id operationi imaginativæ facultatis quæ concepto horrorre, spiritui & amori generis humani reluctans in Christi tenerrimo corpore certatim poros laxavit, & sanguinem copiosum exprefsit. *Configentibus inter se timore passionis & ardore patiendi, sanguis undique per cutis poros sudoris instar perrupit.* Monet tamen allegatus Tannerus : *Evidem ut exissimo, positâ tantâ anxietatis magnitudine, ob teneritudinem corporis Christi sudorem illum sanguineum naturaliter provenisse; ita non sine miraculo accidisse arbitror, ut cum tanta vi doloris, & concussione corporis, vita, vires, & valetudo ejusdem integra consisterent.* Quis hæc

S. Nico.  
Ep. de Ar-  
men. relig.  
To. 1. Bibl.  
PP.

Maldon.  
in c. 26.

Matth.  
Fernel. lib.

6. de part.  
morb. c. 4.

Arist. lib.

7. de his.  
animal. c.

16. & lib. 3.

de part. a-  
nimal. c. 5.

Drexel. in  
Cбри. mo-

rien. P. 2.  
c. 2. §. 3.

Jo. Suar.  
ap. Barrad

in Conc.  
Evang.

Lucas.  
Burg. &c.

Tanner.  
To. 2. Diff.

2. q. 3.  
dub. 1. n.

25.  
Thuan. lib.

11. hist.

Torniel. in  
annal. de

vita Cibri.  
fin.

Tanner.  
cit. n. 24.

attentius considerando in eas voces non erumpat, qui-  
*S. Ambros.* bus utitur D. Ambrosius : *Ego nusquam magis pietatem ejus  
 in Luc.* majestatemque demiror. *Minus enim contulerat mibi, nisi meum  
 suscepisset affectum. suscepit tristitiam meam, ut mibi suam leti-  
 tiam largiretur, & vestigijs nostris descendit usque ad mortis e-  
 rumnam, ut nos suis vestigijs re-vocaret ad vitam.* Non erat illi  
 satis tristari, pavere, tædere, sudare, voluit insuper tam  
 copiose sudare ut sanguis in terram deflueret, ut ad vi-  
 tam prorogandam post tantam effusionem, miraculum  
 fuerit necessarium.

*Hegeſipp.  
 ap. Dre-  
 xel. cit.*

VII. Ex Hegesippo Apostolorum discipulo referunt nonnulli, quod eo loci ubi Christus orans sanguinem su-  
 davit, arbor enata sit, in cuius folijs hæc inscriptio lege-  
 batur : *O mors quam amara est memoria tua.* Hoc mirandum  
 planè si verum, ait Drexelius, & possis de hac arbore  
 canere.

- - - *folijs oleaster amaris*

Illud certum amarissimam Christo fuisse memoriam  
 ignominiosæ mortis post acerbissima tormenta, sed longè  
 amerior ei fuerit memoria peccatorum nostrorum; pro-  
 pter quæ quod nostrum erat in se recepit : Unde S. Gre-  
*S. Greg. li.* gorius ait : *Fortis super omnia, apparet infirmus inter omnia, ut  
 16. Mo-  
 val. c. 14.* dum nobis ex assumpta infirmitate congrueret, ad permanentem nos  
 suam fortitudinem elevaret. Et eodem penè sensu S. Leo :  
*S. Leo Pa.* In nobis Dominus nostro pavore trepidabat, ut susceptionem no-  
*serm. 3. de  
 passio.* stræ infirmitatis indueret, & nostram inconstantiam suæ virtu-  
 tis soliditate vestiret.

VIII. Fuere, qui ingenti & repentina pavore conter-  
*Drexel. in* riti una nocte incanuerunt. Talis Didacus Osorius à Re-  
*Rogo.* ge Hispaniæ conjectus in carcerem Hispali, qui mœrore  
*damm. c. 2.* tabescens unâ nocte incanuit : de quo vates cecinit :

*ex Mar-  
 tial.*

*Scal. E-*

*xerc. 312.  
 Engelgr.*

*O nox quam longa es, quæ facis una senem !*

Talis Franciscus Gonzaga cum velut conjurationis  
 conscientia in carcerem mittitur. Talis Ratislaus LesciPo-  
 loniæ Regis filius, qui præpropera dominandi cupidine  
 labo-

laborans, & eam ob rem Patri Regi delatus Patris jussu <sup>Panth. P.</sup>  
 conjectus in carcerem viginti duorum annorum juvenis <sup>2.</sup>  
 die sequenti prolixè canâ Barba & canis capillis eductus  
 est. Talis Ludovicus severus Bojorum Princeps, qui cum  
 ob vanam sceleris suspicionem integerrimæ conjugi Ma-  
 riæ per carnificem caput sustulisset, sequenti nocte ab  
 ejus manibus ita exagitatus est, ut cum Barbâ florente ac  
 juvenili decoraque comâ cubitum se contulisset, mane  
 facto totus canus septuagenario similis apparuerit.  
 Fuerunt etiam quibus metus & horror denuntiatae mor-  
 tis, quibus insperatum gaudium repente spiritum in-  
 terclusit: Sed tantum & tam copiosum sudare sanguinem,  
 ut eo non vestes modo, sed ipsa quoque terra inundetur  
 ac madefiat, hoc seculis omnibus est inauditum, & soli  
 haec tenus Christo accidisse censendum, quo cordibus no-  
 stris teneriorem in ejus mysteriorum consideratione affe-  
 ctum exprimeret.

I X. Considera anima Christiana Salvatorem tuum, velut quoddam cœlum tristitia & mœrore obnubilatum, è quo non stillæ, sed velut pluvia decidit sanguinea; & omnia inde cape salubria, non ut olim Romani funesta. Anno Urbis conditæ 571 quod sanguine per biduum pluisset in area Vulcani; per decem viros supplicatio indicta est ejus prodigijs expiandi causa; ut memorat Livius, quod cum alias etiam accidisset nunquam bono tributum est omni. Anno millesimo decimo septimo Christi in Francia triduana sanguinis pluvia portendisse credita est subsecutum bellum inter Guilielmum Aquitaniæ Ducem, & Godefri- dum Comitem Andegavensem. Boni ominis est Christi sanguinea pluvia, quæ duravit trihorio: pacem generavit non bellum: fæcundum inter Deum & hominem fœdus, non debuit esse sine sanguine. Gratias tibi amantissime IESU pro hac tam salutari pluvia debet universus orbis: *sudor rigat terram, ut terra nostri cordis tali pinguedine fæcundetur*, inquit, S. Bonaventura.

Avent. lib.  
7. Rader in  
Bavar.  
sanct. viti.  
Mar.  
Brab.

Plin. lib. 7.  
c. 37. Gell.  
in nod. At-  
tic. lib. 3.  
Cicero. li-  
1. Tusc. qq.

Liv. lib.  
39. hist.  
Plin. lib.  
2. c. 56.

Baron. ad  
ann. 1017.

S. Bonav.  
in Luc. c.

*Ifacius ap.* X. Fingat antiquitas Medusam fuisse pulcherrimam  
*Nat. Com.* mulierum, quæ cum Palladi certamen indiceret de capil-  
*Mytholog* lorum pulchritudine, eos sensit in fœdissimos serpentes  
*Lib. 7. c. 11.* converti: ut qui postmodum illam spectare auderet, fie-  
*Apollon.* ret faxeus. Perseus Jovis filius scuto Palladis armatus  
*Rhod. Xe-*  
*nodo.*  
*Theopb. li.* averso vultu ei caput præcidisse est creditus, è cujus san-  
*2. bif.* guine natus Pegasus, & è destillantibus à capite guttis  
 varia serpentum genera. Dicam ego naturam humanam  
 initio fuisse pulcherrimam, sed cum ad Dei scientiam  
 aspiraret temeritatis pœna damnatam, serpentes gestare  
 cœpisse in capite, peccatum inquam originale; quod  
 præcidens Dei Filius ex ipsius humanæ naturæ à se as-  
 sumpto sed puro corpore sanguinem destillavit, è cujus  
 guttis non equi alati, sed Angeli velocies ituri ad gentem  
 convulsam, & dilaceratam: non angues sed heroes sunt  
 generati: Apostolos dico, Martyres dico, Christi imita-  
 tores dico, qui feliciorem natalem suum Christi sanguini  
*Math. 10.* acceptum referre debent, ad quos dictum: *Estate prudentes sicut serpentes.* Hâc prudentia instructæ fuerunt illæ  
*v. 16.*  
*Math. 25* quinque prudentes Virgines Evangelicæ, sub quarum  
*v. 1.* numero electorum universitas designatur; cum reliquæ  
*Auth. Im-* fatuæ designent impios, qui sibi virtutem sanguinis Chri-  
*perfed.* sti non applicant. Unde frustra illas clamans afferit Si-  
*Orig.* mon de Cassia, *Domine, Domine aperi nobis.* Etenim nulla  
*Hilar.* oratio electorum sine virtute sanguinis Christi verum sortitur ef-  
*Hieron.* fectum. Et Antonius Burgensis: *Quare non exaudiuntur*  
*ap. Mal-* *Virgines? quia insipientes.* Unde insipientes? quia non sumpe-  
*don 11. in* xz.  
*Matth.* runt oleum sanguineum sudorem Dominicum. *En Virginum insi-*  
*Sim. de* pientia: non erat earum deprecatio Christi sanguine rubricata.  
*Cassia. lib.*  
*Ant. Burg*  
*ap. Finett.*  
*de Passio*  
*Ern. Burg-*  
*grav. ap.*  
*Jonston. in*  
*Thauma-*  
*tæ & mortis attemperari Ernestus Burggravius tradit;*  
*topograph.*  
*Classe 10.* quali arte, id non disquiro. *Lampas hæc* (ut ait ille) *sive*  
*art. 3.* *lumen incensum semel, ardet jugiter quoad homo ille,* è cujus apta-  
 tur sanguine, vitalem dicit Spiritum, atque eodem, quo eundem  
 efflat ipse, horæ siue momento, sive pundi litio simul cum eo ex-  
 tingui.

tinguitur. Pyronomantiæ id Sennertus & deodatus attri-  
buunt. Ad montem Oliveti convertere anima Christia-  
na , ibi reperies divinæ cuiusdam Pyronomantiæ ef-  
fectum admirabilem , lampadem vitalem è sanguine Fi-  
lij Dei præparatam : *Lampades ejus lampades ignis. Fortis ut  
mors dilectio, etenim cum dilexisset suos in finem dilexite eos.* Adul-  
tum vitæ Spiritum : imò verius ad seculi finem : *Ecce  
ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi.* Hebræis  
prohibuerat olim Deus sanguine vesci, eo quod in eo a-  
nima & vita consistat : *sanguinem universæ carnis non come-  
detis, quia anima carnis in Janguine est.* Causam huius legis  
investigans D. Thomas ait eam latam esse propter re-re-  
rentiam diuinam , quia sanguis est maximè necessarius ad vitam ;  
ratione cuius dicitur : *anima est in sanguine ; quia per hoc figura-  
batur effusio sanguinis Christi.* Noluit Deus ut pecudum san-  
guine vescerentur Israëlitæ , ne vitam belluinam attra-  
herent, servabatur privilegium vescendi sanguinis vitalis  
novæ legi , in quo non sanguis hircorum vel taurorum,  
sed Filij Dei sumendus erat. Hic largissimè inter oleas  
fluxit, *sicut guttae sanguinis decurrentis in terram*, ut vitalem  
spiritum emortuæ communicaret. *Ut totum mundum*  
( sic differit Author Glossæ ) *peccatis mortuum ad vitam re-  
fuscataret; ideo sudorem suum sanguineum ad terram decurrere vo-  
lebat.* Nimirum spiritus vitales, & *Anima est in sanguine.*

XII. A vobis jam exquo sententiam Domini Me-  
dici & Physici, quid censem de humano sanguine , an is  
è vena robusti ac benè temperati juvenis elicitus , senili  
corpori vigorem & sanitatem conciliare possit? Respon-  
debitis cum Marsilio Ficino, citrà dubium posse ; idque  
licitum esse in praxim deducere concedent Theologi. Nec  
ego id vobis abnuero , sed certior tamen mihi est expe-  
rientialia in sanguine Christi , qui mundum velut invetera-  
tum malorum dierum senem in pristinum vigorem re-  
stauravit ; & homini, quam Adamus prodegerat restituit  
sanitatem. Celebris erat olim apud Iudæos Hierosoly-  
*Marfil. R. de san. tis-  
end.*  
*Less. de ju-  
re lib. 4.c.  
3. dub. 2.*

mis piscina probatica in qua ad motum Angeli sanabantur infirmi, sed hoc certis tantum temporibus accidebat, nec sanabantur multi, sed singuli. In Christi sanguine in-exhausta est vis medelæ, curantur languores omnium,

*D. Ambros* fanatur universus orbis. *Depromo id ex ingenio D. Am-*  
*ap. Finett.* brofij, qui ait : *Erat hoc piscinæ miraculum figura Domini no-*  
*strí JESU Christi qui in hunc mundum passurus venit, ut per pas-*  
*sionem suam & mortem humanum genus infirmum sanaretur. Ut*  
*vires effœtæ ac deperditæ pristinum vigorem recuperarent.* Eò tendebat etiam S. Cyprianus cum commen-  
*dans calicem sanguinis Domini, saluberrimos ejus effe-*  

*S. Cypria.* *Etus expressit : Quemadmodum vino isto communi mens solvi-*  
*Epist. 63.* *tur & anima relaxatur, & tristitia omnis deponitur, ita epoto*  
*sanguine Domini & poculo salutari, deponatur memoria veteris*  
*hominis, & fiat oblio conversationis pristine secularis : & mo-*  
*stum pectus ac triste, quod prius peccatis angentibus premebat, di-*  
*vine indulgentiae letitiâ resolvatur. Quasi diceret : sanguis*  
*Christi vetustatem depellit, vires instaurat, senectutem*  
*profligat, floridam juventutem reducit.*

XIII. Nondum medicos ex orchestra dimitto. Afferitis iterum si ex unius hominis cavata venâ calidus sanguis immittatur alterius venæ, mutuum inter duos amorem conciliari. Experientiam hic non requiro : nihil tamen dubito quod amantissimus hominum J E S U S copiosum in horto sanguinem fuderit, ut sibi animas nostras ardentissimo amore conjungeret. Quem proinde alloquens Simon de Cassia recte ajebat : *Sudasti sudore san-*  
*guineo, ut supra naturam communem hominum tuum ostenderes ef-*  
*fe amorem. Sanè usque adeò incalescere, ut toto corpore*  
*sanguis erumpat insoliti cuiuspam affectus argumen-*

*Sim. de*  
*Cass. in*  
*Epang.* *Sudasti sudore san-*  
*guineo, ut supra naturam communem hominum tuum ostenderes ef-*  
*fe amorem. Sanè usque adeò incalescere, ut toto corpore*  
*sanguis erumpat insoliti cuiuspam affectus argumen-*  
*tuum est. Timori & moestitiae multi attribuunt, ut retuli-*  
*in 3. p.* *mus, sed parùm ad naturæ operationes advertunt. Ti-*  
*Disp. 34.* *mor & moestitia sanguinem colligunt & ad cor propel-*  
*fed. 2. Luc.* *Burg. in c.* *lunt, verecundia in faciem expellit, gaudium in cutem,*  
*22. LUC.* *ut observant Conimbricenses : quorum authoritati inni-*

xus Sherlogus gaudio adscribit sudorem sanguineum, Barrad.  
 ijsdem accedit, quibus sententia exordia orationis Christi sub To. 4. I. 6.  
 tristitia, & angoribus fuisse, tum vero adactum cruentum interius cap. 13.  
 Raynaud. ad resocillandum cor : postea succendentibus amoris affectibus ex- Ec.  
 traactum eumdem sanguinem ad corporis superficiem, facile ostia re- Conim-  
 perisse quibus profiliret : At quinam amoris actus, compla- Aris de  
 centiae an desiderij, an fruitionis ? Joannes Gerson gaudij morte Ec  
 fuisse arbitratus est : sed nihil tunc praesens : neque enim adhuc vel Sherlog in vita c. 8.  
 executum Patris mandatum de sustinenda cruce, vel reportata de Cant. vol.  
 Principibus tenebrarum victoria, vel conversa nationum multi- 2. Vest. 2.  
 tudo Ec. sed tamen hec quamquam Physicè non existent, mo- Explan.  
 raliter tamen existebant, quatenus Christi anima scientia certa Ec. jo. Gerson.  
 infallibili cognoscebat extitura Ec. Ego tametsi mixtum do- lib. de pass.  
 lori gaudium non diffitear, desiderio potius quam frui- cap. 2.  
 tioni adscripterim tam intensum amorem. Ipse de se lo-  
 quatur Salvator : Desiderio desideravi hoc pascha, & quomo-  
 do coarctor donec perficiatur. Et eo sensu intelligo loquen-  
 tem S. Bernardinum Senensem : Immensus ac ferventissimus S. Bernar.  
 amor in hoc manifestatur : sepè enim fervens ebullitio emittit ad din. Sen.  
 extra : proinde quantum anima Christi charitatis igne in intimis serm. 55.  
 bulliendo ferueret, scaturitio sanguinis clarus manifestat. Idem de Pass.  
 erat objectum doloris, & amoris in corde amantissimi art. 1.c. 2.  
 IESU. Dolebat nos sub dæmonum vinculis constrictos ja-  
 cere, desiderabat nos inde eripere : dolebat in interitum  
 ruere multas hominum myriades ; desiderabat omnes  
 salvos facere. Hinc eo impetu quo dolor & timor sangu-  
 nem ad cor collegerant, fervens amor in universum cor-  
 pus diffudit, & per poros tenerrimi corporis evaporavit.

XIV. Audistis Evangelistam enarrantem hoc my-  
 sterium ? Cœpit pavere & tædere. Ait Marcus : Et factus est Marci 14.  
 sudor ejus sicut guttae sanguinis decurrentis in terram, ait Lucas : v. 33.  
 illud luctæ internæ principio, istud effectui attribuite ;  
 causam suggeret Titus Bostrenus : Cœpit pavere & tædere : Tit. Bo-  
 quo timiditatis fons, pavorisque fluxus qui nature nostræ cohære- fren. ap.  
 bat, hoc modo abstergeretur, penitusque ex illa profigaretur. An- Baetz. To. 1.  
 lib. 5.c. 2.

non hoc est quod Joannes ajebat : *Perfecta charitas foras  
mittit timorem.* Animosus pugil, vehemens amator, hoc  
<sup>v. Joan. 4.</sup> signo suum in nos testatur amorem. *Dilexit nos, & lavit  
nos a peccatis nostris in sanguine suo.* Et quidem si ita licet dicere sanguineis lachrymis miserabilem naturæ humanæ statum deflevit. Id quod afferere mellifluo Doctori placuit : *Quasi membris omnibus flevisse visus est, ut totum corpus  
meum totius corporis lachrymis purgaretur.*

<sup>S. Bern.  
serm. 3. de  
ramis.</sup> XV. Ah Christiani considerate amantissimum vestrum Salvatorem in terra prostratum, sanguineo sudore madidum, & cogitate eum sub pondere peccatorum nostrorum fatiscere, cogitate Regem esse quem in mundi Iusu quodvis peccatum in terram prosternit : cogitate eum nostro trepidasse timore, nostris miserijs contristatum ; nostro lavacro pretiosum sanguinem toto corpore eliquasse, vitæ nostræ æternum duraturæ lampadem accendisse : nobis suum sanguinem destillasse ut in sui amorem alliceret. Cogitate eum esse botrum Cypri, qui angore & tædio expressus est in nostram lætitiam : cogitate esse nobilem gemmam, quæ ad præsentiam veneni peccatorum nostrorum sudavit. Occurrat memoriae factum illud Childeberti Francorum Regis. Soror ejus Chrothildis pientissima fœmina male tractata ab Amalrico marito Hispaniarum Rege : *Nam plerunque* (ut ait

<sup>Greg. Tu-  
ron. lib. 3.  
c. 10.</sup> Gregorius Turonensis) procedente illa ad sanctam Ecclesiam, stercora & diuersos fætores super eam projici imperavit. Ad extreum autem tanta eam crudelitate dicitur cœcidisse, ut infestum proprio sanguine sudarium fratri transmitteret : Quid hoc aliud erat quam tacens Epistola, quasi alloquens fratrem : *Vide Childeberte, quam indignè me tractet maritus : Exsurge in vindictam, ulciscere sororis injurias.* Dictum, factum ; Childebertus magno instructus exercitu Hispanias petijt & Amalricum primo congressu fugavit: mox etiam comprehensum interemit. In monte Oliveti male tractatum a peccatis nostris Servatorem conspicimus ; sanguine pur-

puratam suam vestem, imò totum corpus nobis ostentat, quasi alloquens: videte Christiani, videte mortales *si est dolor similis dolori meo: peccatum vestrum crudelis Tyrannus est; hæmorrhoides est, quæ ubi hominem momoratur ad mortem facit sanguinare: hunc mihi sanguinem expresserunt peccata vestra: hisce sanguineis lachrymis vestram defleo infelicitatem: hisce tacitis literis vos ad justam exhortor vindictam: Confurgite in Tyrannum animarnm vestrarum, rependite fletum meum, compas- sione & fletu vestro. Hæretis? & nondum stillant profusi lachrymarum imbres? Audite Bellarminum: Si flere non potes ex amore & compassione Redemptoris: quomodo saltem propter multitudinem peccatorum tuorum non flebis: cum ea solum cogitatio Dominum tuum sanguinem sudare coegerit.* O mi JESU: emolli cor meum lapideum, educ aquas lachrymarum è saxo durissimo, ut deflere valeam peccata mea, & firmiter statuam deinceps cum Regio Psalte: *Lavabo Psal. 6. per singulas noctes leđum meum; lachrymis stratum meum rigabo.* v. 7.

Caveamus Christiani ne nobis eveniat quod aliquando Aquitanis eventurum prædicebat S. Fulbertus Carnotensis Episcopus. Circa annum 1017. ut supra retulimus toto triduo sanguinea pluvia de coelo ceciderat, quæ cum in lapidem aut carnem incidisset, non poterat ablui; si verò supra lignum, eluebatur. Consultus ea de re Fulbertus: *Per lapidem, inquit, impij, per carnem fornicarij significantur; per lignum medij, qui neque molles ut caro, neque ut lapis duri. Adjecit verò: impios & fornicarios indelebili nota in sanguine suo morituros, medios per mortis angustiam salvandos.* Hanc pœnam præcaveamus, lachrymis eluentes peccata, ne nos condemnet sanguis Christi, qui effusus est in remissionem peccatorum.

Dioscor.  
ap. Dres.  
xel.in Cbrh  
Patien.

Bellarmino.  
Conc. in  
Dom. Paſſ.

Baron. sup.  
cit. Sten-  
gel.

Judic. div.

To. I. c. 42.

\*\*\*\*\*

# STATIO III.

## DEDUCTIO AD ANNAM.

# CONSIDERATIO VI.

*Pro Dominica III. Quadragesimæ.*

## VINCULA ET CONCULCATIO.

### THEMA.

*Et ligaverunt eum : & adduxerunt eum ad Annam pri-  
mum. Et misit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem.  
Joannis. 18. v. 13. & 24.*

#### SYNOPSIS.

- I. *Quomodo sunt oculi nostri semper ad Dominum , si pretiosissimum florem ex horto perdidimus? nam ligaverunt eum.*
- II. *Nos illum ligavimus peccatis nostris, quæ sunt instar funium. Hos funes mernit noster protoparens ob furtum pomi.*
- III. *His ipse funibus ligatus trahit nos & ligat vinculis charitatis , ligat & ligatur , trahit & trahitur.*
- IV. *Et imponit nobis jugum super maxillas, sive dat alapas mansuetate severitatis dum eas excipit : hoc est vinculum perfectæ charitatis.*
- V. *Sed frustra ligatur Deus , qui sponte venit ad hominem fascijs*
- VI. *ligatus cum vix natu : frustra ligatur funibus Sampson.*
- VI. *Verbum Dei non est alligatum ; positi sunt illi multi laquei, omnes dissolvit : nec posset ligari in horto nisi ipse vellet.*
- VII. *Romanos vinciri nefas fuit ; quantumigitur scelus vinciri Deum, sed his funibus vincula nostra disrupt.*
- VIII. *Colligatus Patri ab eterno, colligatus hominibus in tempore, rursum ligatur , ut his funibus educat vincitos e limbo.*
- IX. *Somniabant nempe Indæ se ligare manipulos, & ligaverunt eum, coram quo eorum manipuli prosterni debebant, cessare sacrificia vetera, succedere nova.*
- X. *Liga-*

X. Ligatus Dei Filius, quasi agnus obmutnit, quia venerat hora ejus, quod Propheta previderat.

XI. Ligatus est in horto, quia Eva in horto liberè vagata, quia nos per illicita discurrimus, & captus est in peccatis nostris. Quis non exhorrebeat? Captarum Urbium nun-

tis acceptis multi extinti & nos non obrigescimus, capto Filio Dei?

XII. Ligatus & mox pedibus calcatus, verberibus, concussionibus, fuit indignissime tractatus est, & nostri oculi ad hoc ut pumex arescunt?

*Et ligaverunt eum, & adduxerunt eum ad Annam pri-  
mum, & misit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem.  
Joann. 18. v. 13. &c 24.*

## I.

  
*Culi mei semper ad Dominum.* Ita hodie sacram Missæ ordimur officium. Quid ergo proximè in horto egimus? quo direximus oculos nostros? somno & oscitantiâ cum Apostolis felicitatem nostram perdidimus! Pretiosissimum, nobilissimum florem passi sumus nobis ex horto auferri! Pretiosior longè fuit illo, quem ante paucos annos cognominatum semper Augustum, venalem vidit Belgum pro tribus millibus Imperialium. Jam benè, jam potes dicere Salomonica sponsa anima Christiana: *Fasciculus myrræ dilectus meus.* Vinctus *Cant. 1.* quippe & colligatus est: *Et ligaverunt eum:* non delicatis *v. 2.* aut sericeis vinculis, sed asperis & nodosis funibus, & adduxerunt eum ad Annam.

II. Si peccatum somnus est, ut nominatur ab Apo- Rom. 13. stolo & Psalmista: indormivimus nostræ felicitati. Si pec- v. 11. catum oblivio est, ut ait Augustinus: obliiti sumus Dei Psal. 75. nostri. Si peccatum funis est, ut appellatur à sapiente: August. in nos colligavimus hunc fasciculum. Si peccatum capti- Psal. 62. vitas est: nos captivum abduximus Salvatorem: *Spiri-* Rom. 6. *tus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris!* *v. 17.* S. Chrysost. Quod captivi ducantur peccatores, malefici, homicidæ, ferm. 114. latrones, exigit Iustitiae munus: *Iniquitates suæ capiunt im-* Threno. 4. *pium,* *v. 20.*

*Prov. 5.* pium, & funibus peccatorum suorum constringitur, inquit sa.  
*v. 22.* piens, & Regius Propheta de se: *Funes peccatorum circumplexi sunt me*: sed innocentiae ipsi & sanctitati, quae mali-  
*v. 61.* tiæ, non tam expers quam incapax, peccatum adscribere, vincire, captivitati mancipare inauditum est, ac cogita-  
tatu detestabile. *Et tamen ligaverunt eum.* O quam benignus est *Spiritus sapientie!* Hos funes protoparens noster  
Adamus in Paradiso promeruit, quando poma scientiae boni & mali abstulit & consumpsit. Hos funes filavit &  
torcit Eva præcepti divini transgressione. Et his jam vinciri ac ligari vult cœlestis Adam, ut genus humanum à  
peccatorum vinculis & captivitate dæmonis eripiat. *Ob-  
latus est quia ipse voluit.* Ipsemet id profitetur: *Veni in  
hortum meum, messui myrrham cum aromatibus meis,* volui colligari ceu fasciculus myrræ. Ah qualis odor diffundetur  
ab hoc fasciculo aromatico, cum per plateas Ierusalem  
conteretur & conculcabitur!

*III. Et ligaverunt eum.* Querebatur olim Deus per  
Oseam Prophetam de ingratitudine populi sui, & ad se  
eum attrahere pollicebatur in vinculis amoris, quod sa-  
*Ose. 11.* nè in horto Olivarum præstitisse videtur. *Ego quasi nutri-  
• 3. • tius Ephraim, portabam eos in brachijs meis;* & nescierunt quod  
*curarem eos.* *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charita-  
tis.* Chaldaeus hæc ita legit: *sicut moris est trahi filios dilec-  
tos traxi eos fortitudine charitatis.* Quasi diceret, humanis  
vinculis, quibus homines filij Adam invicem trahunt  
beneficijs, gratijs, favoribus; quem sensum hinc elicit  
*Hieron. in Ose.* Hieronymus, qui legit *in funiculis hominum.* Sed placet  
*Villapand.* observatio Villapandi. *In funiculis Adam traham eos, nempe  
inc. 6. Eze- doloribus & afflictionibus traham, que sunt mei erga illos amoris  
• cbiCornel. pignora, propterea addidit in vinculis charitatis.* Hæc vincula  
*in Ose.* hi funiculi sunt illi, de quibus gloriabatur Paulus: *Ego  
vincitus in Domino, quomodo vincitus in Domino, nisi quia  
Dominus pro illo vincitus, quia Dominus nostros dolores  
& afflictiones portavit, quia vincitus & ligatus est funicu-  
lis*

lis Adam peccatoris, & loco Adam peccatoris. Hinc D. Chrysostomus tanti fecit vincula Pauli ut diceret : *Siquis me apud superos collocaret cum Angelis, aut cum Paulo vinclo, 8. in Ep. eligerem carcerem, & vincula. Siquis me faceret unum ex Potestatibus, que sunt circa celos, aut circa Thronos, aut tales vindictam, potius optarem talis esse vindictus.* Quid ita mihi Chrysostome? Paulus ipse gloriatur de vinculis, quia non vincitus utcunque, sed *vindictus in Domino*. Vinctus & ligatus Christus, vincit & ligatur : vinctus funiculis Adam vincit vinculis charitatis : Vinctus est Dominus qui personam hominis gessit, vinctus & Paulus cuius personam gessit. Nostris, quod dum par boum aut equorum currui trahendo conjungitur & ligatur, trahant & trahantur : sic Christus vinctus trahitur ab hominibus & trahit homines ; trahitur funiculis Adam, & trahit vinculis charitatis. *Charitate Ierem. 51. perpetuam dilexi te, ideo attraxi te miserans.* Fallor si hoc ablutum ab ingenio celebris Canticorum Interpretis : *Equidem Sherlog. in jugo suppositi Tauri impositos trabunt, sed & ipsi trabuntur per Cant. Vol. habenas, per lora : quare Osee c. 11. In funiculis Adam trabam sed. 2. Ex eos, in vinculis charitatis : Sed continuo post tractum & vincula plan. bift. n. jugationis meminit, & ero eis quasi exaltans jugum super maxillas.* <sup>10.</sup> eorum. Ligatur ergo Christus, & ligat, trahitur & trahit funiculis charitatis Tauros pingues, de quibus apud Prophetam : *Circumdederunt me canes multi, Tauri pingues Psal. 21. obsederunt me. Sic Apostolus vinctus in Domino, vinctus cum Domino trahebatur & trahebat ; ligabatur & ligabat.*

I V. Allegata Osee verba novam mihi cogitationem ingerunt. Quid sibi vult, *Iugum super maxillas eorum?* collo jugum injicitur, non maxillis, hic vero est *Iugum super maxillas eorum.* Septuaginta Interpretes legunt. *Ero illis quasi dans alapas.* Principem bonum efformans nonnemo : *Bonus princeps ( inquit ) alapis sibi bene volè vincit populos, & Celad. in asperitatibus mulcet, & objurgationibus promeretur.* Quo facit <sup>Iud. c. 1. v.</sup> illud Nazianzeni in laude sui Patris : *Ipsi res mira, atque ab S. Greg. humanis sensibus aliena contingebat, non ut solus objurgator esset,* <sup>Naz. Orat.</sup> *Sacra Peregrinatio.* K <sup>in Laud. sed Pat.</sup>

*sed ut solus ijs etiam quibus succensebat, & amori & admirationi esset. Illius enim asperitas etiam ipsa propter utilitatem suavis est. Non diffundo me in hunc sensum : Salvator meus in horto est Iudeis quasi dans alapas : uno ejus verbo cederunt retrorsum, ut admirationi fuerit si non amori : Erat quasi dans alapas, cum mansuetè ac patienter suscepit vincula, sustinuit alapas ; his funiculis, hoc jugo quo ipse trahebatur trahere voluit insensatos. O mi I E S U tua vincula tuæ alapæ ad me spectant : das mihi quod pateris ; dolorem & ignominiam tu sustines, mihi das fructum, qui propter utilitatem suavis est. Hoc est trahere & trahi in funiculis Adam, in vinculis charitatis, hoc imponere jugum super maxillas. Solent hoc agere etiam amantes citræ offensæ periculum, leni percussu invicem alapas reciprocant, & mutuo nexus manus sibi colligant, gratijs & favoribus se vinculant. Tu Verus amator nostra his alapis nos tibi demereris, his vinculis tibi obligas.*

*Idiot. Con-  
templ.  
amo. Div.  
bib. I.c. 14.*

*O dilectio (exclamat sapiens Idiota) quam magnum est vinculum tuum quo ligari potuit Deus ! O piissime Domine Iesu Christe opifex amoris ; hoc vinculum te in cruce tenuit, quem omnes funes totius mundi nullatenus tenuissent. Hoc vinculum te in horto ligavit, hoc te mihi, me tibi obstrinxit. Utinam vero cum Paulo liceret dicere : Ego vindictus in Domino.*

V. *Et ligaverunt eum. Quid agitis infani comprehensores ? non ligatur Deus, qui sponte ad vos venit, quem vix natum ipsa mater conjecit in vincula : pannis eum involvit : non fugit, qui ultrò se offert. A Tyrijs observatum legimus, inquit Alexander ab Alexand. Ut Deorum simulacris vincula annellant, ne evocarentur & abirent, quum eos hostili carmine evocatos abituros timerent. Romani quoque Saturni effigiem toto anno vindictam laneo vinculo habuere, festis solum diebus saturnaliorum vinculis exsolventes. Cur fugam & discessum ejus timetis, & vultis perditum ? tenete potius ut maneat, ligate ut servetis. Adeone rudes estis in sacris literis, ut non legeritis Sampsonem frustra vinculis colligatum ?*

*Alex. ab  
Alex. Ge-  
nial. lib. 4.  
c. 12.*

gatum? Ligaveruntque eum duobus novis funibus, qui cum <sup>Iudic. 15.</sup>  
 venissent ad locum maxille, & Philistij vociferantes occurris-<sup>v. 13.</sup>  
 sent ei, irruit spiritus Domini in eum; & sicut solent ad odorem  
 ignis lina consumi, ita vincula quibus ligatus erat, dissipata sunt  
 & soluta. Qui Samsoni hoc robur indidit ipse est, quem  
 ligatis impij Iudæi in vestrum exitium. Sed dixit inspiens <sup>Psal. 13.</sup>  
 in corde suo: non est Deus. Et ligaverunt eum. Ipsa accurrat  
 Dalila, humana natura Liget eum septem serviceis funibus  
 necdum siccis & adhuc bumentibus. Hos etiam rumpet, qui  
 disrupt cœlos & descendit.

V I. Mirantur Scripturæ interpretes cur Christus in decursu prædicationis Evangelij numquam voluerit comprehendere & alligari, & eam assignant causam, ut libera esset Evangelij annuntiatio, quo sensu accipiunt illud: *Verbum Dei non est alligatum.* Unde Simon de Cassia: *Li-*<sup>v. 1. Tim. 2.</sup> *bertas Doctrinæ atque verborum Dei præfigitur, quod Christus in Sim. de templo docens non capit.* Nondum venerat hora ejus qua <sup>Cass. lib. 13.</sup> voluntariè caperetur & ligaretur. Tentarunt eum capere in sermone, & funes eorum disruptit. *Funes extenderunt in Psal. 139.* laqueum: *juxta iter scandalum posuerunt mibi.* Queritur apud <sup>v. 6.</sup> Prophetam & alibi: *Laqueum paraverunt pedibus meis.* *Fo-*<sup>Psal. 56.</sup> *derunt ante faciem meam foveam, & inciderunt in eam.* Funis erat, laqueus erat cum interrogarent: *Ecce discipuli tui fa-*<sup>Mattib. 12.</sup> *ciunt, quod non licet facere sabbathis.* Sed hic laqueus contritus est brevi responso: *Non legistis quid fecerit Da-vi*<sup>d.</sup> quando esurijt, quomodo intravit in domum Dei, & panes propositionis comedit. Laqueus erat, quando interrogabant: *Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum?* non <sup>Mattib. 15.</sup> enim lavant manus suas. Et laqueus hic contritus est ac dissolutus: *Quare & vos transgredimini mandatum Dei.* Laqueus erat cum dicebant: *Licet dare censem Cæsari an non?* <sup>Math. 22.</sup> qui repente dissolutus est *Date que sunt Cæsari Cæsari,* *que sunt Dei Deo.* Laqueus erat cum quærebant ex discipulis: *Quare cum peccatoribus manducat Magister uester:* & <sup>Matth. 9.</sup> responso illo solutus est: *Non est opus valentibus Medicus Marci.* <sup>2.</sup> <sup>sed v. 17.</sup>

*sed male habentibus.* Laqueus erat iterum illa quæstio:  
 Marci. 2. *Quare discipuli Joannis & Phariæorum jejunant, tui autem  
 v. 18. discipuli non jejunant?* Sed laqueus contritus est, alio quæ-  
 fito: *Nunquid possunt filij nuptiarum quamdiu sponsus cum illis  
 est jejunare?* Sic cum pararent laqueos, cum foderent fo-  
 veas incidebant in eas. At verò in horto vinciri & ligari  
 se patitur, non verborum & quæstionum laqueis, sed no-  
 Dionys. *Dioscoris in*  
 Cartbus. *Evang.* dosis vinculis, sed ut loquitur Dionysius Carthusianus:  
*duris funibus, fortiter atque crudeliter.* Quia venerat hora  
 ejus, quam ipse sibi præfinierat. *Oblatus est quia ipse vo-*  
*luit.*

*VII. Et ligaverunt eum.* Apud Romanos lege cau-  
 Cicer. in *Verr. orat.* tum erat ne civis Romanus ligaretur: Unde Cicero:  
 7. *Scelus est vincire civem Romanum.* Et Paulus cum fuisset  
 Ado. 22. *loris adstrictus seque civem Romanum profiteretur: Pro-*  
 v. 29. *tinus discesserunt ab illo, qui eum torturi erant. Tribunus quo-*  
*que timuit, postquam rescivit, quod civis Romanus esset, & quia*  
*alligasset eum.* Quantum proinde scelus ligare Deum, liga-  
 S. Bernard *Deorum (exclamat Bernardus) quantum ergo derogatum fuit*  
 Tradit. de *libertati & potentiae tue! tot adeò ligaris vinculis, quid solus li-*  
 pass. c. 4. *gandi atque solventi potestatem habes.* O mi JESU his funibus,  
 Psal. 115. *his vinculis quibus ligatus es Dirupisti vincula mea, tibi sa-*  
 v. 17. *cificabo hostiam laudis.* Exclamat iterum Simon de Cassia:  
 Sim. de *Prob scelus! velut iniquum qui solvente venerat impeditos, liga-*  
 Cass. cit. *verunt.* Alludit ad verba Regij Prophetæ: *Dominus sol-*  
 Psal. 145. *vit compeditos: & non exclamet cum peccamus quotidie:*  
 v. 8. *Prob scelus! spiritus oris nostri captus est in peccatis nostris. Fu-*  
 Toren. 4. *nnes quibus Dei Filium constringimus sunt peccata, fu-*  
*nnes quibus manus ejus expeditiores facimus ad fulmi-*  
*na, ad flagella, sunt peccata.*

*VIII. Et ligaverunt eum.* Itáne vero colligari potuit  
 in terra cum hominibus, qui cum Patre & Filio colliga-  
 S. Hilar. *tus est in coelo? In divinis nihil est separabile.* Inquit S. Hi-  
 7. de Trin. *larius. Et D. Athanasius: Hi tres unum sunt.* Potuit omni-  
 no,

nō, quia voluit; manens Deus factus est homo: colligatus Patri, colligari voluit homini, illic per essentiam, hic per admirabilem unionem. Id probè intellexit Paulus cum dicebat: *Spiritus Dei habitat in vobis: vos autem Christi, Christus autem Dei.* quasi diceret: per ipsum Deo sumus colligati; per ipsum Deus se nobis colligavit. Ideo nescientes Iudæi quid agerent *Ligaverunt eum*, qui jam pridem fuerat colligatus hominibus; quique paulò post erat soluturus vincitos eorum maiores in captivitate, dicente Propheta: *In sanguine testamenti tui emisisti vincitos de lacu.* Quod Doctores de Patribus in limbo liberationem exspectantibus interpretantur.

I X. *Et ligaverunt eum.* Quid somniatis hic invidi Iudæi? an non verum est illud: *Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum & stare: vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum.* Ligatis manipulum coram quo prosterni debent manipuli vestri. *Et ceciderunt retrorsum.* Vel inviti adorant manipulum coelestis Josephi. *Hic est manipulus* (dicit de Christo S. Vigilius) *ex segete gentis Iudeorum assumptus, Deo Patri per Passionem mortis oblatus, cuius oblati manipuli resurrectionis initium Joseph etiam in sua visione designat.* Periere jam vestri manipuli, periit vestrum regnum, periere cremeoniæ, periere sacrificia. In omnibus ceremonijs quas secundum legem adhibetis; in omnibus vaticinijs quæ allegatis; in omnibus sacrificijs quæ celebratis, agnoscitur aliquod mysterium Incarnati & patientis Filij Dei. Iam video vestros manipulos circumstantes adorare manipulum meum. Iam innocens Abel me suis primitijs honorat: jam Noë ædificio arcæ repræsentat; jam Melchisedech pane & vino veneratur: jam Abraham in oblatione Filij sui æterni Patris exprimit oblationem; jam Isaac in seminis sui benedictione exultat; jam arcâ captâ procidit retrorsum Heli: *Et ceciderunt retrorsum.*

X. *Et ligaverunt eum.* Quid ad hæc ligatus Dei Filius?

D. Atty.  
nas. in  
symbo.

1. Joan. 5.  
v. 7.

1. Cor. 3.  
v. 16. ¶

23.

Zach.

v. II.

Gen. 37.

S. Vigil.

Trident. li.

1. cont.

Eutych.

Gen. 4.

Gen. 6.

Gen. 14.

Gen. 37.

Gen. 22.

- Isa. 53.* *Quasi agnus coram tondente se obmutuit.* Venerat hora ejus,  
*v. 7.* *venerat hora ut ligaretur, venerat hora ut solveret com-*  
*peditos.* Id Ezechieli per visionem ostensum arbitror,  
*Ezech. 3.* *qui ad se in persona Christi dictum affirmat: Et tu fili ho-*  
*v. 25.* *minis: ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis: &*  
*non egredieris de medio eorum. Et linguam tuam adserere faciam*  
*palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir objurgans: quia domus*  
*exasperans est. Hæc causa silentij & dissimulationis, quia*  
*domus exasperans est. Quid sit domus exasperans diser-*  
*Ezech. 12.* *tè alibi idem Propheta: Fili hominis in medio Domus exas-*  
*v. 2.* *perant tu habitas: qui oculos habent ad videndum, & non vi-*  
*dent: & aures ad audiendum & non audiunt; quia domus exas-*  
*perans est. O cæci, quibus mundi lumen illuxit, & non*  
*viderunt: O surdi ad quos factum est Verbum Dei, & non*  
*audierunt. Et ligaverunt eum, vinculis invidiae, à quo*  
*stringebantur vinculis charitatis.*

XI. Non excurro liberius, ut dicam cum bono Scri-  
*Novarin.* ptore: *Ligatur Christus in borto, quia nimis liberè per bortum*  
*in c. 22.* *vagata est prima Mater. Ligatur Christus, quia nos sensus*  
*Matth.* *nostros per illicita vagari permittimus.* Dicam potius univer-  
*num. 524.* *salius cum Didaco de Vega: Ligaverunt eum & fortissimis*  
*Did. de* *vinculis constringerunt. Ligaverunt manus illas, quibus firma-*  
*Vega. fer.* *ti sunt cœli, & omnis terræ pulchritudo formata: manus quibus*  
*6. Paraf.* *in monte Sina lex salvationis fuit scripta: manus quibus tot mi-*  
*rabilia & miracula operatus est, quibus cœcos illuminabat, mor-  
*tuos suscitabat, dæmones mira virtute expellebat, &c. Quam re-*  
*de Jeremias Propheta vaticinatus fuit: Spiritus oris nostri Christus*  
*Dominus captus est in peccatis nostris. Et benè quidem in*  
*peccatis nostris captus dicitur, quia si peccata nostra non præcessis-  
*sent, laqueus mortis eum non comprehendisset.* Quis ad hæc serio  
*expensa non totus perhorrescat, vel exanimis concidat?*  
*Deum ligari, ut proditorem, ut latronem, ut maleficum!*  
*z. Reg. 4.* *Arcâ Domini à Philistæis captâ concidit Heli cum id au-*  
*Baron. in* *divisset, ac exspiravit. Capta per Sultanum Hierosoly-*  
*Annal.* *ma, & nuntio Romam perlato præ dolore animam effla-*  
*vit***

vit Urbanus Papa. Captâ à Turcis Constantinopoli & famâ ejus rei vulgatâ Nicolaus V. tanto dolore correptus est, ut non multò post objerit. Niobe in saxum obriguit cum intellexit ab Apolline filios suos interfectos. Autolia Ulyssis mater cum falso nuntio audisset filium ad Troiam occubuisse, mærore vitam finijt. Omitto innumeros.

Et nos cum audimus : *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus in peccatis nostris*, non obrigescimus : non illachrymamur : ne quidem suspirium ducimus ! O detestabile peccatum cuius tanta est vis, ut liget omnipotentem ! sed advertite peccatores. Peccatum ligat Deum misericordem ; non ligat justum & judicem : *Propter misericordiam tuam ligatus es, ut nos à miserijs nostris faceres absolutos.* Ait S. Bernardus. Qui vult ligare manus judicis, liget pœnitentia, liget vinculis charitatis.

XII. Iam verò si ligatum funibus & catenis contempletur Mundi Salvatorem, & quæ deinceps cum eo acta sint, quantus iterum se campus aperit rimandi arcaña mysteria ? Paucis expediam : neque enim animus est hic singulis inhærendi. Meditationis devotæ puncta suggerimus, materiam subministramus affectibus, qui non deerunt devotis Dominicæ Passionis. Guilielmus Pepin fer. pinus contemplantium non postremus : *Quia, inquit, traditor ejus dicerat ducite cautè, catenam ferream ad collum ejus projererunt, chorda corpus ejus cinxerunt, & manus ejus intergo vincierunt, ut cauti possent ducere ad civitatem.* Jacob. Christop. in Psal. 23. Jacob. Caribagen. lib. 10. bom. 6. James Christopolitanus verò : *per trahebant per terram, cædo, spundo, colaphizando, & capillos e-vellendo.* Amplius aliquid Carthagena : *Quidam apprehenderunt uestes, alij mittabant manus in capillos capitatis, alij barbæ pilos inhumaniter e-vellebant ; alij pugnis, alij alapis cædebant.* Ac tandem irā perciti, quod eos prostraverat retrorsum cadentes, eum projererunt ac pedibus concularunt. Similia prorsus leges apud Vegam.

Quin & ipsa Deipara eadem retulit S. Brigitæ. *Quis hic fascis oculis, quod ajunt, sine magno dolore, & lachrymarum profluvio*

*Propriet.  
lib. 2.  
Ravis im  
Offic.*

*S. Bern.  
Trad. de  
Paff. c. 4.*

*Papin. fer.  
6. in Paraf.*

*Jacob.  
Christop.  
in Psal. 23.  
n. 14.  
Caribagen. lib. 10.  
bom. 6.*

*Vega. fer.  
6. Parasc.  
Revel.*

*S. Brig. itt. sruvio referre queat, quanta agnus ille innocentissimus ab illis feri-*  
*lib. q.c. 99. nis lupis fuerit passus? quantis contumelijs affectus?* Exclamat  
*S. Bern. Vega: & idcirco suadet S. Bernardus: Christianus cum spu-*  
*nit. ab manentes considerat fluctus persecutionum in JESUM, credat quod*  
*Escob. tempestas ob ejus scelera orta est: unde in mare lachrymarum ja-*  
*Plutarch. Etare se debet.* Anius Thufscorum Rex ob dolorem ex ra-  
*ap. Ravis. ptu filiae conceptum in flumen se conjecit. Ægeas Pater*  
*Catull. Tesei cum vela nigra per errorem appensa in reducis fi-*  
*lij navi conspexisset in mare præceps ruit. Ah! nobis vel*  
*gutta una lachrymæ ex puro & amorofo corde suffecerit,*  
*ut feliciter mergamur in acerbis fluctibus Passionis*  
*S. Bern. de amantissimi IESU. Solent de parvis & minimis guttis, im-*  
*inter. do- mensa flumina crescere. Inquit S. Bernardus. Unam funda-*  
*mo. c. 45. mus guttulam ex vera compassione, augebitur mox in-*  
*gens diluvium, quod eluet omnia fôrdes peccatorum.*  
*S. Aug. Dicamus cum Augustino: Da mibi Domine evidens signum*  
*Medit. amoris tui, irriguum lachrymarum fontem jugiter manantem, ut*  
*c. 36. ipse quoque lachrymæ tuum in me testentur amorem: ipse prodant,*  
*ipse loquantur, quantum te diligit anima mea. Praesta mibi hanc*  
*gratiam propter nomen sanctum tuum; ut quoties de te cogito, de te*  
*loquor, de te scribo, de te lego, de te confero; quoties tui remini-*  
*scor, tibi affisto, preces & sacrificium offero; toties obortis lachry-  
 mis in conspectu tuo copiose & dulciter steam, ita ut efficiantur  
 lachrymæ mee panes die ac nocte. Sed & adstringe dulcissimis  
 vinculis tuæ charitatis, ut indissolubili nexu tibi ad-*  
*hæream solutus à vinculis peccatorum, tibi*  
*vivam tibi moriar.*





# STATIO IV.

## APUD CAIPHAM.

# CONSIDERATIO VII.

*Pro Feria V. Dominicæ III. Quadragesimæ.*

## ALAPÆ ET ACCUSATIO.

### THEMA.

*Expuerunt in faciem ejus, & colaphis eum cæciderunt.*

*Princeps autem sacerdotum & omne concilium quærebant falsum testimonium contra JESUM. Matth. 26. Joann. 18.*

### SYNOPSIS.

- I. *Unde proveniat appetitus insolitorum ciborum diquirant Mecdici.* perterritus, sed alio animo Servator mundi, qui saturatus opprobrijs dedit percutienti se maxillam.
- II. *Unde in Christo provenerit appetitus opprobriorum, contumeliarum, colaphorum nostrum est inquirere.* VII. Olim statuta fuit pena colaphum infringenti: pena quam Servator mundi statuit, est præbere & alteram maxillam.
- III. *Apud omnes quippe nationes ignominiosissimum est alapæ cedi: quod vel Angeli horruerunt in Christo:* VIII. Nunc unius occasione alape ad gladios & neces procurritur, ut in duobus Anglis Stuarte & Warthonio observatum; qui perierunt cum sonitu.
- IV. *Malchus a Christo sanatus creditur infixisse alapam Christo immunitis tunc a pena, cum multi alij extensa manu in divina puniti sint.* IX. Ab alapa ventum est ad judicium iniquissimum, ubi omnes declinaverunt mali Grammatici.
- V. *Laudatur Aristides qui sputum insolentis hominis exceptit sibi similis, sed id ob inanem gloriam toleravit: Dei Filius ob gloriam Patris & nobis communicandam in cælis.* X. Tales multi bodie reperiuntur, qui de quolibet quidlibet configunt, quibus omnia in alijs disflicent, & pari lance librant vitia & virtutes.
- VI. *Colaphum exceptit Socrates im- Sacra Peregrinatio.* XI. Talis

**XI.** *Talis Caiphas à sententia precepta auctoratus iudicium, damnans JESUM quia multa signa fecit, quem idè oportebat absolvere.*

**XII.** *Id ex invidia factum, cuius natura est non videre, quod deberet videre.*

**XIII.** *Eius operationes si consideres sunt seminarium delictorum, & potissimum proprium Interesse.*

*Expuerunt in faciem ejus, & colaphis eum cæciderunt.*

*Princeps autem sacerdotum & omne Concilium, quærebant falsum testimonium contra JESUM. Matth. 26. Joann. 18.*

I.

Uærunt Physici, & Anatomici unde proveniat in quibusdam hominibus rerum humano esui & nutritioni minimè congruentum appetitus. Id in naturam & naturalium facultatum functiones reiici non posse fatentur, cum raris accidat. Fuisse repertum qui vitra, saxa, lapides, ligna, viva animantia, pisces vivos avidè vorabat narrat Jonstonus : idem rusticum pro mercede factitasse testatur Winsemius. Id ob nervorum accidisse vitium observavit Columbus. Nam in illo dissecto quartam nervorum conjugationem, quæ gustus gratia in alijs hominibus producta est, neque ad palatum, neque ad linguam reptasse, sed ad occipitum reflexam compertum est. Calcem vivam pugni magnitudine glutivisse mulierem notat Fernelius. Aliam filia ex vestibus Trincavellus : gossipium & lanam ab alia voratam habet Lusitanus : aliæ crines, aliæ lacertos comedunt ut est apud Camerarium & Marcellum. Ego ipse lib. 7. c. 5. vidi juvenem, quæ ob id à maligno spiritu obsessa est credita, quod carbones & rudera ex disjectis muris appetebat. Hæc omnia refundunt Medici in humorem vitiosum & pravum tunicis ventriculi impactum, vel in eodem

*Jonston.*  
*Thaumat.*  
*Classe 10.*  
*c. 2. a 2.*  
*Winsem.*  
*in praedicta.*  
*Anatom.*  
*Columb.*  
*Anatom.*  
*lib. 15.*  
*Fernel. li.*  
*6.*  
*Pathol. c.*  
*Trincavel.*  
*lib. 7. c. 5.*  
*Lusitan.*  
*c. 3. cur.*  
*86.*  
*Camerar.*  
*ap. Jonston.*

dem genitum ex prava victus ratione. *Quomodo autem, Marcell.*  
*inquit Jonstonus talis appetitus ab hac causa excitari possit, bisi mirab.*  
*difficile est dicere, & satius occulte tribuere qualitati, lib. 4. c. 1.*  
*quam in manifestis committere absurdum.*

II. Quid verò dicturi sumus de admirabili appetitu  
 opprobriorum, pœnarum, tormentorum in servatore no-  
 stro Dei Filio? jejunavit ille per quadraginta dies, postea  
 esurijt, & accesserunt Angeli & ministrabant ei. Peregrinabatur in Galilæa & cibis communibus vescebatur:  
 Venit ad Samaritanos, & afferuit *meus cibus est*, ut faciam  
 voluntatem Patris. Venit Hierosolymam & comedit agnum legalem, eo absunto alijs cibis appositis cœnavit  
 cum discipulis, & quasi minimè satur ingentem appetitum  
 concepit fellis, absynthij, sputorum, colaphorum,  
 tormentorum, & ut ijs saturaretur conceffit in hortum,  
 deduci se passus ad Annam, ad Caiphiam, ad Pilatum, ubi  
 abunde ejusmodi cupediarum invenit. Ipse de se fatetur:  
*Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum.* Quid ve-  
 rò ex omnibus illum maximè satiavit: loquatur Prophe- *Ierem.*  
 ta: *Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs.* In *Tbren. 3.*  
 quæ verba eleganter D. Paschasius: ostenditur *aviditas de-* *S. Paschas.*  
*sideriorum cum dicitur: dabit percutienti se maxillam, & satura-* *in Tbren.*  
*bitur opprobrijs, quoniam omnis saturitas ex aviditate sumendi* *lib. 3.*  
*nascitur.* Vult, existimo, dicere: nisi Dei Filius ardenter ap-  
 peteret injurias, opprobria, pœnas, & tormenta, non da-  
 ret percutienti se maxillam, non exponeret se tanto con-  
 temptui & ignominiae.

III. Sanè apud omnes nationes ignominiosissimum  
 ducitur alapâ percuti, colaphis cædi, sputis impeti. Sene-  
 ca in rem nostram: *Invenies seruum qui flagellis quam colaphis* *Sen. de*  
*cædi malit, & qui mortem ac verbera tolerabiliora credat, quam* *tranq. lib.*  
*contumeliosa verba.* Quid de Domino universorum dicemus,  
 quanto sensu & contumelias exceperit, & sputa & colaphos?  
*Expuerunt in faciem ejus, & colaphis eum cæciderunt.* Et *Math. 26.*  
*unus ministrorum assistens dedit alapam IESU?* Quæ pōnde- *Joann. 18.*  
 rans

*Did. de rans bonus author: Ut primum sic maximum fuit hoc (inquit) Baæza. in Christi Domini opprobrium quod diuinissima ejus facies à vili Evang. To. 1. lib. scurra in Principum conspectu arridentibus cunctis fuit verberata. c. 1. f. 6. ta. Unde meritò exclamat S. Chrysostomus: Exhorrescat S. Chrysostomus cœlum! contremiscat terra! Alapā Deus percutitur! O Angeli hom. 80. in Joann. quomodo manus continere potestis? Faciem illam quam desideratis conspicere, faciem illam, quæ imaginem integrum refert æterni Patris, toleratis percuti, & violari? Abraham jussu Dei extendit manum suam super Isaac Filium, & Angelus involat ejus manum, & ictum cohibet: hic omnes quiescitis, nec impiam manum in impudentis lixæ vultum reverberatis?*

*IV. Unus ministrorum dedit alapam JESU. Quis ille?*  
*S. Chrysostomus & Euthymius arbitrantur eumdem in Joann. ipsum fuisse, qui paulò ante à Petro in auricula sauciatus, à Christo sanatus fuerat: O impietas! ô ingratitudo, quæ ex ipsa beneficij accepti obliviousione ictui addidit acerbitudinem! Ieroboam imperat famulis monstrando extenuat manu, ut apprehendant Prophetam, & illicè divinâ animadversione punitur: Apprehendite Prophetam illum, & statim exaruit manus ejus, quam extenderat. Oza manum ad arcum tangendam exporrigit, & sine mora sentit vindictam 3. Reg. 13.*

*Dei. Extendit Oza manum ad arcum Dei, &c. iratusque est indignatione Dominus, & percussit eum super temeritate, qui mortuus est ibi. Apprehendit idololatra Thomam Apostolum, & mox canis accurrens ei brachium à corpore avulsit.*  
*Sur. in vita. In S. Martinum Gentilis, cum dexteram altius extulisset, Sulpit. in vita. resupinus ruit, consternatusque divino metu veniam precabatur, ut tradit Sulpitius in ejus vita. Et hic plusquam Propheta, Sanctus sanctorum ab impio tam ignorminose, tam crudeliter & impiè verberatur! O Angeli quomodo manus continere potestis? S. Germanus Episcopus Constantinopolitanus fundatè considerat quod Christum benedictum non unus Angelus, sed Angelorum multitudo, quoad in terris vixit comitata sit: si enim juxta qua-*  
*lita-*

litarum personæ famulitium pro comitiva & servitijs adhibetur, æquum erat ut Angelorum Regem, si non omnes, saltem plurimi Angeli comitarentur. Hi ergo cum vidissent Dominum suum adeò indignè tractari & in faciem cædi velantes facies suas avertiebant. Amplius aliquid S. Germ.  
 S. Ephrem: *Angeli Archangeli obstupuerunt: Gabriel & Mi-*  
*chael vultum suum contexerunt, quando ille impietatis minister*  
*alapam dedit Domino Majestatis.* Constant.  
 S. Ephrem.  
*ser. de pas.*  
*sio. Dom.*

V. Celebratur antiquorum laudibus Aristides fortiter miser ab improbo nebulone cum ad supplicium duceretur sputo appetitus. Rem ita narrat Seneca: *Duce-* Senec.  
*batur Athenis ad supplicium Aristides: cui quisquis occurrebat,*  
*deiciebat oculos, & ingemiscerat: non tanquam in hominem JU-* Consol. ad  
*STIUM sed tanquam in IPSAM JUSTITIAM animad-*  
*verteretur. Inventus est tamen, qui faciem ejus inspiceret: po-*  
*terat ob hoc non moleste ferre, quod sciebat neminem id ausurum pu-*  
*ri oris. At ille abstergit faciem, & subridens ait comitanti Ma-*  
*gistratui: admone istum ne postea tam improbe oscitet. Hoc fuit*  
*contumelie ipsi contumeliam facere. Verum hæc egere genti-*  
*les aucupandæ apud mortales famæ & laudis gratiâ; &*  
*hanc ipsam qui ex illis contempserent, contemnendo quæ-*  
*rebant, ut innuit S. Hieronymus: Plures in hoc ipso placere S. Hieron.*  
*cupiunt, quod placere contemnunt: & mirum in modum laus dum in Ep.*  
*vitatur, appetitur. At Salvator meus nullius laudis indi-*  
*gus cum duceretur ad supplicium non tantum JU-*  
*STIUS, sed & IPSA JUSTITIA, non sputa solum, sed*  
*colaphos sponte sustinuit. Et expuerunt in faciem ejus &*  
*colaphis eum cæciderunt. Non egit hoc, ut vanam conseque-*  
*retur gloriam qui dixerat: Ego gloriam meam non quero, sed*  
*gloria Patris id effecit, gloria nobis communicanda in*  
*cœlo.*

VI. *Et colaphis eum cæciderunt. Vultis Philosophum*  
*vobis exhibeam, qui sibi similis, sed ex fine dissimili hoc*  
*idem toleravit? dabo calamo Magni Basili, qui agerit de S. Basil.*  
*legendis libris gentilium, ita fatur: Quidam vehementi im-*  
*petu bom. 24. de leg. lib.*

*petu Socratis faciem cæcidit : hic autem minimè commotus furens debacchari, & iram satiare permisit, ex quo eum totum plagiis tumidum, & contusum reddidit. Ubi verò ille cædendo destituit, nihil aliud Socrates fecisse dicitur, quam fronti propriæ inscriptissimæ : talis fecit : velut statuæ cuidam victoris nomen, & eo modo se vindicasse. Quæ omnia profecto nostris congruentia videntur, & magnoperè imitanda censerem. Nam Socratis hoc, germanum est illi præcepto, quod maxillam verberanti, & alteram præbere jubet. Germanum omnino sed non eo animo toleratum, quo mundi Salvator sputa, colaphos apud Annam, Caiphiam, & in horto pertulit. Percussori suo Socrates iram satiare permisit. Etiam Servator meus, sed alio animo aliâ fortitudine : Conqueritur olim Job, quasi personam Christi sustinens : Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. Aperuerunt super me ora sua ; & exprobrantes percusserunt maxillam meam : satiati sunt pœnis meis. Mira vis alaparum, colaphorum, percussionum, sputorum ! satiarunt æquè percussorem ac patientem. Illi satiati sunt pœnis : Iste verò saturatus est opprobrijs, dans percutienti se maxillam ; adeò gravis, & ignominiosa fuit hæc percussio !*

*S.Greg. in Job. c. 16. Unde subjungit ad citata verba D. Gregorius : Post percusionem maxillæ aptè subjungitur, satiati sunt pœnis meis. Quia scilicet mixtam dolori ignominiam se influisse credebat, quod veluti famelici canes desiderabant.*

VII. Adeste nunc vindictæ cupidi amatores mundi, adeste qui uno malè intellecto verbulo, alapas, colaphos, arma, cædes, mortes proximorum spiratis. Videte Salvatorem meum non unius avidum opprobrij, non unius alapæ vel colaphi cupidum. *Colaphis eum cæciderunt.* Repetitis istibus unicum responsum, & illud summæ argumentum patientiæ reposuit : *Si male locutus sum, testimoniū perhibe de malo : si autem benè, quid me cædis ? Vos verò non contenti verbis, properatis ad verbera, exardescitis iniurias, non satiamini opprobrijs, curritis ad sanguinis humani effusionem. Apud Græcos ut tradit Gellius statutum*

tutum erat, ut qui alteri alapam infixisset, eidem tria millia nummorum numeraret. Accidit verò ut inter alios prodigus quispiam æris sui, & nimium avidus percussionum ejusmodi, post multa millia nummorum assumpta etiam in Diogenem incideret, eique meditato alapam incuteret. Noluit Philosophus acceptare pecuniam, sed die altero progreffus in publicum, loro percus- fit adversarium, adjiciens : *Solve tibi tu te ipse tria millia nummorum.* Saxonica jura præcipiunt reum inflictæ alapæ inter æquales pecuniâ multandum: qui verò digniori se, viro honorato aut Principis officiali id genus ignominiae infert, capite pœnas luat oportet. Videte nunc mundi & honoris amasij, quo genere vindictæ Servator meus alapæ ignominiam ulciscatur : *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram.* Præbuit certè ipse Creator creature : Dominus servo : innocens nocenti, atque ut Petrus Calentinus, Landspergius, & Aquilinus notarunt, tempore Passionis suæ centum & decem alapas in faciem benedictam excepit. O mansuetudinem admirandam Dei Filij ! ô patientiam omni comparatione majorem !

Conf. Ar.  
gent. fol. 2.  
Conf. 50.

Matth. 5.

Calent. in  
via Crucis.  
Landsperg  
hom. de  
Passio.  
Aquilin.  
serm. dePaff  
Adricho. in  
descript.  
Hieros.  
Balde in  
Not. Ba-  
trocchom.

VIII. Quis hodie delicatulorum Mundi sedatorum vel unam ferre potest, quin illico ad gladios, ad sclopos, ad duella & infames animæ & corporis jacturas procurrat ? Refert Jacobus Balde celebris ævi nostri Philologus: hoc primum seculo, quod decurrimus, in Anglia duos altissimi sanguinis juvenes Joannem Stuartum, & Warthonium intimæ familiaritatis Sacramento initiatos, diu suavissimè convixisse, ut amorem Pyladis & Orestis renovasse viderentur. Demum alea jacta, & simul projecta est amicitia : vinculum amoris scidit lusus. Stuartus mendacij increpitus, Warthonio colaphum infregit : ergo ad duellum, honestam, ut putatur, nobilitatis lapicenam. Itur in campum Londinensem, comitantibus utrumque ad id exoratis aliquot palatinis citharis, iocis, dulciis.

dulcibus furijs. Nemo stitit cursum, nemo sufflaminavit. Imò inflammavit cupiditas gloriae ( Deus bone quam ingloriae! ) & spectatorum oculus. Antequam dimicarent, & ab honoris punto linea mortis duceretur, obnoxij sibi juvenes procubuerunt in genua, orarunt veniam, alter alterum amplexati sunt. Suffecisset si serio hæc & bona conscientia egissent. Lachrymis insuper rigarunt non corda, sed enses : osculo & singultu prodiderunt pectoris vulnus, non animæ, lethalia mox corporibus impressuri. Tum deinde se in pedes erigunt, & velut ab Itheo poculo, præmissæ humanitatis & ceremoniarum subito oblii concurrunt : surgunt comæ, conferuntur gladij, uterque in vestigio cadit. Hoc habent! crudelis petulantia! petulans crudelitas! unam alapam pro Deo, qui centum & decem, tulit ferre non posse, & unum ictum duobus ictibus, imò duarum animarum perditione vindicare.

**IX.** Sed jam pridem nos evocat ferale Iudaicæ gentis consistorium. Rea apud Caipham peragitur innocencia. Princeps autem sacerdotum, *Et omne concilium quærebant falsum testimonium contra JESUM, ut eum morti traderent.* Ergo jam lata sententia priusquam cogeretur concilium? jam decreta mors innocentis, priusquam audiretur vel accusator vel reus? quale hoc judicium? quales legisperiti?

- Deut. 1.* *quod justum est judicate, siue civis ille sit, siue peregrinus.* Præ-  
*Jerem. 22.* cepit olim Deus. Et rursum monuit per Jeremiam : *Faciite judicium et justitiam, et liberate vi oppressum de manu calumniatoris : neque opprimatis iniquè, et sanguinem innocentem ne effundatis.* Imò timere oportuit severi Iudicis Dei tribunal,  
*Deut. 27.* in quo est *Maledictus qui pervertit judicium*, qui non auditâ causa fert sententiam, pronuntiat priusquam audiat,  
*Ecclesi. 10.* qui idem accusator & judex. Verum secundum Judicem populi sic et ministri ejus, et qualis rector civitatis tales et habentes in ea. Nondum cœpta, jam definita est causa: reus cœdiēt, quia non potuit esse reus; reus est quia non plau-  
 cit

cuit reis. *Omne concilium querebat falsum testimonium. Nullus inventus est patronus innocentiae, quia Judices inimici & osores innocentiae. Pessimi Grammatici Dominus Psal. 13. de caelo prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligens, aut requirens Deum: omnes declinaverunt.* Nunquid etiam Apostoli? *Discipuli omnes relicto eo fugerunt.* Nunquid etiam populus qui proxime ingredienti Ierosolymam substernebat vestimenta & ramos palmarum? *Omnes condemnaverunt eum esse reum mortis.* Denique Iudices, sacerdotes, Pharisei, populus *omnes declinaverunt pessimi Grammatici, Matth. 11. declinaverunt verbum.* Nominativo hic: *Ecce homo vorax Matth. 26. & potator vini.* Hic dixit: *possum destruere templum Dei, & in triduo reædificare illud:* Genitivo hujus: *Nonne hic est fabri Matth. 13. filius. Si Filius Dei es descendere de cruce.* Dativo huic: *Et dabant ei alapas.* Et dederunt ei *vinum bibere cum felle mixtum.* Accusativo hunc: *Cœperunt autem illum accusare dicentes: Joan. 19. Hunc invenimus subvertentem gentem nostram,* & prohibentem tributa dare Cæsari. Si hunc dimittis non es amicus Cæsar. Vocativo ô: *Propbetiza nobis Christe, quis est qui te percussit.* Ave Rex Iudeorum. Ablativo. In Belzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia. Cum peccatoribus manducat. Ita declinaverunt, & inutiles facti sunt.

X. O quot hodie tales reperiuntur Grammatici, qui declinant à semita recta, innocentes calumniantur, probos traducunt, condemnant justos, qui liberè proponunt: *Circumveniamus justum, quoniam inutilis est nobis, & contra Sap. 2. riis est operibus nostris:* Quorum maxima & apophtega est quodlibet de quolibet confinge; &: *calumniare audacter, semper aliiquid adhæret.* Atque ut ait Scribanus: *Semper vestigium aliquod magni vulneris omnis calumnia relinquunt, quod etiam Carol. nolentum animos occupat, excluditque fidentiam securitatemq; priorum.* Invenias homines quibus omnia displicant in alijs, Scrib. Phil. Christ. e. qui omnia carpunt, quos vel amor sui vel invidia excœcat, velodium proximi in transversum agit. De M. Junio Rufo recenset Livius, quod avidus dominand. *Sæc. Peregrinatio*

*Liv. Dec. 3. lib. 2.* bium belli Imperatorem cavillabatur. Et primo inter paucos, dein propalam in vulgo, pro cunctatore segnem, pro cauto timidum, affingens vicina virtutibus vicia compellabat. Et tamen hic Fabius ut canit Poëta : cunctando restituit rem. De hujusmodi Iudicibus loquens S. Gregorius ait : sunt aliqui qui de omnibus male judicant ; dicunt enim si quis studet & vacat militati, hypocrita est : si recreationi, gulosus est : si patientia, timidus est : si justitia, impatiens est : si simplicitati, satuus est : si prudentia, malitiosus est : si maturitati, phlegmaticus est : si jucunditati, dissolutus est : si religioni, singularis est : si societati, secularis est : si silentio & paci, dissimilator est : si aliorum correptioni, presumptuosus est : si instans vigilijs & orationibus, indiscretus est : si dormitioni, somnolentus est : si prædicationi, & aliorum saluti, appetitor laudis est : si desistat, negligens est : si habet gratiam hominum, adulator est : si adulari renuit, dicitur quod superbus est. Hæc Gregorius, ut credo experientia edocitus, quia livor magnos tantum arrodit. Cum his symbolizant, quæ fuisse calamo prosequitur Belgij lumen, Carolus Scribanus.

*Car. Scrib. in Chri. Patiens fol. 599.* Sic vero effatur : Quis non aliorum bona virtutesque in malignam partem trahit, virtutum nomina in vitiorum vertens ? binc prudentem timidum ; magnanimum superbūm ; liberalēm prodigūm ; frugalem avarūm ; humilem abjectūm ; pium simplicēm ; continentēm satuum ; modestūm ignarūm ; parcūm in verbis infantēm ; providūm, tardūm ; excitatum levēm ; constantēm pertinacēm ; fortēm temerariūm ; justūm severūm ; maturūm inanēnum ; circumspectūm fastidiosūm ; seriuūm morosūm ; civilem politicum ; blandūm adulatorem ; benignūm indulgentiorem ; in sacramentorum usu frequentēm hypocritām ; bilarem effusum ; candidūm improvidūm ; patientēm ingenerosūm ; honorūm & opūm contemptorem ; imperitūm rerū estimatorem ; solius Dei auidūm solum amantēm ; sacerdotēm & bonorūm ignarūm ; aulicoruūm morūm neglectorem , rusticūm ; facetiarūm minus castarūm hostem inurbanūm ; mensarūm & podulorūm inimicūm , inhumanūm mutueque bassūm violentiā osorem ; submissē de se sentientem, pusillanimēm ; magna de alijs narrantem, stolidūm laudatorem ; injuriarūm immemorem ;

morem plebeij pectoris ; nullius vindictæ cupidum ignobilem dici-  
mus. O quantus hic ludit error ! Pluscula sunt , sed verissi-  
ma, quæ in oppositum flexit Seneca : *vitia* , inquit ille, *Sen. Ep.*  
*nobis sub virtutum nomine obrepunt* : *temeritas sub titulo forti- 45\**  
*tudinis latet* : *moderatio vocatur ignavia* : *pro cauto timidus acci-  
pitur*. *In his magno periculo erratur*. Et alibi in eundem sen-  
sum : *Sunt virtutibus vitia confinia, & perditis quoque ac tur-  
pibus recti similitudo est*. Sic mentitur prodigus liberalem, &c.  
imitatur negligentia facilitatem , temeritas fortitudinem. Sic  
omnino Iudei cum Christum calumniarentur. Ei jiebat  
virtute Dei dæmonia ? In Beelzebub ajebant. Convertit  
peccatores ? *cum peccatoribus manducat*. Accedebat fruga-  
les mensas : *Ecce homo vorax & potator vini*. Loqueba-  
tur veritatem ? *bic blasphemat*. Nihil mali fecit ? *Reus est  
mortis*. Sic declinaverunt per omnes casus & numeros ,  
quousque ad ablativum vitae pervenirent.

XI. Videor mihi interesse illi detestabili concilio, in  
quo sceleris antesignanus ipse concilij Præses summus  
sacerdos, spirans minarum & cædis Caiphas, ut senten-  
tiam, quam ante Concilium animo concepit ab asseffo-  
ribus extorqueat ab ipsa sententia auspicatur consul-  
tationem : *Expedit ut unus homo moriatur pro populo*. Quid  
loqueris impiissime Iudeo ? *Expedit ut unus homo*. Et quis  
ille homo ? hic *Homo* qui tot cœcos illuminavit , tot fur-  
dis auditum, tot mutis loquela restituit, tot paralyti-  
cos curavit, ille morietur pro populo ? *Moriatur*. Ille qui  
mortuis vitam reddidit , qui non pridem Lazarum qua-  
triduanum è sepulchro eduxit, ille homo morietur ?  
*Moriatur*. Ille qui hesterno vespere abscissam Malcho  
auriculam reposuit & sanavit, qui universam cohortem  
uno verbo ad terram dejecit, ille homo morietur ? *Moriatur*. Et qua de causa ? *Quia hic homo multa signa facit*. O  
cæcitas ! o perversum judicium ! o iniquitas inaudita !  
*Generatio prava & adultera signum querit* , & cum v' et  
multa signa authorem signorum ad necem postulat. Non  
ne

ne oportuisset post exhibita & visa multa signa , veritatem agnoscere , Prophetarum oracula intelligere , Meliam amplexari , & acclamare, *vivat Rex ; vivat Dominus meus !*

<sup>2. Reg. 10.</sup> *Theopbyl.* non è diverso *Moriatur. Et quale crimen est ( quærerit Theophilus ) quod signa facit ? oportebat ergo credere & adorare, & non habere pro homine puro. Verum hæc est invidiæ proprietas animam excoecare.*

XII. Impiæ sententiæ causam sacer textus invidiæ tribuit. Nam Pilatus expensa Iudæorum accusatione ; *Sciebat quod per invidiam tradidissent eum. Cœcè ruebant in id unum, ut morte perimerent innocentem : Invidia nihil vi-*

*S. Cyrill. det, sed cœcat animam ait Cyrus. Cum Deus Ægyptum af-*  
*in Joan. fligeret : Factæ sunt tenebræ horribiles in universa terra Ægy-*

*Exodi. 10. pti tribus diebus & nemo vidit fratrem suum. Quæ causa rogo*  
*Rup. Abb. hujus plagæ, hujus obtenebrationis ? audite Rupertum*

*Abbatem : Hæc tenebrarum horribilium densitas reditæ Ægyptijs illata est, quia videlicet invidia & odio filiorum Israël oculi eorum fuerant obcœcati. Acclamatum erat à filiabus Israël*

<sup>2. Reg. 18.</sup> *Davidi de Goliatho victori : Percussit Saul mille, & David decem millia. Tantus illicò Saulem invidiæ furor corripuit, ut oculos à Davide averteret, eumque velut hostem intueretur, à quo ingens beneficium acceperat : Unde S.*

*S. Chrysostom. Chrysostomus : Eum, inquit, qui sibi vitam donavit, & to-*  
*bom. 45. ad pop. tum exercitum ab alienigenis liberavit, tanquam hostem intueba-*

*tur ; talis est enim invidiæ malitia. Invidia dicta est à non vi-*  
*Giulielm. dendo, quod non libenter videt, unde Guilielmus Parisien-*  
*Paris. de sis : Invidia dicitur vel invidentia, quoniam contraria est visu.*  
*mor. c. 8. Hoc fatentur de se Iudæi sub impiorum persona apud fa-*

*S. Greg. 2. v. pientem, ubi dicunt : Circumveniamus justum quoniam ini-*  
*12. tilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, &c. Gravis est*  
*nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita illius.*

XIII. Si operationes invidiæ consideres, fatebere

*S. Cypria. cum Cypriano, quod sit seminarium delictorum. Hinc quærerit*  
*serm. de li-*  
*vore. Basilius : In vide quid suspiras ? propriumne malum an alienum*  
*bonum sanè huic connata est ? radix omnium malorum cupi-*  
*ditas.*

*ditas.* alienâ invidus torquetur felicitate , quam ipse de- *S. Basil.*  
*siderat :* hoc est illud malum quod omne pervertit judi- *Ierm. de*  
*cium Interesse proprium.* Quid Caipham impulit ad tantum *invid.*  
*scelus,* ut innocentiam damnaret , sententiam ferret in-  
*auditâ causa?* *Invidia : Interesse proprium,* boni publici ho-  
*nestate velatum.* *Expedit ut unus homo moriatur pro populo.*  
*Quid Iudeis persuasit, ut iniquæ sententiæ subscriberent?* \*
*Invidia : Interesse proprium.* quia *venient Romani, & tollent Ioan. II.*  
*locum nostrum.* Ah utinam hæc pestis hodie à tribunali- *v. 48.*  
*bus exularet : utinam sæpius non damnaretur innocens,*  
*quia nihil tulit, quia nihil fecit : & absolveretur reus , quia*  
*attulit unguentum, quia erat sacer, erat gener, erat cognatus!*  
*Pessimum veri affectus & judicij venenum sua cuique utilitas :* *Tacit. lib.*  
*ajebat Tacitus : & bonum publicum , ut in plerisque negotijs so-* *1. Annal.*  
*let, privatâ gratia devictum. Querebatur olim Salustius* *Salust. in*  
*Jugurtb.*

XIV. Quid verò inter hæc patientissimus Servator *noster ? Cum accusaretur à Principibus sacerdotum, & seniori- Math. 26.*  
*bis, nihil respondit.* Sic jam olim per Prophetam se factu-  
*rum promisit : Factus sum sicut homo non audiens , & non ha- Psal. 37.*  
*bens in ore suo redargutiones.* Ferunt Dionem Philosophum  
*& convivio redeuntem à quoipam maledictis proscissum,*  
*tacuisse : cumque jam domum ingressuro diceret con- Plut. &*  
*vitiator : Nihil verò responde : id unum adjecisse : Ne gry Stob. ap.*  
*quidem.* Satius erat etiam hoc responsum omittere. *Lycost.*  
*Meus Seryator, ne id quidem pro responso dedit : sicut ho- Plut. &*  
*mo non audiens & non habens in ore suo redargutiones.* Ut Eth- Finett.  
*nicus homo Pilatus miraretur vehementer, quod testa- S. Hieron.*  
*tur sacer textus.* Nimirum ut ait D. Augustinus : *aperta S. Aug. ap.*  
*mendacia non sunt responsione digna.* Sive ut ajebat S. Hierony- Finett.  
*mus : IESUS autem tacēbat : Iciebat enim ut Deus, quidquid re- S. Hieron.*  
*spondisset torquendum ad calumniam.* O mi IEsu quam durum ap. eund.  
*est nobis tale silentium ! quam facile sentimus in nos ja-*  
*ctata convitia !*

XV. Exquirunt causam sacri textus Interpretes, utur  
*Dœus Moysi præceperit in deserto, ut cum à serpentus*

læderetur populus, erigeret serpentem æneum, & non verum vivum vel mortuum, cum id absque labore præstare potuisset, cur opus fuit æneum fabricare? responde-

*B. Ifai.  
orat. 25.* det B. Ifaias: *omnia passus est, neque immutatus est* ( Christus videlicet quem serpens æneus repræsentabat ) *neque irâ commotus in eos, à quibus tot injurijs afficiebatur, nihil respondens: sed ad ænei serpentis similitudinem immobilis manens.*

*Jerem. 1.* Huc videtur etiam respexisse Deus cum Jeremiæ diceret: *Dedi te in columnam ferream.* Rarum quid Columna ferrea: cur non in columnam marmoream, gypseam, ligneam? *in columnam ferream*, inquit, ut ejus miram patientiam, & invictam fortitudinem demonstraret. Quartam columnam domus sapientiæ hodie ereximus: non est marmorea quæ facilè confringatur, non est gypsea, quæ nullo labore comminuatur; non lignea, quæ disseccetur, sed quæ duret in omnibus casibus, ne ferrea quidem, sed aurea. Nam *aurum percussum filet.* Ut ait Galfridus. De Alcone Statuario ait Plinius: *Est in eadem Urbe (Thebis) Et ferreus Hercules, quem fecit Alcon, laborum Dei patientia inductus.* Sic nos columnam auream statuimus

Salvatori in domo sapientiæ: *Laborum Dei patientia induci, cui lemma inscribimus Carolinum.*

*Plus ultra.*



\*\*\*\*\*

# STATIO V.

## APUD HERODEM.

# CONSIDERATIO VIII.

*Pro Dominica IV. Quadragesima.*

## ILLUSIO.

THEMA.

*Dilectus meus candidus & rubicundus. Cant. 5.*

SYNOPSIS.

- I. *Inter flores Rosa obtinet Principatum magnis passim celebrata e-  
logijs. Sed verus florum Princeps  
colligatus fasciculo myrrae pre-  
sentatus est Principibus sacerdotum,  
ab his Pilato, mox Herodi, in cuius  
aula Rex florum candidus a nobis  
considerabitur.*
- II. *Dies letitiae cordis eius est, quo  
candido & rubeo vestitu ornatus  
est: stetit ante Presidem ante quem  
aliquando Preses stabit, & inter-  
rogatus de multis, respondit nihil.*
- III. *In aula Herodis amicto albo ve-  
stitur, paulo post acquisitus pur-  
pureum; ut recuperet duo vesti-  
menta perdita in Paradiſo inno-  
centiae candidum, & glorie rabi-  
candum.*
- IV. *Veste candida innocens agnoscit-  
ur, & velut calculo albo absolvitur.*
- V. *Verè dies letitiae cordis eius, quia  
notata albo calculo, qua novus Alexan-  
der fasciā candidā vulnū hu-  
mani generis obligavit.*
- VI. *Et candidatus Crucis tribunalia  
perambulans prehensabat contume-  
lias, fūta, verbera.*
- VII. *Verus Sacerdos lineis vestitus, &  
idem futurus victimā.*
- VIII. *Candidus Princeps pacis, & Rex  
pacificus, quem tamen*
- IX. *Sprevit Herodes cum exercitu  
suo, nempe amatorum huius seculi,  
qui superbo vestium apparatu ei  
illudunt.*
- X. *Nūllus vero status ei magis illudit  
quam Ecclesiasticus, in quo reperi-  
mus, qui sponsis ad nuptias iheris similio-  
res sunt quam Clericis.*
- XI. *Talis quondam Bellovacensis P-  
iscopus cuius armaturam non a-  
gnovit Pontifex pro tunica filij ne-*
- XII. *Quare*

XII. Quare utendum habitu modesto  
ac decenti : induenda armatura  
Dei , quam Paulus describit , ut  
externa mundities interne purita-  
tis sit index.

*Dilectus meus candidus & rubicundus. Cant. 5.*

I.

**N**ter vernalis hortorum delitias , & suaves  
oculorum illecebras flores, quis principa-  
tum obtineat, haud sanè facile est statue-  
re. Celebratur à raritate & pretio flos In-  
dicus ante non multos annos allatus in  
Belgium , nominatus *semper Augustus* , &  
emptus tribus millibus imperialium , hic vel ex nomine  
sibi primas depositit. *Lilium* hortorum gloria ab ipsa fa-  
*Matth. 6.* pientia æterna Salomonis majestati præfertur : *Conside-*  
*rate lilia agri: nec Salomon in omni gloria sua cooperitus est sicut*  
*unum ex istis.* Iubet lilia considerari , velut objectum di-  
gnissimum quod non solum spectetur oculis, sed immit-  
tatur in considerationem intellectus. Et si Regem subdi-  
*Plin. l. 21.* tis eminere par est : *nulli florum excelsitas major*, quam *lilio*,  
*cap. 5.* ut ait Plinius. Hic tamen idem Rosæ principatum defert,  
cum ei *Lilium nobilitate proximum affirmat.* Et sanè nulli ex  
omnibus quos terra gignit floribus, tot reperias excogi-  
tata elogia, quam rosæ. Sappho apud Achil. Tat. *Rosa*,  
*Achill. Tat.* inquit, *florum Regina, terræ ornementum, plantarum decus,*  
*tib. 1. de Leucippe.* *prati viror, pulchritudo coruscans, terræ risus.* Alius qui-  
*Anon. ap.* piam *Anonymous* : *Rosa inter flores pyropus, hortorum purpu-*  
*Georg. ra, odorum Sapphirus, Aprilis oculus, veris Phœnix, nature*  
*Reismill.* *festo. Nat. pompa.* Forte melius Guilielmus Plati. *Rosa bella Aprilis*  
*B. V. conc.* *filia, odorum mater; fragrantiae dispensatrix, suavitatis thesaura-*  
*12. ria, pocillatrix apum, promonda liquorum, regina plantarum,*  
*Guiliel.* *princeps florum, phœnix herbarum, pompa hortorum, aeris ungu-*  
*Plati. de entaria, viridarij splendor, pratorum purpura, veris oculus au-*  
*SS. Sa- re. & corona.* Denique accuratissimè Paulus Aresius : *Ko-*  
*ceram.* *Disc. 4.* *flū flos florum, honor veris, pratorum, pompa, collum ornementum,*  
*Ares. lib. 2.* *plan-*

plantarum elegantia, virgultorum decus, hortorum oculus, cam-  
porum purpura, honor aestuariorum, terrae splendor, juventutis  
gemma, amoris nuntia, cœli speculum, viridarij aurora, stella ter-  
rena, parbelius solis, magisterium cupidinis, Flora gloria, Musa-  
rum delectatio, Veneris delicia, mensarum & sepulchrorum decus.  
Quis ad tanta elogia non illico sententiam ferat: *Florum Rex & Regina Rosa?* Per me licet, *Florum Regem decer-*  
*nite semper Augustum*, aut lily, aut Rosam. *Florum Re-*  
*gem verum frustra inquirimus*, quem ante octiduum in  
monte Oliveti perdidimus. Illic colligatus fasciculo myrr-  
hæ præsentatus est Hierosolymis Principibus sacerdo-  
tum, quem jam olim futurum prædixerat Ecclesiasticus,  
quasi plantationem rose in Jericho. Et rursum: *quasi florem ro-*  
*sarum in diebus vernis.* Hunc anno mundi conditi ut sup-  
putat Baronius 4015. die 25. Martij, vix orto sole ceu ra-  
rum munus transmisit Caiphas Pontio Pilato Præsidi lu-  
dæ, Pilatus verò Herodi, in cuius aula hodie nobis <sup>Euseb. An.</sup>  
quintam stationem (ne bis apud Pilatum subsistamus) <sup>f 109.</sup>  
delegimus. Contemplemur hic Regis florum habitum <sup>fido. lib.</sup>  
& vestitum, & refocillemus animas nostras in ejus odore. <sup>f 220.</sup>  
<sup>Niceph.</sup>

I I. Diligens & dilecta sponsa apud Salomonem nos  
anteit, ac monet: *Egredimini filiae Sion, & videte Regem Sa-*  
*lomonem in diademe, quo coronavit eum mater sua, in die despon-*  
*sationis illius, & in die letitiae cordis ejus.* Hæc ad literam suo  
Salomoni aptare conantur Rabbini: Verùm SS. Patres de  
Christo Servatore accipiunt: Cyprianus, Ambrosius, Cy-  
rillus Hierosolymitanus, Theodoreus, Gregorius Nyf-  
fenus, Bernardus, Richardus de S. Victore, & alij ap. Ghif-  
fer. Qui diem lœtitiæ cordis ejus intelligunt diem illum  
quo purpura & albo amictu vestitus est Hierosolymis. *E-*  
*gredimini animæ Christianæ, animæ Deo devotæ, egredi-  
mî hac Dominica quæ ab introitus exordio lœtare dicitur:*  
*& videte.* Quid porrò videbitis? deducitur mundi Ser-  
vator summo mane à Caipha ad Pilatum, ubi ut narrat E-  
vangelista: *JESUS stetit ante Præsidem.* Sed post non me-  
- Sacra Peregrinatio. N tos

tos annos vertetur folium, & dici poterit : *Præses stat ante JESUM.* Interrogat Præses velut reum ; examinat accusationes Iudæorum : *JESUS autem amplius nihil respondit.* Quid juvat respondere inter clamores inconditos? coram Iudice qui non desiderat audire, sed condemnare? casus labor defensio innocentiae pro tribunali iniquitatis.

*S. Ambros.* *Benè tacet, qui defensione non indiget,* ait Ambrosius. Sed interrogata Pilate, & interrogando tibimet responde : *Quid est veritas?* Anagramma : *Est vir qui adest.*

*III. Et remisit eum ad Herodem.* Jam florum Princeps suis incipit ornari vestimentis. In aula Herodis candidus conspicitur, futurus paulò post purpuratus, ut sit dilectæ sponsæ *candidus & rubicundus.* Duo vestimenta in Paradiso sunt deperdita, unum candidum, & alterum rubicundum : candidum innocentiae, rubicundum immortalitatis. *Nudi erant* ( inquit Ambrosius loquens de protoparentibus ) *sed non sine virtutum integrumentis :* Princeps virtutum antesignana innocentia, quam conseqüebatur gloria immortalitatis. Unde Moyses Barcepha : *Adam & Eva, quia vestiti erant gloriâ non verecundabantur.* Ut primum verò præceptum Domini violarunt, exuti sunt hac gloriâ, perdiderunt vestem innocentiae, coacti querere alia tegumenta : frustra erant ficûs folia : Deus illis dedit tunicas pelliceas symbola misericordiarum, de quibus iterum

*Ambrof. li.* *Ambrosius : Exui tunicam pelliceam, quam accepérunt Adam & Eva post culpam, tunicam corruptelæ, tunicam passionum.* *anim. c. 6.* Hanc tunicam corruptelæ & passionum ut coelestis Adam ab humano genere tolleret, & pristinam innocentiae vestem recuperaret, voluit in passione sua induitus albâ veste prodire, quem Herodes *indutum veste albâ, remisit ad Pilatum.*

*IV. O quot mysteria sub hoc candido vestimento abscondita sunt! quam diversæ Dei & hominum cogitationes! sæpè quos condemnant homines, absolvit Deus.* Herodes Christum induit veste alba, ut exsibilet, *velut sim-*

*S. Ambros.*  
*in c. 27.*  
*Mattb.*

*Ambrof.*  
*lib. de Pa-*  
*radif. c. 3.*

*Moyses.*  
*Barceph.*  
*lib. de pa-*  
*rad. p. 1. c.*  
*28.*

*Ambrof. li.*  
*de Isaac.*  
*anim. c. 6.*

simplicem, & fatuum : Pater æternus, ut mundo Filij sui innocentiam contestetur. Accusabatur ut malefactor, ut populi seductor ; ueste candidâ ostenditur immaculatus. Romani Iudices atris & candidis lapillis distinguebant sententias ; damnabantur qui atris notati erant, absolvebantur qui candidis. Ecce Herodes *indutum ueste alba remisit ad Pilatum*, quasi calculo candido absolutum.

V. *Indutum ueste alba remisit*. Nempè hæc erat dies *lætitiae cordis ejus*, quæ candido lapillo signari debuit ; *Apud Cretenses observatum est ut albis lapillis lætos dies, lugubres nigris calculis adnotarent* : Inquit Alexander ab Alex. Lætus omnino dies quem ingenti desiderio desideravit, lætus & nobis, quo ingentem fructum collegimus : *Albus color autumno dicatus*. Fertilis vindemia de Botro Cypri exilaravit cœlestem vinicolam. Verè hæc dies *lætitiae cordis ejus*, qua novus Alexander vulneratum genus humanum alba fasciâ obligavit. Alexander memoratur cum *Lysimachus vulneratus esset, medendi vulneris causâ diadema sibi detraxisse (nam candida fascia erat) illoque Lysimachi vulneris alligasse*. Quod omen illum futurum regem designavit sicut *eventus docuit*. Candida Christi ueste ligatur faucium peccato humanum genus, & ad *regnum immortalis gloriae inauguratorum*.

V I. *Egredimini & videte indutum ueste alba candidatum crucis* ; nullus tam cupidè Romanum Magistratum ambijt, quam crucem Christus. *Candidatorum mos fuit cum comitia sunt, & in suffragium cives vadunt, in candida ueste sine toga in campum descendere, singulasque tribus prehensare & circuire* : Sic cœlestis noster candidatus crucis perambulat omnia tribunalia, & circuit prehensando contumelias, sputa, verbera, flagella, Crucem. Eam ob causam è cœlo descendit in terram. In qua cogitatione defixus S. Bernardus ajebat : *Video oculis mentis te Domine IESU tam diris nexibus adstricatum tanquam latronem trahi ad judicium Principis sacerdotum, & Iudicem Pilatum.* *Video & perhor-*

resco, & admiror; & admirando deficerem, nisi quod liquidò cognosco te prius in corde charitatis necibus fuisse constrictum, qui ad deteriora vincula sufferenda libenter te attrahere potuerunt. Quasi diceret: ambivisti vincula, verbera, crucem in corde, quid mirum, quod tam libenter ad illa sustinenda, circumeas tribunalia, & quasi petas crucifigi.

VII. Egredimini & videte induitum veste alba, verum sacerdotem, qui se ad sacrificium præparat. Jam olim

*Levit. 6.* Deus præceperat: *Vestietur tunica sacerdos & feminalibus v. 10. lineis & alibi: Tunicam linea vestietur, cingetur Zona linea, cida-*

*v. 4.* *rim lineam imponet capiti &c. Quem ritum imitati gentiles candido amictu sacrificabant: De Persarum Magis Dio-*

*Diog. Laërt. in genes Laërtius. His vestis candida. De Jovis Ammonis sa-*

*wit. Philo- cerdotibus Silius Italicus:*

*soph. - - - nec discolor ulli  
Sili. Itali. Ante aras cultus: velantur corpora lino.  
lib. 3. - - - Ante aras stat veste sacerdos*

*Plato lib. Effulgens nived.*

*12. de leg. Causam porro aſſignat ex Platone Cicero: quia co-  
Cic. l. 2. lor albus præcipue decorus Deo eſt. Hinc etiam novi testa-*

*deleg. menti sacerdotes lineis induuntur, quia Angeli æterni Re-*

*Gemm. de gis (ut loquitur Author Gemmæ) ministri in albis appare-*

*antiq. rit. bant, mallem ego dicere, quia sacerdos in æternum Chri-*

*Mif. lib. 1. cap. 19. stus indutus fuit veste alba, cum ad sacrificium sacerdos idem & victima se accingeret; cuius memoriam quoti-  
die sacrificando renovant sacerdotes. Color albus præcipue decorus Deo eſt.*

VIII. Egredimini & videte Regem Salomonem pacificum induitum veste alba, pacis & Regiae potestatis symbolo. Ar-

*Flav. Jo- chelaus, ut eſt apud Flavium Iosephum, in magnis fo-*

*ſeph. de bell. Iud. li. lennitatibus templum ingrediebatur candidis indumen-*

*z. cap. 1. tis ornatus. Scipio Africanus apud Romanos festis die-*

*Tacit. lib. 2. bis. bus candida veste in publicum prodibat: & triumphan-*

*tem Vitellium comitatus miles in urbem candido amictu.*

*O benignissime Princeps pacis: utinam te hodie omnes comi-*

comitaremur candidis ornati conscientijs & puris cordibus, & ab omni inquinamento alienis. Sed metuo ne , sicut Herodes te cum exercitu suo sprevit, & illusoriè in dutum veste alba remisit : ita multi qui sub tuo nomine se militare gloriantur, tibi illudant vestimentorum novitatibus, & magnæ vanitatis ludibrijs.

I X. *Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo :* & quis ille tam impudens exercitus, qui Filium Dei audet spernere dum candido vestimento fatetur innocentem ? Ah exercitus ingens amatorum seculi , qui superbo vestium apparatu sua corpora contegunt , & immanibus expensis vanitati litant. Tu tu superbe iuvenis qui plus temporis insumis in vestium permutationes , in calamistra & capillitij torturas , in odoramenta & sumptuosorum pulverum aspersionem , quam in orationes & Dei servitium : Tu tu impuris ardens amoribus vanitatis mancipium tumida puella, quæ pretiosis ornamentis retia tendis incautæ iuventuti, ut casta corda in tuam nas sam pertrahas ; tu & tui similes estis Herodis exercitus, qui Dei Filio induito veste alba illuditis. *Semper ornatus mulierū fuit, etati omni, gēti omni* (ex Scribanij calamohæc fluūt) *ut mutuo lenocinio naturalis & emendicatae venustatis, virorum stuporem ædificant.* *Atque binc jam videmus mulieres de concha, de dracone, de serpente, de quacunque peregrinitate cultum & gloriam mutuari : quorum non raro tenerrima cervix & crines saltus & Insulas circumferunt : & totum Calendarium digiti exemplent : unoque non raro filo Provinciarum pretia pendent.* *Atque hæc omnia placendi studio, ut gladius adolescentibus fiant.* *Ab artifice diabolo hæc nata in libidinis incitamentum : sine quibus plurimum muliebris forma ingrata & naufraga jacet : ut primum vero illa accesserint, exsurgunt fornaces Babylonij majores, &c.* Hæc ante seculum non planè dimidium *Scribanij*: quem præcessit paulò ante *Thomas Lansius de Romanorum veterum luxu differens : In vestitu quidquid boni moris fuit, perierat.* *Quis comptulorum tunc fuit, qui non maluisset Remp. mibi fol.*

turbari, quam vestem? qui inter pectinem speculumque occupatus non solicitior fuerit de capitis sui decore, quam de salute? fœmine etiam quas scimus cum venia aliqua peccare, ubi viri gradum struunt, census nepotum induerant: neque satis muliebris infania viros subjecerat, nisi bina ac terna patrimonia auribus singulis pendissent. Lolliam Paulinam ne serio quidem ac solenni cœromniarum apparatu, sed mediocrum etiam sponjalium cœna, vidit Plinius smaragdis margaritisque opertam, alterno textu fulgentibus toto capite, crinibus, spiris, collo, auribus manibus, digitisq; que summa quadringenties HS. colligebat. Ipsa confestim parat à mancupationum tabulis probare. O monstrum! tua mulier in uno cultu, nec in magna festivitate, decies centena millia Philipporum babeat! His planè similia Seneca, ut ab ipso magna parte desumpta intelligas. Rursum Scribanius, luxum perstringens: Fuere viri (inquit) quæ audiat vel taceat sa-  
Sen. de  
brev. vi-  
te cap. 12  
Scrib. in  
Phil.  
Christ. c. 6.

tyra? qui nullo non die peregrino lota solo industria mutarent, qua si abluendis unius diei sordibus patria omnia flumina nimis jejuna forent, eundum erat ad extera. His profectò adinventionibus spernit & illudit Christum Herodes cum exercitu delicitorum, & superborum.

Isai. 1.

X. Queritur olim Deus per Isaiam: *Filios enutrivi, exaltavi, ipsi autem spreverunt me.* Ad quæ verba oppor-tune S. Bernardus: *Vox plangentis, spreverunt me in bistro-*  
S.Bernar.  
fern. 33.  
in Cant.  
S.Lauren.  
Justin. ap-  
Finet. de  
Passio. fol.  
516.

*nico habitu in regio apparatu.* Et S. Laurentius Justinianus proprius ad nostram thesim: *In ueste alba toties illuditur Christus quoties fideles pretiosarum uestium nitent apparatu.* Nu-spiam verò magis illuditur, quam in Ecclesiastico statu; hic quippe cum plurimum affinitatis habeat ad vestimenta Christi, gravius etiam delinquere censendus est. Id egregiè ponderans idem Venetus Patriarcha inquietabat: *Ubi ero, mutato habitu illusus est Christus? nomine in domo Herodis Regis & Pilati Praesidis? jam attende palatia Praesulum: ponunt signa sua signa; sericis apparatibus ornantur, pretiosissimis uestibus induuntur famulorum vallantur multitudine, & quod sine mœrore dici non potest: domus quæ egenorum esse receptacula debent,*

*debent, Imperatorum palatia judicantur.* Magis lugendum est, quod sæpenumerò dum vesiuntur domestici parientes pretiosis aulæis, famulitum serico, argento, & auro radiat, longo syrmate sumptuosæ vestes terram verrunt, & à longe venientis Præfusis adventum perstrepunt, in Ecclesiis interim squalent altaria, muco & situ putrescunt sacerdotalia paramenta, telis aranearum prætexuntur fenestræ, omnes anguli neglectum domus Dei, & sorditem contestantur. Dubites num hos Dei ministros nuncupes an vanitatis. Certè S. Hieronymus id sua ætate quod vidit luxit scribens ad Eustochium : *Omnis his cura S. Hieron. de vestibus, ut bene olent, & pes laxā pelle non folleat crines Ep. ad Eu- calamistri vestigio notantur, & ne plantas humidior via spargat, vix imprimunt summa vestigia.* Tales cum videris, sponsas magis existima quam clericos. Creditisne quod tales aliquando agnosceret summus sacerdos, an non potius dicet multis : *Amice quomodo hic intrasti non habens vestem nuptialem?* *Mattb. 22. v. 12.*

XI. De Bellovacensi quodam Episcopo narrat Spondanus ad annum Christi 1196. qui captus ab Anglis, contra quos armatus hasta & clypeo pugnaverat, à Romano Pontifice liberari petierit. Rex Anglus cuius interessat, misit ad Pontificem loricam Episcopi cum dicto : *Vi-de, inquit. an tunica Filii tui hæc sit, an non?* Cui Papa : *Non Gen. 37. v. filius meus est vel Ecclesiæ.* Ad Regis igitur voluntatem redimatur, quia potius Martis quam Christi miles judicatur. Hæc Paris, quæ pluribus prosequitur Rogerius. Utinam mulier ap. Spondan. potius non ita accideret, de quibus dici posset ; potius mammonæ quam Christi miles ; potius veneris quam Christi miles ; potius Aulicus quam Clericus ; potius abdominis, quam Domini miles judicatur. Manè Clericus, à meridie profanus ; ante meridiem sacrificus, post meridiem sacrilegus, hodie Dei cras dæmonis servus. Contra hos detonat, Clarævallensis Abbas : *Inde is quem quotidie vides meretricius nitor, bistrionicus habitus, regius appara-* *S. Bern. serm. 30. in Cant. tis*

tus inde aurum in frēnis, fellis, & calcaribus, ut plus calcaria nitent, quam altaria. Laudo proinde piiimum Zelum Luctu. Ai- dovici Pii Imperatoris, qui anno Imperij sui decimo sex-  
mo in vita Lu- to jussit Componi ordinarique libellum ( ita loquitur Continu-  
dov. Lib. 5 ator Aimoini ) Canonice vitæ normam, in quo totius illius or-  
10. & 11 dinis perfectio continetur. Cujus libelli fructus hic fuit ut  
idem narrat : Tunc cœperunt deponi ab Episcopis & Clericis  
cingula baltheis aureis & gemmeis cultris ornata, exquisitæque ve-  
stes : sed & calcaria talos onerantia deponi. Monstro enim si-  
mile ducebat ( Imperator ) si Ecclesiasticæ deputatus familie co-  
naretur aspirare ad secularis ornamenta glorie.

XII. Vidimus in aula Herodis illusum Christum: vi-  
dimus Regem Salomonem in diademate suo in die læti-  
tiae cordis ejus : Nostrarum nunc partium est crucis can-  
didatum pio affectu, modesto habitu comitari. Nihil sit  
ad Philipp. sordidum, sed nihil etiam superbum. *Modestia vestra no-*  
5. *ta sit omnibus hominibus:* Modestia quod profanum, quod  
indecorum est, odit. Omnibus hæc dico, sed potissimum  
Clericis, qui Christum indutum ueste alba quoties ad al-  
Cant. 6. v. tare accedunt, repræsentant. Horum ornamenta sint,  
3. B. Pet. ut de iis dici possit : *Pulchra es amica mea, suavis & decora*  
Damian. *sicut Hierusalem.* Notat hic Damianus assimilari sacerdo-  
Epist. 102. *tem Hierusalem non Babylonii. Sicut Hierusalem,* inquit,  
non sicut Babylon, quam vidit Joannes ornatam purpurâ & coc-  
co, & inauratam auro, & lapide pretioso, & margaritis. Ba-  
bylonem sane Diabolus, Hierusalem inhabitat Christus. Ille lu-  
xuriantis amictus varietate reficitur, hic asperis & bumilibus.  
S. Bernard Externa mundities internæ puritatis sit index. Cæterum  
lib. 3. de Confid. ut Bernardus observat, superbarum *Forma uestium defor-*  
*mitatis mentium indicium est.* Et quærit admirabundus.  
Quid sibi vult quod Clerici aliud esse, aliud videri volunt? Nem-  
pe habitu milites, questu clericos, actu neutrum exhibent. Cujus  
ordinis sunt? cum utriusque esse cupiunt, utrumque deserunt. U-  
nusquisque in suo ordine resurget. Ipsi in quo? An qui sine ordi-  
ne peccaverunt, sine ordine peribunt? Aut si Deus creditur mi-  
bil

bil inordinatum relinquere; vereor non alibi ordinandos quam ubi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. Hæc Bernardus maximæ inter Ecclesiasticos suo seculo authoritatis. Quare si arma placent: *Abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis.* Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli. Quoniam non est nobis collectatio ad <sup>Rom. 13 v.  
12. ad E-  
pbes. 6. v.  
11. &c seqq.</sup> versus carnem & sanguinem: sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritu-alia nequitiae in cœlestibus. Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & indui loriam justitiae, & calceati pedes in præparatione Evangelii pacis: in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequis-simi ignea extingui: & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei.



## STATIO VI.

### APUD PILATUM.

## CONSIDERATIO IX.

*Pro Feria V. Dominicæ IV. Quadragesimæ.*

### FLAGELLATIO.

#### THEMA.

*Dilectus meus candidus & rubicundus.* Cant. 5.

#### SYNOPSIS.

- |  |                              |
|--|------------------------------|
| I. <i>Quarta Dominica Quadragesime</i><br>Lætare dicitur, & Dominica de<br>Rosa, quod ea die Pontifex an-<br>team Rosam benedicere soleat, &<br>Sacra Peregrinato. | alii Principum transmittere. |
| II. <i>Talis Rosa Christus ab Herode re-<br/>missis ad Pilatum ubi candida pri-<br/>nius rosa, depurpurata est sanguine.</i>                                       | O                            |
|  | III. <i>Nam</i>              |

**III.** Nam à Pilato quem Herodi conciliavit, acerbissime flagellatus est.

**IV.** Per crudelissimos videlicet lictores, quorum milie aliqui, sexcentos alii finisse putant, qui summè oderant Iudeos.

**V.** Instrumentis etiam immanibus, loris, sunibus, scorpionibus, catenis, spinis &c.

**VI.** Ictibus penè innumeris, quamvis lege cautum fuisset Iudeis non infligi ultra 40. iktus. Variæ sunt de numero istius opiniones.

**VII.** Hinc dolor flagellati omnium dolorum acerbissimus ut mori inde potuerit, nisi se ad graviora servasset.

**VIII.** Assuevit per hæc ad acerbiora, ut Lacedemonum juventu ad aras virginis cædi solita, & Moquinenses

ad Principatum inaugurandi, inter flagra immoti.

**IX.** Sanguis per flagra elitus non tantum fluxit, sed & in aërem profiliabat, quia in cælo vacuum hoc sanguine sanctorum feraci explendit erat.

**X.** Et nos aduersa modica recusamus perferre, cum flagella Dei nos conservent. Simus instar trochi & sternus in plagis.

**XI.** Si imbecillitatem pretendimus reclinemus nos ad columnam cui Christus alligatus fuit dum flagellaretur, & ejus recordatione pænarium facilius feremus quod nobis accidet adversi stemus, quia nondum ad sanguinem restitimus,

### Dilectus meus candidus & rubicundus. Cant. 5.

#### I.



Uarta hujus sacri quadragesimalis jejuniij Dominica cujus hebdomadem decurrimus, appellari solet Dominica *Lætare* ab exordio scilicet Introitus Missæ, in quo excitamur ad gaudium ut inquit Ruper-

Rup. Abb. ap.  
Gavant. patientes. Est enim ut cuiquam placet: *Spes dulce pati*, &

Theſau.

Balde Ba-  
trach.

Philo.  
Hebr.

Carem.  
Pontific.

*Spes gaudium ante gaudium.* Qua fortè de causa Romani hanc Dominicam appellant *Do- minicam de Rosa*. Quæ suavis est inter spinas. Hac quippe die summus Pontifex quotannis consecrare solet auream Rosam, & modo huic, modo illi Christianorum Princi- pi aut Regi dono transmittere: Dubio procul ut insinuet eos esse debere *Spes gaudentes in tribulatione patientes*. Rectè proinde hac hebdomada nobis considerandam pro-

proposuimus Rosam florum omnium Principem, Mundi servatorem *Candidum & rubicundum*, quem Pilatus Herodi, Herodes iterum Pilato ceu donum remisit. Fuit dies ille *dies lœtitiae cordis ejus*, ut & nos discamus esse *spes gaudentes in tribulatione patientes*: & cum ipso proposito nobis gaudio sustineamus adversa.

II. Rosam principio candidam crevisse arbitrantur Poëtæ, quæ postmodum Deæ cujusdam sanguine rubricata, crescere cœpit purpurea. *Cum enim dilecto Adonidi, ad quem perimendum Mars aprum immiserat, Dea opem ferre properaret, pede à spina rosea vulnerato purpureum colorarem rosæ, cum prius esset candida, datum fuisse fabulantur.* Fe-  
rus aper in Paradiso Adonidem humanam naturam interemerat: huic opem latura Dei sapientia Mundi Servator Rosam delicatissimi corporis sui depurpuravit, spinarum aculeis, non in pede sed capite vulneratus, imò toto corpore crudeliter laceratus. Nuper hanc Rosam candidam in aula Herodis contemplati sumus, hodie in Prætorio Pilati purpuratam.

III. Reductus ad Pilatum servator, ut constaret quod venerit inimicitias tollere, dissoluta componere, conciliavit Pilatum Herodi: *Decebat enim eum, qui mundum erat pacificaturus, ut prius etiam ipsos Judices pacificaret.* Ait S. Cyrillus. Sed qualis hæc pacificatio, quâ reus Barabas absolvitur, & innocens JESUS condemnatur? *Tunc ergo apprehendit Pilatus JESUM, & flagella-vit.* Quam cru-  
delis fuerit hæc flagellatio tacuit Evangelista, quia exprimere non potuit, sed nobis considerandum reliquit. Consensu omnium Patrum nullæ humanæ vires possunt comprehendere sensus, & doloris acerbitatem. Illud verissimum est ex teneritudine complexionis colligi posse quadantenus, quantus dolor fuerit, quæ verberum atrocitas, quin & ex perspicacitate intellectus, qui in tantum incrementat dolorem, quantum subtilior est, Unde S. Bonaventura: *Quia nullus potuit illi æquari nec æqualitate* S. Bonav. in 3. d. 15. q. 21.

*complexionis, nec vivacitate sensus, dolor illius omnium dolorum fuit acutissimus.*

IV. Perpendantur licetores crudelissimi, quos Brutios seu Lucanos fuisse plerique existimant. Hi quippe ut Festus, A. Gellius, & Strabo tradunt, eoque ad Romanis ad Annibalem defecissent, coacti fuerunt Magistratus in Provincias abeentes sequi, & ad infligenda reis supplicia operam locare. Mille horum fuisse, & ab omnibus Christum flagellatum scribit Carthagena, sexcentos omnino fuisse colligit Tirinus ex Evangelico textu, ubi dicitur: *Congregaverunt ad eum universam cohortem; constabat autem ea cohors minimum sexcentis viris.* Quam vis non omnes manum applicaverint, sed sex tantum validiores ut putat Lobbetius, qui alternatim fessi invicem succedebant viribus recollectis. Oderant hi genus Iudaicum, ut proinde crudelius solito sacerdierint, instar tigridum aut Paff. Chri. leonum, ut adstruunt SS. Patres: Hieronymus, Chrysostomus, Theophylactus, Vincentius, Bonaventura, & alij. Matth. Ex quibus Hieronymus & Chrysostomus bis Christum flagellatum fuisse affirmant: priori vice cum emendatum & correctum Pilatus vellet dimittere, deinde cum morti eum adjudicasset, quod legis & consuetudinis erat. Subscribunt huic opinioni recentiores, Gerson, Maldonatus, Lobbetius, Gretserus, Lipsius &c.

Fest. verbo Brutii  
A. Gell.  
Noet.  
Attic. lib.  
1. cap. 3.  
Strabo lib.  
5. cosmo-  
grapho.  
Caribog.  
lib. 10.  
hom. 12.  
Iacob. Ti-  
rin. in  
Evang.  
Lobb.  
Tract. de  
Paff. Chri.  
Hieron. in  
Matth.  
Chrysot.  
in Ioann.  
Theoph. in  
Evang.  
Vincent.  
Ferrer.  
ser. de Paff.  
Bonaven.  
Tr. de Paf.

V. Perpendantur instrumenta flagellationis. S. Vincentij Ferrerij sententia est: *Spinis dure, flagellis durius, catenis tenis durissime flagellatur.* Alij apud Confalvum Durantum in Evang. opinantur Salvatorem nostrum primum crassioribus funibus Mattb. fuisse flagellatum, postmodum ferreis scorpionibus, tertio catenis Lobb. cit. Gretser. de postremo virginis spinarum. D. Brigitta unicum expressit in cruce. Lips. de instrumenti genus; dum ait: *flagellis aculeatis infixis aculeis & retractis non evellendo, sed fulcando totum corpus ejus laceratur.* 2. cap. 9. Idem prius sub persona Deiparæ retulerat his plane verbis: *Vidi corpus ejus verberatum & flagellatum usque ad costas, Durant. in ita ut coste ejus viderentur. Et quod amarinus erat, cum retraherentur*

berentur flagella carnes ipsis flagellis fulcabantur. Flagella con- *Not. Re-*  
*facta fuisse ex funiculis notavit Euthymius, & loris etiam vel. S.*  
*contexta, ut plures asserunt; habuerunt in extrema parte Brig. lib.*  
*ferrea quædam puncta, quæ carnem lacerabant.* *Eo- D. Brigit.*  
*dem ferè legere est apud Landspergium: Flagellis, virgis, Revel. lib.*  
*& scorpionibus in quibus erant unci ferrei Christum flagellarunt. Revel. lib.*  
*Sunt etiam qui opinantur Christum benedictum primò 1. c. 10.*  
*crassioribus funibus fuisse flagellatum, postmodum fer- Eutbym. c.*  
*reis scorpionibus, tertio catenis, postremò virgis spina- 67. in Matth.*  
*rum, ut notavit Duranus.* *Lanasp. lib. 3. de*

V I. Iudeis olim lege cautum erat, ne reo supra *Paf. Cbri.*  
*quadragenos ictus infligerent. Pro mensura peccati erit & Durant.*  
*plagarum modus: ita duntaxat ut quadragenarium numerum non cit. sup.*  
*excedant. Id quod expertum se scribit S. Paulus: Quinquies Deut. 25.*  
*quadragenas unā minus accepi. Sed cum hac lege Romani v. 3.*  
*non obligarentur, immane dicta est, quanto in Christum 2. Cor. 12.*  
*sævierunt excessu! Fui flagellatus tota die. Queritur ipse v. 14.*  
*apud Psaltem, hoc est ut communiter exponunt scriptu- v. 24.*  
*ræ interpretes, tam atroci flagellatione, ac si integro die*  
*flagellatio durasset. Ne intelligas (inquit Duranus) per Durant.*  
*integrum diem fuisse flagellatum Christum extensivè, sed intensi- sup. cit.*  
*vè, id est tam acerbè ac si tota die fuisse flagellatus. De nume-*  
*ro ictuum variæ sunt opiniones, omnes tamen in eo con-*  
*veniunt quod fuerint supra quinques mille.*

1. Joannes Eckius celebris superiore seculo Ecclesia- *Eckb. de*  
*stes, ac Lutheri antagonista, refert ex quadam revela- Paf. Cbri.*  
*tione plagas eiusmodi fuisse quinques mille, trecentas ab. 4. con-*  
*septuaginta quinque. ad. 4. confid. 4.*

*Plag.*

2. S. Brigitta apud Rödern enumerat plagas quin- *5375. S. Brigit.*  
*quies mille, quadringentas & quinque. Imò universim ap. Rödern*  
*vulnera inficta toto tempore Paßionis, quadringenta Trad. de*  
*millia, quinques mille, & septuaginta quinque; quod Paß. ied. 1.*  
*ego apud D. Brigitam non reperio. c. 7. Plag. 5405. plag.*

3. Landspergius apud Durantum affirmit fuisse *400575 Landsp. bom. 50.*  
*ictus quinques mille, quadringentos sexaginta.*

de Pass.

Plag.

§ 450.

D. Ger-

trud lib. 4.

divin. in-

finiat.

plag. § 466

Lud.Gra-

nat ap.

Rödern cit

Plag.

5500.

Valad.To.

2. Quad-

rag. serm.

in Parafase.

Plag.

15370.

Ludolph.

vite Chri

P. 2. c. 28.

plag.

15490.

S. Vincent.

serm. de

Passio in

Parafase.

Plag. § 58.

Plag. 744.

Psal. 21.

4. D. Gertrudis penè eodem calculo tradit fuisse ictus quinquies mille, quadringentos sexaginta sex.

5. Ludovicus Granatensis ex ordine D. Dominicī, inficta fuisse verbera quingenta supra quinquies mille.

6. S. Bernardus teste eodem authore numerat plagarum sex millia.

7. Alphonsus Valadier recenset quindecies mille trecentos septuaginta ictus. His nec addo nec demo authoritatem.

8. Landulphus sive Ludolphus de Saxonia, qui pientissimè descriptis vitam Christi, asserit cuidam sanctæ fœminæ revelatum, verberum Christo infectorum fuisse quindecies mille quadringentos & nonaginta.

9. S. Vincentius existimat tot ictus & verbera inficta Christo benedicto ut in singulis corporis ossibus terna possent numerari. Iam verò Anatomici plerumque numerant corporis humani ossa ducenta septuaginta octo :

igitur fuissent ictus minimum octingenti quinquaginta octo. Avicenna numerat ossa humana ducenta quadraginta octo, ergo ictus Christo dati in flagellatione fuerint septingenti quadraginta quatuor. Nolo divinare quis

horum acu rem tetigerit ; illud certum est plagas fuisse crudelissimas & numero propè innumeratas : nisi Prophetae fidem adhibeamus dicenti : *Dinumeraverunt omnia ossa mea.*

Quod verbis S. Brigittæ congruit ; flagellatum fuisse usque ad costas, ita ut costæ ejus viderentur. O planè inhumana fævitia ! ô crudelis laniena !

VII. Quærit S. Thomas : *Utrum dolor passionis Christi fuerit major omnibus doloribus.* Et respondet in corpore quætionis : cum divisisset dolorem in externum & internum : *Uterque dolor in Christo fuit maximus inter dolores presentis vite, quod quidem contigit propter quatuor.* Primo quidem propter causas doloris : nam doloris sensibilis causa fuit *læsio corporalis*, quæ acerbitatem habuit, tūm propter generalitatem passionis.

Se-

Secundò potest magnitudo doloris ejus considerari ex perceptibilitate patientis, & secundum animam & secundum corpus. Nam & secundum corpus erat optime complexionatus, cum corpus ejus fuerit formatum miraculose &c. Et ideo in eo maximè viguit sensus tactus, ex cuius perceptione sequitur dolor: anima etiam secundum vires interiores efficacissime apprehendit omnes causas tristitiae. Tertiò magnitudo doloris Christi patientis potest considerari ex doloris & tristitiae puritate. Nam in alijs patientibus mitigatur tristitia interior, & etiam dolor exterior ex aliqua consideratione rationis per quandam derivationem, & redundantiam à superioribus viribus ad inferiores: quod in Christo patiente non fuit, quia unicuique virium permisit agere quod est sibi proprium. Quartò ex hoc, quod passio illa & dolor à Christo fuerunt assumpta voluntarie, propter finem liberationis hominum à peccato: & ideo tantam quantitatatem doloris assumpit, quæ esset proportionata magnitudini fructus. Quis hic non in eam abeat sententiam, Christum nisi vitam sibi miraculose prorogaret, præ doloris vehementia mortem oppediturum fuisse. Est id ad mentem S. Laurentij Iustiniani: *Debuit planè mori tanto dolore transfixus: se tamen reservavit ad vitam, ut his graviora perferret.* Nempè nondum videbatur ejus amori & charitati proportionata doloris quantitas ad finem intentionem: & quasi rudimenta dolorum censuit crudelissimam flagellationem.

VIII. Mirabar aliquando morem illum educandæ juventutis apud Lacedæmonios, de quo Alexander ab Alex. ab Alexandre: *Ad aram sic verbere afficiebantur, ut plerisque Alex. lib. sanguis manaret ad necem.* Profusione sanguinis animabatur ad vitæ profusionem: virtutis Tyrocinium fuere flagella. Sed quid hæc verberatio ad nostri Servatoris lanienam? *Debuit planè mori, nisi se reservaret ad vitam, ut his graviora perferret.* Mirabar etiam morem illum populi Fr. Ioan. à Santand. in relat. ad Phil. IV. Moquinensium in nova Mexico, qui Ducem sibi electuri ad forum convenient, & unum aliquem electum è multis, nudum palo alligant, virisque spineis diverberant:

S. Laur.  
Iustin. de  
triumph.  
agon. Chri.  
cap. 24.

rant : mox etiam varia ludicra coram illo exercent, & si neque verberibus doloris sensum ostendat , neque ludicris ad risum & gaudium provocetur, eum Duce inau-  
*gurant.* Quid hæc diverberatio ad Regis Regum flagel-  
*lationem in die letitiae cordis ejus*, in die quo sanguine suo  
*unctus est ac inaugurus JESUS Nazarenus Rex Iudeo-*  
*rum. Qui cum malediceretur non maledicebat : cum pateretur non*  
*communabatur ; tradebat autem judicanti se injuste.* Tradebat  
 inquam ad flagella, ad verbera , ad carnificinam , ad ar-  
 tuum dilacerationem.

*S. Bernar.*  
*Trad. de*  
*Paff. c. 4.*

*I X.* S. Bernardus acerbitatem flagellationis confi-  
 derans : *Tam dure inquit flagellatus est Dominus , ut sanguis*  
*ejus sursum in aëra resultaret.* Mirum dictu, nisi subesset my-  
 sterium. Sanguis iste in cœlum clamat, Patrem exorat, ut  
 parcat mundo , ut satisfactionem recipiat pro peccato.  
 O benedictè Redemptor ! *Redemisti nos in sanguine tuo,*  
*qui peroravit omni lingua disertius , ut loquitur Arnoldus*  
*Carnotensis : non potuimus timere repulsum , cum hoc*  
*laud. Virg clementiæ monumentum , & charitatis insigne pro no-*  
*nstra causa loqueretur.* Necessarium omnino fuit *ut sanguis*  
*ejus sursum in aëra resultaret :* Quidni in aëra & contra natu-  
 ram gravium quæ deorsum feruntur : Nam erat in cœlo  
 periculum vacui, evacuatum Angelis cœlum, justorum  
 animabus impleri desiderabat. Fœcundus ergo justorum  
 generator sanguis Christi in altum ferri debuit, ut vacuum  
 expleret, ac necessarium fuit *ut sursum in aëra resultaret.*

*Arnold.*  
*Carn.*  
*Trad. de*  
*laud. Virg*

*X.* Adeste nunc mollicelli mundi sectatores , videte Regem Salomonem in diademate,in purpura sui sanguinis resplendentem , videte Regem florum roseum , candi-  
 dum & rubicundū, electum ex millibus, & discite quo ani-  
 mo huius vitæ adversa ferre debeatis, si inter electos cum  
 electo locum habere desideratis. *Videte nunc opera Domini,*  
*quæ posuit prodigia super terram Deus flagellis cæsus est ! utor*  
 verbis Divi Bernardi clamat ille *Ego in flagella paratus sum,*  
 qui peccatum non fecit ; vos qui peccatores estis modi-  
 cam

*S. Bern.*  
*serm. 4.*  
*bel. d.*  
*pæne.*

cam tribulationem refugitis. Audite quid dicat S. Lau-*S. Laur.*  
rentius Iustinianus : *Electum suum tunc magis di-vina gratia, Iustin. de-*  
*erudiendo custodit, cum quasi percutiendo deserit, & quo durius patient.*  
*ex dispensatione flagellat, eo amplius ex pietate conservat. Cogi-*  
*tate nos in hoc mundo similes esse trocho, qui eo ere-*  
*ctior stat, quo magis flagello verberatur: Unde Carolus Carol.*  
*Bossus expresturus magnanimi amici fortitudinem in-*  
*Boss. ap. Picinell.*  
*ter persecutiones, pinxit trochum adjecto lemmate: stat Mundi*  
*plagis. Ita Christiani, qui Ducem & Regem suum purpu-*  
*ratum animosè sequi non erubescunt, stant plagis, robu-*  
*n. 63.*  
*stiores evadunt ex flagellis, animantur ad graviora perfe-*  
*renda. Magna ( inquit B. Pet. Damiani ) magna electis Dei B. Pet.*  
*est consolatio ipsa di-vina percussio, quia per momentanea flagella Damian.*  
*que perferunt, ad nanciscendam superne beatitudinis gloriam fir- lib. 8.*  
*me spei gressibus convalescunt. Epist. 6.*

X I. Quod si adhuc Virium imbecillitatem obtendi-  
tis & onus importabile creditis quod pro cœlo sustinen-  
dum est, ecce vobis in domo sapientiae sextam colum-  
nam, illam ipsam videlicet ad quam Dei Filius est flagel-  
latus. Ad hanc debiles artus reclinate, ut ex ejus vivaci  
memoria facilius adversa perferatis. Cogitate ad hanc  
columnam ( quam olim Hierosolymis ostensam crux  
Domini purpuratam, & multis ægris salubrem narrat  
Hieronymus ) Dei Filium stetisse, & ut Lanspergius scri-  
bit cuidam in primis sancto revelatum fuisse, in horrenda  
illa flagellatione sanguinis globos crassiores, & justæ molis, velut  
è torculari expressos, supra triginta mille ducentos & quinque. O  
nos nimium delicatos, qui pro Christo amantissimo no-  
strarum animarum zelatore, nec minimam injuriam,  
nec minimam sæpè adversitatem sustinere possimus !  
Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus adversum se ad Hebr.  
metipsum contradictionem ; ut ne fatigemini animis vestris defi- 12. v. 4.  
cientes. Nondum enim usque ad sanguinem restitisti, adversus  
peccatum repugnantes : & obliiti estis consolationis, que vobis  
tanquam filii loquitur, dicens : Fili mi noli negligere disciplinam  
sacra Peregrinatio. P. Domi-

S Hieron.  
Ep. 6. ad  
Eustoch.

Lansper.

bon. 50.

de passio.

*Domi ni : neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus castigat : flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perse-vereate. Sic monet Paulus , sic ego obse cro, Perseverate.*

# CONSIDERATIO X.

*Pro Dominica V. Quadragesimæ.*

## CORONATIO ET ECCE HOMO.

### THEMA.

*Et ple dentes coronam de spinis posuerunt super caput ejus. Matth. 27.*

### SYNOPSIS.

- I. *Floridus Rex noster hodie coronatus proponitur ; corona spinea est ; rosas decerpserunt Unitatis amatores, & nostri protoparentes , qui meruerunt spinas & tribulos cum prius rosa cresceret sine spinis.*
- II. *Sed factum est Imperium e spina, & coronatur hodie spinarum Deus.*
- III. *Spina semper florens est, Rex noster Nazarenus semper floridus etiam spinis coronatus.*
- IV. *Hinc Rhamno inter arbores delatum regnum.*
- V. *Una est ejus corona, multe spine co lentiū Idola etiam inter Christianos*
- VI. *Per hanc coronam spineam à veteri maledicto absolvimur & Christus velut ericius nobis fructus comportat aculeis.*
- VII. *Sic coronatus spectaculo exponitur Ecce homo. Dignum Deo Angelis & hominibus spectaculum, qui impiis est gravis ad videndum.*
- VIII. *Eo spectaculo Pilatus volebat emollire dura corda Iudeorum sed illi nihil commotus.*
- IX. *Ecce homo , sic vel maxime placens Patri . quia voluntat eius obsecundans.*
- X. *Ecce homo defletus à matre quasi fera pessima eum sanciasset.*
- XI. *Ecce homo quem Angeli deflent, sed vel ideo vident gloria & bonore coronatum.*
- XII. *Ecce homo quem Petrus non novit hominem.*
- XIII. *Ecce homo sponsus sanguinum animabius devotis.*
- XIV. *Qui*

XIV. Qui spinea corona victoriam  
Amoris contestatur.

XV. Imponamus nobis & nos coronas  
patientie & aliarum virtutum.

XVI. Si gratijs dicata rosa, ab hac  
rosa purpurea gratias expectemus  
& magno feramus animo ignomi-

nias, & hoc sepius fruamur spe-  
ctaculo.

XVII. Gestemus novi Hectores fascem  
roseum Amori sacrum, & hunc qui  
proponitur in spectaculo Ecce ho-  
mo cordis nostri hospitio exci-  
piamus.

*Et pleidentes coronam de spinis posuerunt super caput  
eius. Matth. 27.*

## I.



Lorum Regem roseum & suo sanguine ve-  
lvet purpureo paludamento vestitum pro-  
xime consideravimus, hodie contemple-  
mur etiam coronatum. Iterum vos allo-  
quor fideles animæ: *Egredimini filiæ Sion, &*  
*videte Regem Salomonem in diademeate, quo co-*  
*ronavit eum mater sua.* Quæ verba D. Isidorus ita circum- *Irido. de*  
*scribit: Egredimini ad videndum coronam spineam, quam Chri-* *Pass. Dom.*  
*sti capiti imposuit synagoga.* Coronam inquam spineam non *cap. 31.*  
roseam: ubi sunt igitur rosæ ut Regem suum florum  
principem coronent? Ah vani mundi affectæ, delitiarum  
venatores eas decerpserunt, qui apud sapientem invi-  
cim animant: *Coronemus nos rosis antequam marcescant.* *Sap. 2.*  
Decerpserunt illas pridem Smyndrides, qui apud Ælianum *Ælian.*  
verno tempore in meris rosarum foliolis velut plumaceo *varia. lib.*  
lecto decumbebat, mane expperrectus conqueri solitus, *9. c. 14.*  
in plicatis foliolis durè se jacuisse: decerpserunt Cleopatra, *Athenæ.*  
*Deipnos.* quæ una die talento comparatis rosis insternebat tricli- *lib. 4.*  
nia: decerpserunt mollia veneris mancipia, quæ roseis  
fasciculis ad in honesti amoris illecebras abutuntur: de-  
cerpserunt protoparentes nostri in Paradiso cum inno-  
centiam perdiderunt, & nihil remansit Salvatori nostro  
præter spinas, quas maledicta terra generare cœpit post  
peccatum. *Rosa* (inquit Basilius loquens de statu inno- *Basil. hom.*  
centiæ) tunc spinis carebat: postea vero pulchritudini floris ad- *5. in He-*  
*xæm.*

*Gen. 3.* iunctæ sunt spinæ. Nempe post latam sententiam : *Male-dicta terra spinas & tribulos germinabit tibi.*

*Izai. 9.v.6.* I I. Isaías Propheta describens principatum Regis nostri ajebat : *Factus est principatus super bumerum ejus.* Quæ

*Tertull. lib. cont. Iudee.* Tertullianus vetus Scriptor explanans ad crucem refert :

*Cristus JESUS novam gloriam, potestatem & sublimitatem suam Cornel. in Ijai.* in humeros extulit, crucem scilicet. Cornelius verò à Lapide le-

git ex Hebræo : *Factum est Imperium è spina.* Quod tantundem sonat, ac Christi regnum & impérium colligi debe-

*S. Aug. li. 4. de c. 4.* re ex corona spinea. Apud veteres Idololatras ( teste Au-

*Dei c. 9.* gustino ) colebatur quidam Deus nominatus *spinarum Deus.* Sit hoc illis figmentum, nobis veritas est : *JESUS*

*Nazarenus spinarum Deus.* Spinarum Rex, spinarum Prin-

ceps.

I II. Subsistit hic anima devota, & hoc diadema Re-

gis tui, Dei tui attentius contemplare : quod monens

*S. Laur. Justin. de triumph. agōn. c. 14* S. Laurentius Iustinianus ajebat : *Hic parumper anima mea considerationis tue gressus fige : & Redemptoris tui intolerabilis dolorem confidera : capitis delicati sensibilitatem attende, spinarum punctionem cerebrum perforantem mirare.* Imò & cau-

*Theophr. lib. 1. de caus. plant. cap. 12.* fas huius coronationis investiga. De spina Theophrastus tradit semper esse florentem, nulla temporis injuria

vigorem deperdere : *Rhamnus & spina semper frondens ac perpetuo virens, ut ne hyeme quidem nec gelu flaccescat, aut ejus aculei retundantur.* Vides coronatum spinis florum Regem, roseum principem, cuius *factum est Imperium è spina*, quia

*Clem. Alexand. tib. 2. Pædag. cap. 8.* regni eius non erit finis. Huc collimant illa Clementis Ale-

xandrini : *Quem Iudei exacerba veruut, ut se Deum ostenderet, hoc de eo testati sunt, Christum scilicet Deum esse : diadema ei apponentes per spinam semper florentem.* Ita scilicet *Flos campi*, seu ut Nyssenus legit *Rosa campi*, I E S U S Nazarenus id est floridus, coronari debuit per spinam semper florentem, ut regni sui immarcescibilem coronam esse ostenderet.

I V. Non vacat mysterio, quod olim congregata ligna cum sibi Regem deligerent, & regnum olea recusaret,

ficus

ficus se ab eo subtraheret , vitis etiam regnare nollet : tandem, ut ait sacer textus : *Dixerunt omnia ligna ad Rhamnum : veni & impera nobis.* Quæ respondit eis : *Si verè me Regem vobis constituitis , venite & sub umbra mea requiescite.* Abnuebant regnare cætera ligna , quia Rhamno debebatur imperium : *Factum est imperium ex spina,* & quod cætera ligna sibi ceu proprium vendicabant, totum id primo aspectu in frugifera spina protulit. An existimamus quod absque novo mysterio Christus dixerit ? *Nunquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus ?* Omnidò jam de spinea tua corona Christe & oleum misericordiæ, & uvas lætitiae , & ficus dulcedinis ac bonitatis tuæ colligimus, unde Clemens Alexandrinus pronuntiat : *Amodò abunde licet ex spinis uvas, & ex tribulis colligere ficus.* Sed audiamus textum Evangelij.

V. *Et milites pleudentes coronam de spinis imposuerunt super caput ejus:* Una corona multæ spinæ, quarum septuaginta duas numerat S. Vincentius , millenas verò S. Bernardus, numerum certum pro infinito ponens, quia scilicet ego Peccavi super numerum arenæ maris : multiplicatæ sunt ini-quitates meæ , ut confitebatur Manasses , repræsentando personam peccatorum. Ah liceat exclamare cum S. Remigio :

*Indignum diadema geris Rex maxime Regum :  
Debetur meritis ista corona meis.*

S. Remig.  
ap. Mo-  
nach.

Multitudinem idola colentium per has spinas non male designari arbitratur S. Cyrillus cum ait : *Audi vi aliquos quibus valde placebat per coronam de spinis multitudinem idola colentium significari : quæ in diademate Christi suscepta est.* Non est rei ciendum hoc Theorema , cùm rebus aptissimè accommodatum sit. Videte etiamnum contritis patfim gentium idolis , & proscriptâ ferè Idolatriâ per universum tamend mundum etiam inter Christianos novorum multitudinem idolorum. Avari sibi statuunt adorandum vitulum aureum , lascivi Jovem adulterum, ebriosi temulen-

*Matth. 27*  
*S. Vinc.*  
*serm. in*  
*Parafœ.*

*S. Bernar.*  
*serm. de*  
*Passio.*

*Orat.*  
*Manass.*

*Cyrill. To.*  
*1. lib. 12.*  
*in Ioann.*

tum Bacchum &c. Hi sunt omnino crudeles illi & inhumani milites qui *pletentes coronam de spinis imposuerunt juper caput ejus.* Ut intelligas per coronam de spinis multitudinem idola colentium. Etiam inter Christianos,

Theophyl.  
ap. Finett.  
de p. f. c.  
29.

S. Hieron.  
Ep ad  
Ocean.  
S Athanasij.  
in Matth.  
S. Hieron.  
crit.

Ruffin. in  
Expos.  
fymb. A-  
post.

Ascan.  
Martineng.  
gloss. magn  
Cant. 8.

Picinell.  
Mund.  
fymb. lib.  
s. c. 40.

Lucan. li.  
2. Phars.

VI. Hinc appositè ad rem nostram Theophylactus investigans causam, cur Christus benedictus spinis coronari voluerit : *Spineam inquit, in capite coronam accepit, ut sententiam capitalem, quæ ex spinis peccatorum nobis debebatur eriperet.* Eodem tendunt quæ SS. Patres congerunt in hanc thesim : S. Hieronymus : *Coronatus est spinis, ut nos qui antea spines & infructuosi eramus, fructum bone arboris appetaremus.* Et S. Athanasius : *Ut spinis sublatis me solicitudinibus liberares.* Rursum S. Hieronymus loquens sub persona Christi : *Ut terram maledicto solverem, teque coronarem in misericordia & miserationibus.* Quem sensum etiam expressit Ruffinus : *Oportebat eum qui peccata mundi venit auferre, etiam terræ maledicta purgare, quæ sententiam acceperat spinas germinandi.* Propterea ergo spinis coronatur J E S U S , ut prima illa condemnationis sententia solveretur. Venit hic mihi in mentem spinis suis armatus ericius, qui ubi sub arbore pomo se volutaverit, onustus pomis ad suum antrum revertitur. *Circumcingitur Herinaceus pelle, crebris & acutissimis spinis munita.* Inquit Alscanius Martinengus. *Egregii dimini filie Sion & videte Regem Salomonem in diademate quo coronavit eum Mater sua, Mater Eva sub arbore malo ; pomis paradisiacis onustus revertitur, peccatis nostris, qui tollit peccata mundi.* Philippus Picinellus pingit erinaceum pomis & aliis fructibus onustum, eique lemma adscribit : *Non solum nobis.* Ut devotet virum publico intentum bono, qui se non sibi tantum sed aliis natum existimet: quod de Catone rigido morum censore canebat Lucanus :

- - - - - *bi mores, haec duri immota Catonis  
Secta fuit, servare modum, finemque tenere  
Naturamque sequi, patriæque impendere vitam :  
Nec sibi sed toti genitum se credere mundo.*

Vide-

Videte nunc Regem nostrum non sibi sed toti genitum mundo, fructibus meritorum onustum, qui filiis suis vitae comparat alimenta, & colligit *fructus pomorum suorum*, ut sponsa ejus desiderabat; colligit inquam spinarum aculeis *de spinis uvas*, & *de tribulis ficus*.

VII. Vestitus purpura & coronatus spinis est Rex noster, agite nunc spectaculo expositum intueamur. *Ecce homo*. Virum fortē & suæ vitae contemptorem theatro imponens Seneca inquit: *Ecce spectaculum dignum, ad Senec. de quod respiciat intentus operi suo Deus*. *Ecce par Deo dignum vir provid. c. 2. fortis cum mala fortuna compositus*. Non quæram Catonem, cui hoc elogium contexuit Seneca: Video servatorem meum spectaculo exhibitum Judæis: *Ecce homo*: *Ecce spectaculum dignum ad quod respiciat Deus*. Sive ut inquit Rupertus Abbas: *Spectaculum grande mundo, Angelis, & Rup in c. hominibus, ut a servis peccati princeps libertatis, servilibus mo- 19. Joan. dis cederetur, irrisoriè spinis coronaretur*. In quem sensum loquitur etiam S. Laurent. Justin: *O spectaculum! vi- S. Laur. dere Dei Filium totum cruentatum & squallidum coram uni-versa Justin. de astare Hebræorum plebe!* Talem omnino Isaias Propheta in *agon. c. 19.* spiritu præviderat, unde eum lugubri calamo delineans aiebat: *Non est ei species neque decor. Vidimus eum, & non erat ei aspectus*. Quām diversa hæc facies ab illa, quam in præsepi habuit factus homo, de qua illud Joannis: *Vi- Joan. 1. dimus gloriam ejus gloriam quasi unigeniti a Patre: Possis ex- clamare:*

*Hei mibi qualis erat, quantum mutatus ab illo!*

*Virg. 2.*

*Eneid.*

Visque adeò, ut oculos ab eo averteret spectatores; tametsi malis illius satiari appeterent: *Vidimus, inquit Lyran<sup>9</sup>, vi- Lyran. in dimus eum, & non erat aspectus, quia præ horrore avertebant homines faciem*. Quinam illi homines? illi nempe qui apud Salomonem protestantur: *Gravis est nobis etiam ad videndum: Sap. 5.*

VIII. *Ecce homo* exclamat altâ voce Pilatus, quasi exprobrans Judaicæ genti crudelitatem, & insatiabilem sitim sanguinis innocentis. *Ecce homo* opprobrium hominum,

minum, & abjectio plebis, omnium humanarum calamitatum compendium. Ecce miserandum spectaculum, lamentabile visus objectum, carnificinae humanæ luctuosa scena, feralis Tragœdiæ repræsentatio, theatrum cruciatuum, orchestra dolorum, feretrum exsangue animæ propè extinctæ : Ecce Oceanus Martyriorum ! Ecce homo cuius caput aculeatis perforatum est spinis ; & corda vestra non compunguntur ? Cujus totum corpus sanguine manat, & vestrum furorem non eluit ? Cujus humeros gravat purpura eumque in honore infamat, & non inflammat vestros animos ad compassionem ? Cujus manus cannam mobilem gestat, & non commovet lapidea vestra pectora ? Cujus oculi profusis lacrymis stillant, & non emolliunt vos ad pietatem ? Ecce homo non bellua, non leo est qui vos devoret, non serpens qui vos venenet, non tigris quæ vobis insidietur : Homo est, nomen ipsum hominis motivum est pietatis. Ecce homo, si iudicium sanum habetis, fatebimini vos potius leones esse, qui prostrato non parcitis : Vos potius venenatos serpentes, qui accuitis linguas vestras adversus eum, à quo calcati non eritis : Vos potius trigides qui insidiamenti vitæ innocentis. Ecce homo solus hic inter vos est homo, nihil vos habetis hominis præter figuram : ô crudeles feræ non homines si nondum ignoscitis ! Exspectabat Pilatus, ut tam lacrymabili spectaculo emolliti Judæi furori suo modum ponerent, ac libertatem semimortuo acclamarent. Sed ô inauditam fævitiam ! ô supra ferinum ingenium ferocientem barbariem ! unâ voce succlamant : *Tolle Tolle crucifige eum.*

IX. *Ecce homo.* Ad te nunc me converto cœlestis

*Psal. 83. v. 10.* Pater : *Respic in faciem Christi tui.* Vide an hic sit Filius tuus, cuius aliquando elogium devolans ē cœlo columba tulit : *Hic est Filius meus dilectus in quo mibi complacui.* Ita ita ; jam vel maxime dilectus, quia suo sanguine purpurratus : *Quia Filius hominis secundum quod definitum est nudit.*

*Luc. 22.*

*Quo-*

*Quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, Luc. ult. & Prophetis. Proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.*

*Rom. 8.  
v. 32.*

X. *Ecce homo. Aspice & tu Virgo Mater: An hic sit unicus Filius tuus speciosus forma præ Filii hominum. Vide sanguine, quem illi dedisti, perfusum, purpurâ vestitum, spinis redimitum, verè hominem, omnibus humanis miserijs & doloribus obrutum. Ah inquit mœstissima Virgo, uti olim Iacob lugens Iosephum: Tunica Filij mei Gen. 27. est: fera pessima comedit eum: Quæ illa fera pessima nisi pec- v. 33. catum: Peccatum (clamat S. Petrus Chrysologus) pecca- S. Chrysol. tum ò crudelis fera, & non uno capite in hominem sævire conten- serm. IIII. ta, quam videmus trino ore tota humanae stirpis germina tam pre- tiosa devorantem! Hic Cerberus laniavit cœlestem Iosephum.*

XI. *Ecce homo. Quid vos adhæc Angeli? videtis illum de quo scriptum est: In quem desiderant Angeli prospicere. I. Pet. 1. Hiccine ille est Rex vester, Rex Angelorum, de quo David canebat, minuisti eum paulò minus ab Angelis, gloriâ & hono- v. 12. Psal. 8. re coronaisti eum. Qualis hæc gloria, qualis honor ludicrâ circumdari purpurâ, spinis coronari? exhiberi in spectaculum impijs persecutoribus? Ah jam verum est, quod prædixerat Isaias: Ecce videntes clamabunt foris; Angeli I. 33. pacis amarè flebunt. Respondet pro Angelis Apostolus: v. 7. Videmus JESUM propter passionem mortis gloriâ & honore co- Hebr. 2. ronatum. Nam & ipse Apostolus de passione gloriatus eam v. 9. Regiæ prætulit dignitati, cum scriberet ad Galatas: Ego Gal. 6. stigmata Domini JESU in corpore meo porto. Ad quæ elegan- ter Chrysostomus: Non dixit babeo sed porto, tanquam ali- S. Chrysol. quis de tropheis glorians signisque regalibus. Et alibi idem in Epist. ad sanctus Pater de eodem Apostolo differens ait: Non mi- Gal. Idem hom. nus plagiis suis gaudebat, quam triumphis Regijs. Ergò meritò 8. de laud. dicimus: Ecce homo gloriosus, signis Regalibus decoratus, Pauli. quia toto corpore laniatus.*

XII. *Ecce homo. Ades Petre, qui paulò ante jacta- Sacra Peregrinatio. Q bas.*

*Matb. 26. bas. Non novi hominem, &c. Nescio hominem istum. Adhuc ne  
Marci. 14. perseveras in trina tui Magistri negatione? Egressus foras  
Luc. 22. Petrus flevit amare. Cum lacrymante Petro, etiam vos  
S. Bernar. Eoredimini filiae Sion, anime delicatae, de sensu carnis ad intelle-  
ferm. 6. in etum mentis; de servitute carnalis concupiscentiae ad libertatem  
Parase. spiritualis intelligentiae. Videant peccatores Christum in corona  
spinea & compungantur. monet mellifluus Bernardus. Ade-  
ste itaque peccatores qui decem, viginti, triginta &  
Ioann. 5. pluribus annis jacetis ad piscinam probaticam exspe-  
tantes motum aquae, & conquerimini: hominem non ha-  
beo. Jam vobis se offert occasio consequenda sanitatis:  
*Ecce homo*, à vobis toto corpore crudeliter dilaceratus,  
paratus nihilominus malis vestris adferre medelam. Pro-  
fetò *Isaias docuit peccata nostra coccinum esse*: hæc nos Christo  
præbuimus: *banc illi purpuram dedimus*, in his Rex ille monstra-  
turus. Inquit Paulus de Palatio.*

*Paul. de  
Palat. in  
c. 27.  
Matb.* XIII. *Ecce homo.* Ad vos denique mea se flectit o-  
ratio devotæ animæ, quæ lavistis stolas vestras in sanguine  
agni, quarum conscientiae emundatæ sunt in sanguine  
Redemptoris, spectate Regem vestrum, *JESUM Nazare-*  
*Cant. 3.* *num totum floridum, totum roseum, totum florem, totam*  
*v. 11.* *Rosam.* *Videte Regem Salomonem in diademe, quo coronavit*  
*eum Mater sua in die desponsationis illius, & in die letitiae cor-*  
*dis ejus.* Solebant antiquitus matres filios & filias die nu-  
ptiali coronare: unde Clytemnestra apud Euripidem  
loquens cum Achille de filia sua Iphigenia:

*Eurip. in  
Aulid.* *Tibi coronans ego illam duxi tanquam nupturam.*  
Et Cassandra apud eumdem alloquens matrem Hecu-  
bam ajebat:

*Idem in  
Troad.* *Mater corona caput meum circumda,*  
*Et gaude propter meas Regias nuptias.*

*Tertull. de  
coro. mil-  
c. 13.  
Sidon. lib.  
z. Ep. 5.* Hinc etiam Tertullianus ajebat: *Coronant & nuptie*  
*sponsos.* Et Sidonius Appollinaris: *Iam quidem Virgo tradi-*  
*ta est, jam coronâ sponsus honoratur.* Sed qualis noster spon-  
sus est? *sponsus sanguinum.* Qualis hæc corona qua coro-  
natur?

natur? qualis lætitia? qualis desponsatio? Quam caro tibi JESU bone constant iste lætitiae! non gratis eas possides quas carnis passione comparasti, inquit Gilbertus. Et rursum eodem sermone: Benè quasi diadema accipitur corpus immaculatum, corpus triumphi, corpus honoris & gloriae, corpus cuius crux peccati deletur chirographum; justitiae & salutis signatur conscriptio.

XIV. Ex veteri traditione Rabbinorum narrat Recup. de cupitus, Salomonem Regem habuisse annulum sponsali- prædest. tium in quo sculpta erat corona spinea cum epigraphe: fol. 162. *Victoria amoris*. Cœlestis noster Salomon desponsatus per spinas Ecclesiæ suæ, quid aliud spirat quam amorem? quid aliud loquitur quam victorias? Confidite ego vici mundum. Vicit mundum, vicit mortem, vicit dœmonem, v. 33. & factum est imperium è spina. In capite gestat suæ trophæ- um victoriæ, quo sensu ajebat Isidorus Pelusiota: Id circò Isido. Pe- spinea corona ut vittor redimitus est: quemadmodum clari & ce- lus. lib. 1. Ep. 95. lebres vittores faciunt, qui hoc ipsum telum cuius ope vittoriam consecuti sunt, gestant in triumphum. Et eodem verè ingenio S. Ambrosius: Corona de spinis capiti ejus annexa quid aliud, S. Ambros. quam divini operis munus ostendit: quod de peccatoribus mundi lib. 10. in tanquam seculi pœnis triumphalis Deo gloria quereretur. Ame- Luc. mus amoro sum vittorem nostrum, & ei tam illustrem Amoris vittoriam, medullitus gratulemur. Sed & ipsi quoque aspiremus ad hanc Amoris vittoriam, & nobis met imponamus coronas: Coronemus nos Rosis quas spinæ Regis nostri rosei generant, aut ipsi potius novas imponamus coronas.

XV. Mandaverat olim Deus Zachariæ Prophetæ: Facies coronas & pones in capite JESU filij Iosæch sacerdotis mag- v. 11. gni. ejus videlicet quem antea sibi ostensum viderat: Ostendit mibi Dominus JESU sacerdotem magnum, & erat in- v. 3. dutus vestibus sordidis. Sed quales coronas jubetur facere Propheta? Dicat Hieronymus explanans hunc locum: S. Hieron. Imponuntur autem coronæ, vel corona JESU Filio Iosæch sa- lib. 2. in cerdoti Zach. init.

*cerdoti magno, quia nobis proficiens et reveris ad meliora per singulas virtutes nostras Dominus coronatur: imo nobis virtute penitentiae coronatis Salvator in singulis coronam accipit.* His animae devote utamur coronis, his rosis coronemus spinea coronam redimitum sponsum nostrum, sponsum sanguinum. Rosae patientiae symbolum non immerito representant, utpote ex spinis crescentes. Unde S. Nilus:  
*Parv. num. 92. Sur. in vit.* *Tolera tribulationes, inter ipsas enim virtutes, quemadmodum inter spinas Rosae nascuntur et germinant.* Sic S. Martyr Theodorus inter medias flamas illaeus videbatur sibi in roseo lecto decumbere. S. Agapitus sibi ex ignitis prunis velut rosis coronam texebat, & capiti imponebat. SS. Iona & Barachisius sub Sapore Persarum Rege, spinis crudeliter flagellati, & in glacie per noctem relictii, sequenti mane interrogati quomodo dormivissent, responderunt *Nunquam in omni vita melius.* Certè felicius quam Smyndrides, quam Cleopatra, quam ulli voluptatum sectatores.

*Anacreon.* **XVI.** Rosam gratijs dicatam volunt Poëtæ, unde Anacreon canit:

*Hominum Rosa est voluptas  
Decus illa gratiarum.*

Ah quantas gratias, quanta dona divinae liberalitatis sperare possumus, si rosas e spinoso Christi capite legamus, si cum S. Lyduvina Ierosolymas abrepti sedula meditatione nobis ponamus ob oculos Christum spinis duvi. p. 2. coronatum, & spectaculo expositum, & hanc ignominiam teneri amoris lacrymis prosequamur, atque ad omnem contemptum tolerandum promptos ac paratos

*B. Angel.* nos exhibeamus. *B. Angelam de Fulgineo* deficiebat animus ac mortuæ instar corruebat, quando spinis coronat. *Engel.* tam Domini effigiem conspiciebat. Et nos illam coronam siccis oculis ac mente immota possumus intueri? *Luc. P. 2.* *Dom. inf.* B. Joannes De S. Maria ex ordine S. Francisci de Paula oblatu. *Nat.* *Hist. Minim, lib. 4.* latus mira devotione ferebatur in iconem Christi *Ecce homo,*

mo, seu spinis coronati & populo ad spectandum propositi : Hanc iconem quotannis hodierna Dominica Passio- nis peculiari festo honorabat , & ut idem alii præstarent foribus templi affigebat , quo effecit ut successu tempori- ris festum quoddam commune fieret concurrentibus un- dique ad illud templum populis. Nihil frequentius co- gitabat, nihil frequentius loquebatur , quam *Ecce homo*.

XVII. O Peccatores iterum vos alloquor : specta- te. *Ecce homo*. O animæ Deo devotæ, iterum vos evoco ad spectaculum : *Ecce homo*. Ecce Deus , ecce amator hominum , nondum satur pœnarum. Ite crucifigite il- lum , sed clavis amoris illum pectori vestro acclavate : Ligate illum, sed ut amans Magdalena brachiis in ample- xum curvatis : coronate illum sed rosis patientiæ & com- passionis. *Ecce homo à planta pedis usque ad verticem capitis* S. Bern. non est in eo sanitas ! Pudeat & homo sub spinoso capite membrum fieri delicatum. Exclamat Bernardus. Rosam etiam sa- cram fuisse Deæ Amorum norunt Poëtæ, apud quos He- Ætor Trojanus in casside fascem roscarum gestare solitus meruit, ut à Dea perunctum ejus occisi corpus roseo un- guento, canes quibus illud Achilles objecerat, contingere non auderent. Gestemus & nos in capite nostro fas- cem roseum non sine spinis , sub spinoso capite membra spinosa , & immunes erimus à morsu infernalis Cerberi à morsu peccati. Denique *Ecce homo*. Quis nostrum hunc hominem vult hospitio suo excipere ? Totus qui- dem est deformatus : Sed Ah ! deformavit illum meum peccatum ! Aperire pectus ; rumpere cor meum ; compungere affectus ; clama & pete veniam lingua. O mi- J es u , ego benedictam faciem tuam confspui ! Ego te flagellavi ! Ego te spinis coronavi ! Ego te totum defor- mavi ! Miserere, & ingredere penitus cor meum , in eo tibi ipse præpara solium & thronum *Victorie amoris* , ut siam misericordiæ tuæ ineffabili compassionis obje- ctum, & alter *Ecce homo*.



# STATIO VII.

## IN MONTE CALVARIÆ.

# CONSIDERATIO XI.

*Pro Feria V. Dominicæ V. Quadragesimæ.*

# BAIULATIO CRUCIS.

## THEMA.

*Et bajulans sibi Crucem exivit in eum, qui dicitur Calvariæ, locum. Joann. 19.*

### SYNOPSIS.

- I. *Vt olim Saturnus Phœnicum Rex ita Pater æternus purpuratum filium sacrificio exposuit.*
- II. *Qui crucifigendus eblamydem purpuream depositus, non vero coronam spineam, quia peccatorum nostrorum puncturas ferre voluit usque in finem, & ad celebrandum sacrificium necesse erat coronari & victimam & sacerdotem.*
- III. *Veste igitur sua inditus & coronatus summa cum ignominia educitur extra Ierusalem.*
- IV. *Grande mysterium in hac baiulatione, per quam consecratur Crux figenda in frontibus Regum.*
- V. *Grande mysterium! educitur innocens Abel occidens.*
- VI. *Justus Noë ligna comportat arce fabricande, quia nos ex diluvio eripiatis peccatorum.*
- VII. *Obediens Isaac portat lignorum fascem in quo ipse immoletur. Jacob scalam & bajulum, Moyses Virgam, Josue lanceam, David baculum & citharam, Aßverus sceptrum, Eliacim clavem.*
- VIII. *Digna Crux que millenis ornetur titulis.*
- IX. *Quam baiulare sibi dicitur Christus cum baiulaverit mihi.*
- X. *Ad montem Calvarie in quo & Adam sepultus creditur, & Abrahami peractum sacrificium arietis inter vepres hærentis.*
- XI. *Accedite peccatores & cum non possitis baiulare Crucem Christi, baiulate singuli suam: & quia*
- XII. *Gratiissimum obsequium Christo, ejus Crucem in corde figere per meditationem, saltem sic feramus.*

*Et baiulans sibi Crucem exivit in eum, qui dicitur Calvariae, locum. Joann. 19.*

## I.

**D**E Saturno Phœnicum Rege memorat Eusebius aliquique historici, quod cum proprium filium Diis immolare statuisset eum Regio cultu ornatum & purpura vestitum ad sacrificium adduxerit : *Purpuratum filium sacrificio exposuit* : Dubio procul, ut eo genere ornatūs spectatorum animis insinuaret ad iram Deorum placandam Regiæ sobolis pretiosum sanguinem effusum iri. Cœlestis Pater non unius Phœnicum populi, sed cœli & terræ Monarcha celebraturus multis oraculis prænuntiatum, & figuris delineatum divinum in monte Golgothæo sacrificium, in quo fundendus erat immensi pretii sanguis destinavit proprium filium in victimam, & *Purpuratum sacrificio exposuit*. Purpuratum inquam non ludicrâ illâ in Prætorio Pilati iniecta purpurâ, sed proprio sacratissimo ejus sanguine, quo totum corpus perfusum & incrustatum erat.

Quanquam, & de chlamyde coccinea dixit S. Hieronymus ; *Singularitatem sacrificii indicans ueste usus est purpurea ante populum*. Talis ex Pilati Prætorio eductus est extra Jerosolymam, talis omnino sacerdos & victima conscendit montem, conscendit aram crucis. Rem paucis verbis exprimunt Evangelistæ. *Exuerunt eum clamyde* ( inquit Matthæus ) *& induerunt eum uestimentis suis, & duxerunt eum ut crucifigerent*. Joannes vero : *Et baiulans sibi crucem exivit in eum qui dicitur Calvariae locum*.

II. Observant SS. Patres annotari ab Evangelistis quod Christo benedicto detracta fuerit chlamys purpurea, cum ad crucifixionem educeretur, non vero detracta corona ; quod mysterio non vacare innuit Origenes : *De clamyde scriptum est* ( inquit ) *quoniam denuo spolia verunt eum*

Euseb. in  
Theol.  
Phœnic. lib. 9. præp.  
Evang. c.  
4. Ioseph.  
lib. 4. anti-  
quit. Preß.  
in Parage.

S. Hieron.  
in c. 26.  
Matth.

Matth. 27.  
Ioann. 19.

Orig. Traß  
35. in  
Matth.

eum chlamyde coccineâ; de corona autem spinea nihil tale Evangelistæ scripserunt: propterea quod & nos querere voluerunt existum rei de corona spinea semel imposita, & nunquam detracta.

*Suar. To. 2.* Quid obsecro hic latet arcani sensus? Doctissimus Sua-  
*in 3. p. D.* rez in eum locum: *Quia auferre coronam esset aliquo modo*  
*36. Sed. 4.* *levare dolorem ejus, in mutatione autem vestium nulla erat diminutio doloris, quin potius esset aliqua accretio: non est ergo eadem ratio de utroque.* Id ita sit, alio tamen tendit Paulus

*Scherlog.* Scherlogus cum ait: *In chlamyde solatum & honor: atque in Cant.* idcircò Salvatori ablata est: *in spinis nil nisi vexatio & tormentum.* Quod applicans Regum & Principum conditioni planat. *mag. 32. Ex.* oni sic prosequitur: *Reges igitur amittunt, quidquid voluptatem & gratiam afferre valeat; relinquunt autem eis quin unquam noctu diuque removentur quod pungere, quod mordere habeat.* *O Jortem Magistratus duram, cui spineum portare diadema continuo velut necessitas quedam sit!* Regum veterum coronas tametsi aureas, acutas tamen & cuspidatas videmus, quæ illorum curas & solicitudines pro subjectis populis designant: tot aculei, quot radii. Noluit Servator spinem coronam deponere, quia *Cum dilexisset eos in finem dilexit eos*, ad extremum vitæ spiritum pro redimendo humano genere solicitus. Purpuram alienam contempsit, meliore contentus, quâ sciret se Patri æterno magis placere. Spinas peccatorum symbolum existimat D. Pas-

*D. Paschas* chasius; unde inquit: *Idcirco ab Evangelista corona illa spilib.* 13. a- *ne a non detracta, neque deposita dicitur: quia consumpta à capite pud Anton.* *JESU peccata, ut jam non sint spinea rectè creduntur.* Sustulit Escob. ad cap. 27. *enim ea super Venerabile caput suum, & abstulit à nobis ut non Mattib.* *sint, ac consumpsit.* Quasi diceret, impressâ capiti servatoris spinea coronâ spine desierunt esse spine, quia per Se. 6. obs. 5. ea peccata abolita, & protulerunt rosas fragrantes redemptionis humanæ, & beatitudinis æternæ; quo vide-

*S. Cyril.* *Tur respexisse D. Cyrillus Hierosolymit. alloquens Catechumenos: Jam est beatitudinis odor in vobis o illuminati:* *Pref. ad Catechu.* *jam spirituales colligitis flores ad plectendas cœlestes coronas.* Mihi

hi verò & illa in mentem venit cogitatio : Christum benedictum processisse ad montem Golgothæum ut sacerdotem pariter & victimam Patri æterno pro salute humani generis immolandam. *Tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suæ vitatis.* Quis nescit in veterum sacrificijs sacerdotes juxta & victimas coronatas?

- - - Phœbique sacerdos

Vittis & sacrâ redimitus tempora lauro  
canit Virgilius : & alibi :

*Virg. lib.  
g. Eneid.*

- - - altaria circum

*Populeis adjunt evincti tempora ramis.*

*Idem 8.*

Et de victimis memorat Lucianus : *Cum immolant primùm fertis coronant pecudem, multoque ante explorant num legitima sit & sacris idonea, deinde ad aram applicant.* Prope-  
rans igitur Salvator noster ad sacrificium & oblationem sui ipsius in ara Crucis coronatus incessit, & quia sacerdos, & quia victima, secum bajulans aram Crucis. Agite devotis eum mentibus comitemur.

III. Contemplatus aliquando Magnus Augustinus JESUM magnum sacerdotem, cruce onustum ad montem Calvariae exeuntem, plenus stupore & admiratione exclamavit : *Et bajulans sibi crucem exiuit. Grande spectacu-  
lum ! sed si spectet impietas grande ludibrium ! si spectet pietas gran-  
de mysterium !* Quis satis animo concipiatur quanta in eum concurrentis populi Hierosolymitani, cùm educeretur, jactata opprobria ; quantæ subsannationes ; quanta ludibia ; quæ mansuetissimus agnus silentio & incredibili patientiâ & magnanimitate pertransiit. Latrarunt canes, deditabatur respicere jam vicitor Leo de tribu Iuda.

*Amoris convitijs illusus est ( inquit iterum Augustinus ) servet ignominia, frigescat invidia ; sed non frigescit ; inardescit potius, & increscit. Non poterat esse major ignominia , quam crucem exportare humeris , cùm alijs crucifigen-  
dis non fuerint Cruces impositæ, sed evectæ, & ut idem*

*S. Augustinus advertit : Nihil eo tempore ignominiosius fuit  
fer. 18 de  
verb. Dom quam mors crucis.*

**I V.** *Et bajulans sibi Crucem.* Pergit Augustinus contemplans grande spectaculum : *Si spectet impietas videt Regem pro Virga Regni, lignum sui portare supplicij : si pietas spectet, videt Regem bajulantem lignum ad semetipsum figendum, quod fixurus erat in frontibus Regum.* Vedit profecto pietas in Constantino p̄ijissimo Imperatore, Crucem antea ignominiosam, summis ornatam honoribus, & in hanc diem

*Sozom. li. fidelium cultu adoratam videt. De Constantino Sozomeno cap. 8.*

*Sancte Crucis plurimum tribuit honoris, tum propter subfida in bello contra hostes gerendo ex ejus virtute sibi allata; tum propter divinam sibi ea de re oblatam visionem; postremo supplicium crucis a Romanis olim maleficis decretum lege sustulit; quin etiam suam imaginem, seu nummis expressam, seu in tabulis depictam jussit semper hoc quoque divino signo inscribi consignari. Ab eo tempore ut notat Rusticus S. R. E. Diaconus : Lignum venerabilis Crucis omnis per totum mundum Ecclesia absque ulla contradictione adorat. Quis in illo impietatis ludicrae confluxu adoravit, quis aestimavit : solus Redemptor noster, qui Crucem humeris gestans, eique sacramissimum corpus subdens sua bajulatione voluit consecrare.*

*Gen. 4.* **V.** *Bajulans sibi Crucem Abel.* *Si spectet pietas grande mysterium ! vide pietas quomodo innocentem Abelem impius Cain frater fratrem in agrum educit, ut ligno trucidet ? Fuste percussum Abelem plerique sentiunt : S.*

*S. Chrysostomus gladio, sed nondum erat inventus. Ut ut in Gen. bom. 19. sit : Dixit Cain ad Abel fratrem suum : egrediamur foras. Cumque essent in agro Eccl. interfecit eum. Sic malesana Caini progenies, scribæ, & Pharisæi egerunt cum innocentissimo Christo, cum quo Abeles esse non possumus, nisi vivamus inter Cainos : Ego, inquit S. Gregorius, Abel esse non*

*S. Greg. op. cont. Mat. Trad. Sussipor, qui Cain non habuerit.*

**VI.** *Bajulans sibi Crucem Noë.* *Si spectet pietas grande my-*

mysterium! Vide pietas justum Noë, qui arcæ fabricandæ *Gen. 6.*  
ligna comportat, ut universalis diluvio mundum eripiat:  
imò & justos omnes à tentationibus & periculis liberet:  
*significat arca diluvij* (inquit Ambrosius) *Crucem Christi*, *S. Ambros.*  
*per quam ab omni vitiorum & temptationum diluvio liberamur.* *de vocat.*  
Alio sensu etiam dicebat S. Anselmus: *Quid enim per aquas ap. Lauret.*  
*nisi tribulationes & quid per arcum nisi Ecclesia figuratur.* *Aquis in Sylv.*  
*ergo inundantibus levatur arca in sublime a terra:* *quoniam ad-* *S. Anselm.*  
*versis irruentibus separatur a terrenis cupiditatibus fidelis anima,* *Luc.*  
*& caelo sit proxima.* Id sub diversa proponens allegoria S.  
Gregorius Nazianzenus veteris Adami ovem humeris *S. Greg.*  
reportatam designat, ubi sic ovem ipsam alloquitur: *Nazian.*  
*Venit Dominus ad montes & colles ubi sacrificabas, & palantem* *orat. 21. in*  
*invenit, inventam eisdem bumeris, quibus & Crucis lignum su-*  
*stulit.* Et venerabilis Drogo simili ingenio: *Vade jam secura* *Drogo. de*  
*ovis Joseph, Christus te portat super humerum tuum.* *Fortis est Passio.*  
*humerus ejus: noli timere.* Qui gravissimum Crucis lignum  
ferre pro te potuit, te quoque portabit, qui arcam sibi  
construxit, in ea te securam reponet.

VII. *Bajulans sibi Crucem exivit Isaac: Si spectet pie-* *Drexel. in*  
*tas grande mysterium!* Vide pietas obedientissimum Isaac, *Chr. Mo-*  
*cui Pater æternus imposuit lignorum fascem: Tulit quo-* *rien. Pi-*  
*que ligna holocausti, & imposuit super Isaac Filium suum.* Iam *nett. de*  
*verum holocaustum perficietur in monte, Dei Filius ipse* *Passio.*  
vera victima futurus ligna portat. Vide pietas coelestem *Gen. 28.*  
Jacob, qui in baculo suo transit Jordanem passionis, qui *& 32.*  
scalam applicat caelo per quam homines transformati  
in Angelos ascendunt. Vide pietas Moysen qui Thau- *Exodi. 15.*  
maturgam portat Virgam, ut plagas infernalis Ægypti *& 17.*  
multiplicet, & Pharaonem demergat: qui lignum mittit  
in aquas amaras tribulationum ut nobis dulcescant  
*Christus Crucem amaran suis amatoribus dulcoravit.* Ait Ber- *Bernard.*  
nardus. Vide pietas divinum Josue qui scutum & lanceam *serm. de*  
suam elevat ad evertendam civitatem Hai rebellem *passio.*  
mundum. Vide iterum pietas coelestem Davidem, qui *i. Regum.*  
*R. 2* *ba. 17.*

- Ef. 5.* 1. Reg. 16. baculo armatus contra infernalem Goliathum procedit: qui citharam assumit in qua chordas nervorum suorum extendet ut Symphonia septem vocum audiatur, ut levius habeant malo spiritu correpti. Vide pietas Assverum Regem auream clementiae virginem porridentem mundo. Vide pietas sacerdotem Eliacim gestantem super humeros clavem David : *Dabo clavem domus David super humerum ejus*: Quâ nobis cœlorum portas reserabit.
- I. S. 22.* *S. Leo.* Grande mysterium! De quo S. Leo Papa : *Manifestabatur in Pap. serm.* delibus grande mysterium, quia gloriosus diaboli vîctor pulchram specie triumphi sui portabit trophæum.
- S. de Paf.*

VIII. *Et baiulans sibi Crucem exivit. O salutifera Crux in humeris Iesu mei ad te meos converto oculos, tibi caput meum inclino, tibi genua mea flecto, te saluto*

*S. Hieron.* cum S. Hieronymo : *Columnam humani generis, qua scilicet in Psalm. 95.* humanum genus, & universus mundus suffultus ruinam imminentem evasit. Te appello cum S. Andrea Creten.

*S. And.* si ornamentum Ecclesiæ, quæ olim fuisti signum maledicti. *Nam maledictus omnis qui pendet in ligno, jam vero*

*Creten.* salvatoris mei corpore consecrata es, ut sit benedictus

*bom. de exalt. cruci*

*S. Aug lib.* omnis qui pendet ab hoc ligno. Te nomino cum Augustino *Cathedram Christi docentis*, ex qua me ipse docuit ignoramus, contumelias opprobria tolerare : Cum S. Joanne Damasceno *Virgam ovium*, quâ utitur ille qui dicebat :

*Chri. c. 11.* *Ego sum Pastor bonus, & pascit oves suas virginem mansuetudinis & lenitatis : cum S. Ambrosio : Vexillum Salutis*

*Damasc.* *de quo canit Ecclesia : Vexilla Regis prodeunt, fulget crucis lib. 4. c. 22.* mysterium, sub hoc vexillo militant qui legitimè certant,

*Ioann. 10.* & optant consecuta victoria occupare regnum immortalitatis.

*S. Ambros.* Te voco cum D. Bernardo & B. Angela de Fulgineo *dulcem lectulum*, in quo suaviter cubat anima mea,

*lib. de bis qui myst.* monente Chrysostomo : *Si suaviter indormire cupis, sit tibi cervical spinea Christi corona: Et lectulus Crucis lignum.* Tu

*init. c. 3.* Angel.

*S. Bernar.* mihi cum D. Sophronio : *vitale lignum, ex quo decerpserimus fructum ligni vitae : cum S. Ignatio M. Principium mortis*

*serm. 41.*

*in Cant.*

*Bollant. in vita B.*

*Angel.*

*S. Chrys.*

*bon. 43 in Ep. 1. Cor.*

*mortis diaboli. Te nuncupo cum S. Athanasio triumphatricem mortis, clypeum, & armaturam, & romphæam contra diabolum : Cum SS. Chrysostomio & Damasceno : Clavem Paradisi : cum S. Cyrillo : Gloriam Filii Dei, uti agnovit Doctor gentium cum dicebat : Mibi autem absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri : cum B. Petro Damiano : pontem ad regnum. Nam ipso teste : Latro brevi ponte Crucis de patibulo ad regnum de supplicio ad paradisum translatus est. Cum Hugone Cardinale : naviculam Ecclesie. Denique ut plura congeram cum Jona Aurelianensi Tu mihi es Crux Sol Justitiae, Crux Spes Christianorum, Crux resurrectio mortuorum, Crux cœcorum dux, Crux desperatorum via, Crux claudorum Baculus, Crux consolatio pauperum, Crux refrænatio divitium, Crux destruñio superborum, Crux male viventium poena, Crux aduersus dæmones triumphus, Crux de victio diaboli, Crux adolescentium pædagogus, Crux spes desperatorum, Crux iustorum consiliarius, Crux parvulorum cuius, Crux vivorum Caput, Crux senum finis, Crux Regum magnificientia, Crux scutum perpetuum, Crux insensatorum sapientia, Crux Imperatorum Philosophia, Crux lex impiorum, Crux Prophetarum præconizatio, Crux annuntiatio Apostolorum, Crux Martyrum gloriatio, Crux Monachorum abstinentia, Crux Virginum Casitas, Crux gaudium sacerdotum, Crux Ecclesie fundamentum, Crux orbis terræ cautela, Crux esurientium panis, Crux fitientium fons.*

X. *Et baiulans sibi Crucem. Grande spectaculum! grande mysterium! De latronibus qui cum ipso ad crucifixendum educti sunt, non legitur quod suas cruces baiulaverint, sed de solo Christo; ex quo colligo cum D. Bonaventura Crucem Domino portandam imponunt, quod de latronibus ipsis non legitur, quia non solum iuxta Iſaiam cum iniquis reputatus est, sed iniquorum iniquior. O mi I e s u non miror, quia iniquitates omnium iniquorum in te suscepisti. Et baiulans sibi Crucem. Nisi hoc spiritus S. in Calamum Evangelistæ dictasset, errorem aliquem in his verbis suspicarer, & putarem; reponi debere: Et baiulans mibi Crucem,*

*S. Sopbr.  
bom de  
ven cruce.  
S. Ignat.  
M. Ep. ad  
Philip.  
S. Athanas  
ser. de cru  
ce & in  
vita S. An  
ton.  
S. Chrysost.  
bom. ador.  
Cruc.  
S. Damas.  
lib. 1. de  
fide. c. 12.  
S. Cyril.  
Hieros. ad  
Galat. 6.  
B. Pet.  
Dam.  
serm. 69.  
Hugo.  
Card. in c.  
8. Lue. &  
Jonas Au  
relian. ex  
S. Chrysost.  
mo. lib. de  
cultu Imma  
gin.*

*S. Bonav.  
de vita  
Chri. c. 77.*

vel: *Et baiulans nobis Crucem*, quod congruit cum illo I.  
*Isai. 53.* faiae vaticinio: *Verè languores nostros ipse tulit*, & dolores  
*S. Ambros.* nostros ipse portavit. Et S. Ambrosius dicebat: *Pro me do-*  
*in cap. 22.* *luit, qui pro se non habuit quod doloret.* Verum ex hoc ipso e-  
*Luc.* lucescit immensus, & ineffabilis ejus amor in homines  
*I. Pet. 2.* quod onera nostra, quod peccata nostra, quod Crucem  
*v. 22.* nostram portandam suscepit tanquam suam: *qui pecca-*  
*ad Galat.* *tum non fecit, peccata nostra ipse portavit in corpore suo super li-*  
*6.* *gonum*, teste Apostolo. Hanc ipse legem mundo intulit,  
*alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.*

X. *Et baiulans sibi Crucem exivit in eum, qui dicitur Cal-*  
*variæ locum.* Duplici prærogativa speciali iam olim me-  
*memorabilis fuit mons Calvariæ.* Nam primò illuc proto-  
*parens noster Adamus sepultus fuisse existimatur, ut re-  
*Tertull. lib.* ferunt antiquiores Patres Tertullianus, Origenes, Cy-  
*2. cont.* prianus, Basilius, Augustinus. Cypriani verba sunt: *A-*  
*Marcion.* *dam in Calvaria humatus sub loco quo Crux Domini fixa est, tra-*  
*Orig.* *ditur ab antiquis.* Et S. Augustini ponderatio est: *Non in*  
*Tract. 35.* *in Matth.* *congruè creditur, quia erectus sit Medicus ubi jacebat ægrotus:*  
*Cyprian.* *ut sanguis ille pretiosus etiam corporaliter pulcherem antiqui pec-*  
*serm. de* *Resurrect.* *catoris dum dignatur stillando contingere, redemisse credatur.* De-  
*Basil. c. 5.* *inde eodem loci eodemque monte quondam appellato*  
*in Isai.* *Moriah putatur Abraham sacrificium præparasse, cum*  
*Augusti. ser.* *7. de temp.* *Filium suum immolare juberetur; Typus ille utilis fuit, pre-*  
*S. Chrysost.* *To. 5. hom.* *signans quod posthac veritas præstit.* Fecit Abraham ut sa-  
*de Job.* *& crificium sua portaret ligna, effetque figura Salvatoris Crucem*  
*Abrah.* *gestantis.* Inquit S. Chrysostomus. Et locum designans  
*S. Aug. 12.* Augustinus ait: *Hieronymus Presbyter scripsit, se certissime*  
*26. de civ.* *ab antiquis & senioribus Judeorum cognovisse, quod ibi immola-*  
*Deit. 32. tus sit Isaac, ubi postea Christus crucifixus est.**

XI. *Et baiulans sibi Crucem. Si spectet pietas grande my-*  
*sterium!* Vide pietas, vide anima fidelis, vide Christianie;  
*Laur. de* *vides Christum tuum Principem* ( ita loquitur Laurent. à  
*Aponte. in Ponte*) *Baiulantem Crucem non quamlibet, sed ingentem, dolo-*  
*ribus,*

ribus, & afflictionibus refertam, & tu non solum ejus Crucem Matth. c.  
 tollere reculas, sed et si necessitate percessus, tuam omnino levem 7. num. 9.  
 efficere proiras! Ubi estis peccatores? Ubi sumus nos  
 omnes? Nullusne comparet Cyrenaeus, qui accurrat, qui  
 sublevet Christum benedictum? Non, non opus est in-  
 quid benignissimus Dominus. Sinite me portare Crucem  
 meam, quam sponte assumpsi; Sinite me portare pondus  
 & jugum peccatorum vestrorum: & nihilominus: Qui  
 vult venire post me tollat crucem suam, & sequatur me. Ah  
 Domine planè conveniens non est, ut tu Crucem baiules  
 tuis humeris: Deo congruit portare globum mundi non  
 patibulum: in principali collo male pendet lignum, lon-  
 gè melius aureus torques. Sacerdotis humeros magis  
 decet gestare, super humerale de auro, & byacintho, & purpu-  
 ra, coccoque bis tindo, & byssio retorta opere polymito, in quo  
 scribuntur nomina filiorum Israël; quam feralem trabem  
 cum maledictionibus. O mi J e s u, mi Deus, mi Prin-  
 ceps, mi summe sacerdos: concede nobis crucem tu-  
 am, volumus te succollare, volumus illam tui loco por-  
 tare: Non, non, ait iterum Salvator, quod meis hume-  
 ris imposui solus ego portare possum: Vobis vires defi-  
 ciunt, purus homo impar est tanto oneri. Neque igitur  
 fratrem quere in redemptionem, sed eum qui excedit naturam tu- S. Basili. in  
 am, neque hominem nudum, sed hominem Deum. Ait S. Basili- Psalm. 48.  
 us. Unde qui me sequi vult, qui meus optat esse disci-  
 pulus: Tollat crucem suam & satis est; meam præter me  
 nemo portare potest: & licet illa vobis debeatur, ego ta-  
 men eam suscepi; cum viderem vos non sufficere ad e-  
 am portandam. Tollat crucem suam non meam ( inquit S. Thom.  
 Thomas de Villanova ) nam meam tollere non poterit: gra-  
 vissima est enim & ponderosa, & quam nullius puri hominis humerus  
 portare sustineat. O Mi J e s u! vis igitur ut ad tam gran-  
 de spectaculum, simus cum Judæis impij, cum gentibus  
 otiosi tuæ bajulationis spectatores? Nihilne ad nos per-  
 tinere vis tui laboris, tuæ Crucis? Qui vult venire post me  
 tollat

*tollat crucem suam.* Hoc sufficit patienter ac humiliter ferre crucem domesticam, crucem quotidianam, crucem occasionatam & obviam. Sequamur velut milites Abimelechum, qui in expugnanda Sichimorum turri : *arreptâ securi præcidit arboris ramum, impositumque ferens humero dixit ad socios : Quod me videtis facere cito facite.* Igitur certatim ramos de arboribus præcedentes sequebantur Ducem. Scrivator noster non ramum, sed totam arborem Crucis tulit, nostris humeris tantum rami imponuntur. Sequamur etiam cum his magno animo. Id ut nobis facilius accidat exemplum Dei in primamus memorie.

XII. B. Claræ de monte Falcone fertur aliquando Christus apparuisse Crucem ponderosam humeris gestans, ac dixisse : *Sponsa mea Clara quesivi locum solidum, in quo hanc crucem plantarem, & inveni Cor tuum : Ibi eam figere exopto : sed oportet te in hac Cruce mori, si sponsa, si filia, si haeres esse velis.* Hoc est quod aiebat Apostolus *si compatiemur & conregnabimus.* Si occasionses injutiarum, contumeliarum, persecutionum, morborum, dolorum amplexemur ; si meditationi sedulæ Passionis Christi inhæramus, quod devoto Eremitæ revelatum scribit Ludolphus, qui narrat petiisse Eremitam à Deo instanter ut sibi revealaret, quo servitio potissimum oblectaretur. Apparuit illi mox nudus homo præ frigore penè emortuus, ingenti gravatus Cruce : interrogatus quis esset : Respondit : *Ego J E S U s C h r i s t u s :* petiisti ut tibi dicerem, quod servitum præ reliquis mihi placeat, en dico tibi : si quis me juvet in bajulanda Cruce, si quis mea vulnera & passionem devote meditetur. Accurrite animæ Christianæ, accurrite animæ devotæ, si Christi Crucem portare non possumus, meditari possumus, compati possumus, adversa ejus virtute tolerare possumus, referemus corda nostra ut in eis figuratur Crux Christi. O JESU dolorosissime ! O IESU patientissime ! Defige defige sanctissimam Crucem tuam in corde meo : sit illa mihi stimulus adver-

Jud. 9. v.  
43.

Vita S.  
Clara.

Ludolph.  
in vita.  
Christi.

ram pœnitentiam, cultellus ad phlebotomiam inordinatae cupiditatis, torcular ad exprimendas lacrymas amorous : rumpat hæc crux obstinationem meam, communiat duritiam cordis mei, percutiat ceu Virga Moysis adamantinum & saxeum pectus, ut fluant lacrymarum fontes quibus meos excessus peccati defleam, tuos excessus amoris recolam. *O mi dilectissime Auditor: spirituales cordis fauces para, & cuncta que audis ruminando meditare, ut ubertim erumpant flumina lacrymarum.* Ut in simili horta-

*S. Laur.  
Iustini de  
triumph.  
agon. c. f.*

tur S. Laurentius Iustinianus. Da JESU lachrymas.


Ut luce fleam !

Ut nocte fleam !

Da JESU jugem tuæ sanctæ crucis memoriam. Crucem amo, nec solam, sed omnibus passionis instrumentis circumdatam, & cum amatore tuo exclamo : Ingredere crux amara, crux amabilis, subite lancea, spongia, clavi, flagella, spinæ subite penetrale cordis mei : oro, invitito, volo : sed nolo nisi ea lege, ut nos secum JESUS inferat : Jesus imprimat : Jesus plantet

*Steph. Bi-  
nett. in  
corde Deo  
devo. San-  
de. in A-  
mato Cru-  
cif. Dec. 1.  
n. 10.*

*Bone JESU conde Crucem  
Virgam, lanceamque trucem.  
Conde in imo corculo.  
Nulla prævalebit lues,  
Amuleta quando strues,  
Hoc myrræ fasciculo.*



**CONSIDERATIO XII.***Pro Dominica Palmarum.***CRUCIFIXIO.****THEMA.***Ascendam in Palmam & apprehendam fructus ejus.***Cant. 7.****SYNOPSIS.**

- I. *Inter symbola Crucis Domini certam palmam fert ipsa palma, quam licet scandere ad fructus decerpentes.*
- II. *Hec pondera peccatorum nostrorum tulit magnam constantiam.*
- III. *Et protulit fructus vitales, non sicut arbor Paradisiaca lethales; ut qui in ligno vicerat, in ligno iterum vinceretur.*
- IV. *Eius figura quatuor mundi partes representat, ad quam proinde etiam est ab omnibus partibus accurrere peccatores, & contemplari Dei Filium medium inter latrones, qui venerat peccatores salvos facere.*
- V. *Crucifixionis porro modum in raptu vidit S. Brigitta, quem etiam SS. Patres agnoscunt, quod scilicet prius erecta sit Crux, quam Christus ei affixus, qui*
- VI. *Ascendit in eam undus, qualis in*

*Paradiso primus homo habitavit, Veste illi sustulerunt milites peccata nostra; que denudatio fuit complexio omnium tormentorum. Veri undi enim mori praeligunt quam nudari.*

VII. *Sed nudari voluit quia luctatus erat cum Mondo, ut nobis restiteret vestem innocentie, quam Adam prevaricando perdidera.*

VIII. *Post denudationem crudelissime fuit acclavatus obtusis clavis, ita ut vene rumpentur. Et nos ingrati tantum amorem non agnoscamus?*

IX. *Longè absunt a sanctorum devotione, qui varijs modis sacratissima vulnera coluerunt, & fructus Palme decerpserunt.*

X. *Consideremus extensem ita ut ossa numerari possent, & ossa nostra in eis reverentiam excitemus, atque licet compatiamur.*

*Ascendam in palmam & apprehendam fructus ejus.***Cant. 7.****I. Plura**

## I.

**P**lura sunt in sacris litteris expressa Crucis Dominicæ symbola, ex quibus devoti Ascetæ sibi desumunt piam contemplandi materiam. Quid enim scala illa Iacob per quam vidi Angeli ascendere & descendere aliud designavit, quam Crucem, per quam ascendent justi, & apprehendunt fructus æternæ beatitudinis, ac descendunt impij negligentes occasionem salutis ut meditatur Hieronymus. Quid aliud Virga Moysis, quæ in serpentem vertebarū portendit, quam Crucem Christi, quæ ut loquitur Augustinus : *Quia Iudeis stultitia esse creditur, verba est in serpentem, hoc est in sapientiam, & in san-  
dam sapientiam, quæ omnem huius mundi sapientiam devorat.* S. Hieron. Ep. 34. S. Aug. ap. Ares. lib. 4. vol. 1.

Quid aliud ejusdem Moysis orantis expansæ manus vinecente Israël figurabant, quam teste Theodoreto typum ejus Theodor. q. qui crucifixus est pro nobis. *Declarata est igitur sub illa figura vis ipsius veritatis.* Exod. 17. Non immorabor colligendis aliis imaginibus; unum mihi hodie placet Crucis symbolum *Palma à qua hodierna Dominica nomen traxit.* Igitur sponsum in Canticis, seu potius ut arbitratur celebris interpres, *Virgines sponsæ deservientes imitatus Ascendam in Palmam, & apprebendam fructus ejus.* Comitamini. Sherlog. in Cant. vol. 3. vestig. 35. Expla. bish. sed. 3. Delrio. in Cant. 16. c. 42.

II. Palmam magno Doctorum consensu plurimi, quorum non paucos recenset Delrius Crucis triumphale lignum adumbrare meritò existimant. Ea quippe natura Palmæ est (ut innuit Plinius) ut impositam gravis oneris molem firmissimâ sustineat constantiâ, quoque magis oneratur, cù vehementius resistit. Ah quam immania sanctæ crucis ligno imposita sunt onera! Ingens peccatorum pondus! unde querebatur Propheta: *Inquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus grave v. 5. gravatae sunt super me.* Et S. Paulinus: *Peccati pondera de- primunt & ad inferna deducunt.* Hoc pondus impositum est Cruci, aut ei potius qui expansus est in Cruce. Qui (ut S. Paulin. Ep. 20. ad Amand. loqui-

*I. Pet. 2.  
v. 24.* loquitur Apostolus *) peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum , ut peccatis mortui justitie vivamus :* Id est ut ascendamus in Palmam, in Crucem peccatis nostris aggravatam apprehendamus fructus palmæ, fructus arboris vivificæ.

III. Erecta fuit ab orbis exordio Arbor vitæ in Paradiso, erecta etiam arbor scientiæ boni & mali, ex qua cum protoplasti apprehendissent fructus prohibitos ; lethali morbo exinde contracto erigenda fuit alia arbor in monte Calvariæ ex qua nos posteri decerperemus fructus justitiæ, fructus vitales. Quinam illi fructus ? nempe (*Sic canit Ecclesia*) *ut qui in ligno vincebat in ligno quoque vinceretur.* Per lignum fecellerat dæmon humanum genitus, per lignum debuit superari. Considerans S. Chrysostomus progredientem Davidem adversus Goliath miratur, cur David arma Regia, quæ Saul afferebat recusaverit ; solo armatus baculo & fundâ contra Gigantem perrexerit, & causam innuit : *Quia Goliath non meruit his armis interire.* Nimirum suo gladio debuit jugulari. Sic Christus congressus dæmoni eique erupturus victoriam, eodem ligno, quo ille vicerat, triumphavit : observante

*S. Albanus. S. Athanasio*, ubi inquit : *Immortali mortem intendens demon , ipse in mortem rapiebatur , & quod pessimum erat a suis ipsis membris hoc mali infligebatur ; quod versatissimo illi in summum vituperium cessit.* Et adjungit opportune : *Quale quid David in Goliath designarvit , qui sumpto adversarij gladio, eo ipso illius caput præcidit. Idem quoque Servator fecit.* Nempe deceptorem in ligno, triumphavit in ligno.

IV. Sed & quale lignum hoc fuit in quo Dei Filius ad totius mundi spectaculum suspensus peccata nostra portavit ! *Species crucis*, inquit Sanctus Hieronymus, *quid est nisi forma quadrata mundi ? Oriens de vertice fulgens , Austron dextrâ tenet, Auster in leva consistit, occidens sub plantis firmatur.* Accurrite, accurrite mortales ab omnibus mundi plagiis justi & impij, fideles & infideles , omnibus exhibetur

tur hoc spectaculum ; accurrite qui ad orientem Christi nomen & ejus crucem contemnitis : accurrite qui ad occidentem Christi sanguinem calcatis rursum crucifigentes in quibismetipsis Filiū Dei : Accurrite qui ad septentrionem per varias scissuras & hæreses Ecclesiam ejus prophana-tis : Accurrite qui ad meridiem vitiorum tenebris inse-pulti cœcutitis : Spectate.

Ecce Filius Dei nudus in Cruce suspenditur medius inter duos latrones , quasi princeps malefactorum. Sed rectè medius quia *Mediator Dei* & hominum ; rectè inter duos latrones , quia venit Filius hominis quærere & sal-vum facere quod perierat : *Inter latrones se medium exhibet* (verba sunt Arnoldi Carnotensis) *volebat enim intelligi com-mune esse illud beneficium, & non solum bonis sed impijs quod age-batur, proficere ; & se potius medicamina illa ægris proposuisse quam sanis.* Rectè inter duos latrones unum à dextris & alterum à sinistris , qui sic olim judicaturus veniet & sta-tuet oves quidem à dextris, hædos autem à sinistris. Spe-ctate. O spectaculum luctuosum ! O spectaculum amo-rosum ! Mi Iesu, libet loqui cum Cypriano Carthaginensi: *S. Cyprian Considero opera tua, & admiror te Cruci inter damnatos affixum, serm. de jam nec tristem nec pauidum, sed suppliciorum victorem, elevatis manibus triumphantem de Amalec, & quasi sanctificantem de excel-so plebem ; elevatum in sublimi, & quasi cælo proximum, supe-rioribus inferentem consummati agonis vexillum, & inferioribus erexitse scalam in Patris occursum.* O spectaculum admiran-dum ! O palmam invictam , & sub immani pondere in altum erectam !

V. Verum agite animæ devotæ priusquam progre-diamur ad carpendos palmæ fructus , paulò attentius contemplemur cum D. Brigitta ipsum Crucifixionis modum. Passim fidelibus persuasum est Christum benedi-ctum prius cruci acclavatum , quam Crux in altum toleretur , & in terram stabilis locaretur. Verum aliud D. Brigitta in raptu Hierosolymis vidit. Ait enim : *Vidi qua-S. Brigitt.*

*Revel. lib. liter. ibi crux ejus à Judeis figebatur, & firmabatur fortiter  
7 cap. 15. in foramine petræ montis cum lignis confixis, cum malleo  
validissimè circumquaque, ut crux solidius staret ne caderet. Cum  
igitur Crux ita solide firmata esset, ibidem statim adaptabantur ta-  
bule ligneæ in circuitu stipitis crucis per modum graduum Ec.  
Post hoc autem ascenderunt ipsi per illos gradus ducentes eum cum  
irrisione, & vituperio maximo Ec. statim voluntarie extendit  
brachium suum & apertâ suâ dextrâ manu posuit eam in Cruce,  
quam illi servi tortores immaniter crucifixerunt; perforabant eum  
clavo per illam partem, quâ os solidius erat; tunc etiam trabentes  
cum fune manum ejus sinistram cruci affixerunt eam simili modo.  
Deinde extenso corpore ultra modum juctos pedes affixerunt in  
cruce duobus clavis, & in tantum extenderunt illa gloria mem-  
bra in cruce vehementer, quod quasi omnes vene & nervi ejus*

*S. Ambros. lib. 10. in Lucam. Crucifixionis modus, quâ prius Crux firmata in terra fuit,  
S. Cypria. serm. de passio. quam eam Salvator concenderet. Ejus opinionis viden-  
tur fuisse SS. Patres, qui Crucifixionem ascensum Crucis  
S. Gregor. appellant: S. Ambrosius: Refert igitur considerare qualis  
in Cant. ascendit. Cyprianus: Ascendi Domine palmam, quia illud  
S. Bernar. Trad. de pass. c. 5. crucis tuae lignum portendebat triumphum. Et S. Gregorius sub  
S. Bonav. Medit. vi- persona Christi: Ascendam in palmam. Consentient S. Ber-  
ta Chri. c. 78. nardus, Bonaventura, Nicephorus, Cardin. Toletus, Ru-  
tilius Benzonius, Claudio Royletus, Gabriel Tarraco-  
nensis &c.*

*Niceph. li. V. I. Repetamus cum S. Ambrosio: Refert igitur con-  
z. hist. c. siderare qualis ascendit. Nudum video: qualis in Paradiso primus  
30. Tolet. anno. 14. homo habitaverat, talis ad Paradisum homo secundus intravit.  
in c. 19. Enim vero ut Joannes narrat: Milites cum crucifixissent  
Ioann. Benzor. eum acceperunt vestimenta ejus. Quinam illi milites tam in-  
spec. Episc. humani? peccata nostra, quæ in Paradiso protoparen-  
lib. 1. de fugi. D. 2. tes nostros ueste innocentiae spolarunt, & revelarunt  
q. 2. oculos ut viderent se esse nudos. Benedicta membra, ve-  
R. et. T. icon. nerandum corpus Redemptoris mei, si mihi liceret il-  
ap Durant. lud quocumque modo contegere! O Angeli cur alis ve-  
In Notis stris*

stris eum non cooperitis? O Mater Virgo quæ infantem *Lorin*, in  
fascijs involuisti, quomodo pateris verecundissimum *Psal. 21.*  
tuum Filium exponi ludibrio totius mundi? O cœli, cur *Ioann. 19.*  
nube eum non obvoluitis ut verecundiam ejus contega-  
tis? O arbores cur frondibus vestris eum non inumbra-  
tis? O prodigæ in vestium luxum filiæ Sion, cur sumptuo-  
sa vestra ornamenta non confertis ut speciosum præ Fi-  
lijs hominum sibilis & opprobrijs nequissimorum scur-  
arum subducatis? sed quid opus est experimentis? *Tota Psal. 43.*  
*die Verecundia mea contra me est*, clamat ipse apud Proph-  
etam, *& confusio faciei meæ cooperuit me*. Optimè tegitur Rex  
cœli & terræ purpurâ verecundiæ suæ. Jam nostra mor-  
tales *salva res est*, erubuit. Hoc quippe quasi tormento-  
rum compendio *operatus est salutem in medio terræ*. Subscri-  
bo Antonio Burgenſi, qui conferens nuditatem Christi *Anto. Bur.*  
cum denudatione inebrati Noë inquit: *Passio Christi Noë gen. To. 1.*  
*nuditate significata est*. *Una enim nuditas Christi Salvatoris o-*  
*mnium injuriarum ac opprobriorum complexio est*. Verecunda s *vat. 2.*  
Virgines sœpè legimus mori potius quam denudari ele-  
gisse. Ita prorsus *Nudari & mori idem prudentissimo Salvatori*,  
ut ait idem Burgensis. Bonus ille prodigi Filij Pater cum *Luc. 15.*  
reducem filium videret nudum, primam suscepit curam  
de vestibus & tegumentis. *Citò proferte stolam primam*. Non-  
dum filius pollicitus erat feriam emendationem, non-  
dum plenè receptus erat in gratiam, jam festinabat Pater  
ut ejus nuditatem congegeret, quod perpendens Chry-  
sologus inquietabat: *sustulit Filij crimina*, qui non *sustulit nu-*  
*ditatem*, quasi magis horreret nudum quam peccatorem.  
Tribus in fornace Babylonica juvenibus pepercit ele-  
mentum ignis, ne cum in corpora divinâ virtute prohi-  
beretur vim suam exerere, agendo in vestimenta nudos  
spectantium oculis exhiberet: *Vestibus ob honestatem ignis*  
pepercit. Inquit S. Chrysostomus. Et benedicti Iesu mei *S. Chrysost.*  
honestati non pepercit crudelitas militum. O crudelia *hom. 15. de*  
peccata mea quæ Dei Filium denudarunt! *trib. puer.*

VII. In huius nuditatis contemplatione imagina-

*Ambr. cit. Ambr. sup.* tur sibi, ut ego existimo supra allegatus S. Ambrosius veteres luctatores, qui nudi ad lucam progrediebantur, ne vestium impedimentis ab adversarijs possent apprehendi. *Nudum ecce video* ( inquit iterum ille ) *talis erga ascendit, qui seculum vincere parat, ut seculi adjumenta non querat.* Quasi diceret : luctaturus cum mundo nudus in arenam procedit, & mundum facile vincit quia impedimentis onustum. Quo etiam respexisse videtur devotus

*Tauler. vi. tae Chri. c. 33.* Asceta Joannes Taulerus cum ait : *Vitus est Adam, qui vestimenta quesivit; vicit ille qui vestimenta deposituit.* Ille tegi debuit quia vestem innocentiae perdiderat; hic vestibus exvi voluit, quia vestem innocentiae nunquam deposituit. Unde addit Taulerus : *Adam ob amissam innocentiam tegere se, & vestibus operire festinavit; Christus vero nudatus, eo quod integrum & illam servavit innocentiae puritatem; nec ullo alio tegmine opus erat.* Age nunc anima mea & dic confidenter : *Ascendam in palmam & apprehendam fructus ejus.* Fructus palmae huius, fructus nuditatis huius est operimentum peccatorum tuorum, & restitutio vestimenti gratiae deperditi. Sic fidejubet doctissimus Salmeron : *Exscoliari, inquit, se permisit, ut innocentiae vestem perditam nobis recuperaret. Coram omnibus nudari non borruit, ne nos nudi coram Deo inventi remur.* Confusionem tantam sustinuit, ut conscientie nostrae reatum tegeret. Admirabundus Bernardus hic exclamat : *Nudatur JESUS ! Quare ? ut tu corporis purissimi deformationem valeas intueri.* Nudatur ergo bonus JESUS. Heu mibi ! Qui vestiavit caelos diversis sideribus, ante crucem exsoliatus, nudus etiam ut erat, lividus cruci affigitur. Nudatur Dominus qui ante secula regnans decorum induit, & fortitudinem; cui canimus : *Confessionem & decorum induisti, amithus lumine sicut vestimento.* Gratias tibi bone JESU, qui nuditate tua operuisti peccata mea : non amplius me abscondam a vultu irae tuae, quia sustulisti confusionem meam, & circumdedisti me laetitia.

*Salmer. To. 10. Trad. 35.* Sic fidejubet doctissimus Salmeron : *Exscoliari, inquit, se permisit, ut innocentiae vestem perditam nobis recuperaret. Coram omnibus nudari non borruit, ne nos nudi coram Deo inventi remur.* Confusionem tantam sustinuit, ut conscientie nostrae reatum tegeret. Admirabundus Bernardus hic exclamat : *Nudatur JESUS ! Quare ? ut tu corporis purissimi deformationem valeas intueri.* Nudatur ergo bonus JESUS. Heu mibi ! Qui vestiavit caelos diversis sideribus, ante crucem exsoliatus, nudus etiam ut erat, lividus cruci affigitur. Nudatur Dominus qui ante secula regnans decorum induit, & fortitudinem; cui canimus :

*Confessionem & decorum induisti, amithus lumine sicut vestimento.* Gratias tibi bone JESU, qui nuditate tua operuisti peccata mea : non amplius me abscondam a vultu irae tuae, quia sustulisti confusionem meam, & circumdedisti me laetitia.

VIII. Refert considerare qualis ascendit. Post ignominiosam denudationem secuta est crudelis manuum & pedum affixio & acclavatio ; in cuius contemplatione defixus S. Bonaventura inquit : *Præacutæ sude prius Christi S. Bonavent. in manus & pedes perforarunt, ut facilior clavo configenti pateret aditus.* Quales vero clavi fuerint meditatur devote Joan. Medit. de vita Christi. nes Eckius : *Manus altera obtuso clavo, ut gravior esset dolor cruci affixa est, altera vero quando jam foramen attingere poterat, funibus sic extensa est, ut venæ disrumparentur.* Quæ con- Joan. Eck. Tr. de pass. art. 5. confid. 3. gruunt revelationi S. Brigittæ. Idem de sacris pedibus considerandum est, de quibus addit Lanspergius : *Tria- Lansperg. ginta & sex mallei ictibus fuerunt cruci affixi pedes Christi.* Si conc. de passio. totidem etiam ictus sustinuerunt sacræ manus, ecce tibi numerum septuaginta duorum discipulorum, ut nobis constet quod pro dilectis suis hanc acerbissimam torturam sustinuerit. Nos, nos ipsi fuimus, qui hos clavos incussumus, haec tormenta multiplicavimus, haec vulnera fecimus. Nostri amore haec pertulit. Non fatis erat nudum pependisse ut suum testaretur amorem : *Vestes in Iac. de Vang. Cruce ferre non potuit, sed nudus ascendit, ac si ipso facto diceret, tanto charitatis igne ardeo, quod vestes ferre non valeo.* Inquit Iacobus de Voragine, sed etiam manus, pedes, latus perforare voluit, ut ingens eius charitatis incendium per illa foramina evaporaret. Insuper ita extendi voluit, ut venæ disrumparentur. O mi amorosissime JESU! Rumpuntur tuæ sacratissimæ venæ, & non erumpunt mei affectus ! trahuntur funibus tua brachia, & non trahitur tantis amoris vinculis cor meum ! emoventur è suis locis ossa tua, & non movetur dura voluntas mea ! aperitur pectus tuum, & occluditur amori tuo pectus meum ! manus tuæ copiosum emanant sanguinem, & manus meæ contrahuntur ad misericordiam & inopum indigentiam ! personant validi malleorum ictus, & non audiuntur mea suspiria ! Anima tua plena est amaritudine, & anima mea non compungitur ferio dolore ! quid obrigescitis affe-

Etus mei? quid congelascis cor meum? quid obstinata persistis voluntas mea? quid obduraris pectus meum? quid contrahimini manus meæ? quid tam parcè vos effunditis suspiria mea? quid tam ingrata es tuo Jesu anima mea?

*Barry Devot. ad IES.*  
*Marc.*  
*Ulyssip. P.*  
*2. Chron.*  
*lib. 9. c 27.*  
*Toffin. lib.*  
*t. hist. Se- rapb.*

I X. Ah quam longè absimus à sanctorum devotione! S. Margaretæ Vngaræ, quæ priusquam mensam accederet, osculabatur piè vulnera Christi, & toto affectu complectebatur: B. Philippi de Aquerijs Ord. Minorum, cui cum Passionem Domini meditaretur, apparuit ei Christus Crucifixus, de cujus manibus, pedibus & latere sanguinis copiose manabat: qui in corpore Philippi, scilicet manibus, pedibus & latere tantum dolorem impressit & acerbitate passionis & doloris tantam in ejus animo Passionis reliquit memoriam, ut quoties eius recordaretur, clavo vel ligno manus suas pedesque percuteret, & validis ictibus verberaret. Sanctæ Mechtildis, quæ offerebat Deo quinque millia quingenta & triginta quatuor *Pater noster* cum sororum suarum conventu in honorem vulnerum Christi: hinc apparens ei Christus apertis vulneribus *Filia mea* (dicebat:) *cum penderem è cruce intitus meorum vulnerum Patris mei cor occupavit, ut peccatoribus peccata remitteret;* & licet jam gloriosus sim, letus tamen accepto que de voti in honorem vulnerum meorum mihi offerunt præsertim *Barry. cit.* quinque *Pater noster*. Ioannæ Fundatricis Annuntiatarum de Burges, quæ portabat cordi appressos quinque clavos argenteos in honorem quinque vulnerum Christi, & saepius orabat quinques *Pater noster*, quod à beatissima Virgine didicerat: Ioannis II. Regis Portugallie, qui voto se obstrinxerat nihil negandi quod in honorem quinque vulnerum Christi rogaretur. Euntem ad templum rogavit mulier per quinque vulnera Christi marito decollando vitam condonaret, condonavit: rogavit egenus levamen paupertatis per quinque vulnera Christi; impetravit. O nos nimium quantum vel ignaros efficaciam vulnerum

nerum Christi , vel torpentes ad curandos animarum nostrarum morbos ! Itabat aliquando S. Mechtildis ante Dominum , & salutabat ejus vulnera , quæ erant ornata gemmis , & pretiosis lapillis , quod cum miraretur , dixit ei Christus : sicut lapilli vim habent & virtutem pellendi morbos corporis , ita vulnera mea morbos animi . Sunt aliqui tam pusillanimes , ut nunquam confidant in mea bonitate , sed ex timore fugiunt a meo conspectu &c. Si quærerent sæpius apud me auxilium , & vulnera mea deoscularentur , omnis metus ab illis tolleretur . Alij habent inconstantia corda , qui cogitationes suas hinc inde dispergunt , & per unum sæpe verbum erumpunt in indignationem ; qui si recordarentur meæ Paſſionis , & suis cordibus imprimerent mea vulnera , acquirerent constantiam & patientiam . Alij sunt qui volunt tantum dormire & quiescere ut paralytici , omnia agunt cum pigritia & tædio ; isti si devotè contemplarentur Paſſionem meam , & inspicerent vulnera , quām profundè & quanto cum dolore mihi inficta & impressa sint , excitarentur ab omni torpore . Ecce anima mea ; ecce devoti Christiani fructus palmæ , ascendite in Palmam & apprehendite fructus ejus . Ægrotatis ? hic curabimini : pusillanimes estis ? hic confortabimini : inconstantia laboratis ? hic soliditatem accipietis : languetis ceu paralytici ? hic vigorēm animæ recuperabitis .

X. Spectate Cruci affixum amorem vestrum , Redemptorem vestrum , Deum vestrum ; spectate & querulâ voce ingemiscentem audite : *Foderunt manus meas & pedes meos , dinumeraverunt omnia ossa mea :* In quem locum Theodoreetus in persona Christi : *Sic me dum traherent a Cruci affigerent extenderunt , ut facillimum fuisse culibet ossa mea numerare .* O mi Iesu hæc dinumeratio sacrorum ossium tuorum in memoriam mihi revocat illa verba Regij Psaltis : *Omnia ossa mea dicent : Domine quis similis tibi . Ineffabilis est amor tuus erga hominem , pro quo tanta*

*S. Mechtildis lib. 4.  
cap. 37.*

pertulisti tormenta, paratus semper ad graviora, quod  
 S. Brigitta coram devota famula tua Brigitta protestatus es inqui-  
 Revel lib. ens: *O amici mei sic tenerè diligo oves istas, quod si possibile esset*  
 1. cap. 59. *ad huc mori propter quamlibet oves speciali morte, qualem in Cru-*  
*ce semel pro omnibus passus sum, magis eas redimerem, quam eis*  
*carerem. Non est ergo satis quod labia mea, quod lingua*  
*mea exclamet. Domine quis similis tibi, non est satis quod*  
*cor meum & anima mea recogitet: Domine quis similis tibi:*  
*Volo insuper ut omnia ossa corporis mei idem pronun-*  
*tient cum admiratione: Omnia ossa mea dicent: Domine*  
*quis similis tibi. Omnia te laudabunt, te colent, tibi com-*  
*patientur, tibi gratias agent, pro ineffabili charitate tua.*  
*Ergo agite ossa mea gemite, suspirate, clamate, & dicite,*  
*Domine quis similis tibi? ossa mea in pectore diffilite in fra-*  
*cturas compassionis cum Deus tam crudelia pro me su-*  
*stinet tormenta. Ossa mea in capite inclinate vos cum*  
*demississima reverentia crucifixo Amori meo. Ossa mea*  
*in genibus curvate & flectite vos cum devotissima reve-*  
*rentia ante crucifixum meum Jesum. Ossa mea in bra-*  
*chijs expandite vos ad amplexandum Dominum vestrum*  
*in Cruce pendentem. Ossa mea in manibus elevate vos*  
*ad postulandam à Crucifijo Judice misericordiam. Ossa*  
*mea in pedibus commovemini ad conculcanda peccata*  
*mea, quæ Deum Crucis affixerunt. Ossa mea in toto cor-*  
*pore contremiscite ad luctuosum & Tragicum spectacu-*  
*lum, quo Dei Filius pro mundi salute in monte Calvariae*  
*inter latrones Crucis affixus emittit spiritum. Dicite: Do-*  
*mne quis similis tibi. Dicite: Adoramus te Christe & be-*  
*nedicimus Tibi, quia per sanctam Crucem tuam*  
*redemisti mundum.*



# CONSIDERATIO XIII.

*Pro Feria II. Hebdomadæ Pœnōſe.*

## PRODIGIA.

### THEMA.

*Tenebrae factæ sunt super universam terram. Matth.*

**27.**

### SYNOPSIS.

I. *Omnia elementa senserunt Passio-*  
*nem & mortem Christi, potissimum*  
*aer tenebris expotitus.*

II. *Quales ille tenebre fuerint disce-*  
*ptatio est : Supernaturales fuisse*  
*meliores tradunt cum solis eclipsi,*  
*& mysteriis plene.*

III. *Imperata vel in sceleris Judaici*  
*detestationem, vel in creature uni-*  
*versa luxum ob mortem creatoris.*

IV. *Similes tertio Tamerlanis tento-*  
*torio in obsidione urbium, quod a-*  
*trum erat, & extream minabatur*  
*excisionem. Causa tenebra-*  
*rum, quia Christus abscondit se.*

V. *Cæterum veritas abscondi non cu-*  
*pit, nec bona conscientia ; nec ama-*  
*torius fuit Ihesus quo amantes se ab-*  
*scondunt, & volunt abesse quod a-*  
*mant ob amoris incrementum :*

VI. *Nec indicium cæci amoris, cum*

*divinus amor oculatus fit, quamvis*  
*amor agnoscendi beat Christus Cru-*  
*cifixus.*

VII. *Nec abscondit se JESUS quia mu-*  
*dus patiebatur confusione, quam*  
*voluntarie subiit.*

VIII. *Causa vera est, quia peccata*  
*nostra absconderunt faciem ejus, &*  
*ab his involutum illi caput ab in-*  
*gratis hominibus sicut Decio Ma-*  
*gio Capuano tolerantibus civibus.*

IX. *Merito igitur Crucis lemma in-*  
*scripseris quale fronti sua Socrates*  
*à scurra cæsus ad satietatem : Pecc-*ator fecit, qui quoties peccat*  
*Dei Filium iterum crucifigit.**

X. *Desistamus ab hac crucifixione, &*  
*amplexando Crucem ; petamus ve-*niam ; oremus benedictionem ; eti-*  
*am ab acclavato, nec dimittamus*  
*donec benedicat nobis.**

Tenebrae factæ sunt super universam terram. Matth.

27.

I.

**R**odigiorum authori tota prodigiis parentat natura: Totus mundus sentit suam vitam extingui, suum conditorem occumbe-re. Obtenebrescit cœlum; obscuratur sol, nigrescit luna, immugit aër, diffiliunt sa-xa, nutat terra, bullit mare, panduntur se-pulchra, universitas confernatur. Heu me! quæ mundi facies? quale chaos? quæ confusio? quis horror? quæ feralis Tragœdiæ catastrophe? Pendente in patibulo Crea-tore, univerſa creatura congeuit, Et crucis clavos omnia simul elementa senserunt: inquit S. Leo. Itane verò omnia ele-<sup>S. Leo fer.</sup>  
<sup>6 de pass.</sup>menta? sacer historicus quinque tantum recenset prodi-gia, 1. Tenebrae factæ sunt super universam terram. 2. Vellum Dom.  
Mattb. 27. templi scissum est in duas partes. 3. Terra mota est. 4. Petre  
Luc. 23. scisse sunt. 5. Monumenta aperta sunt. Primum Prodigium Dionys.  
Areopag.  
Apollophanes.  
Phlegon.  
S. Lucia.  
ap. Drex.  
in Cbri.  
morien P.  
2. c. 10.  
g. 1. 85.  
spond. an.  
Cbri. 34.  
Plut. To. 1.  
Morali. n.  
29. de o-  
rac. Def.  
& aqua? De aqua illud memorandum refert Plutarchus  
Scriptor Ethnicus. Cum Epitherses Æmiliani Rhetoris  
pater juxta Echinadas navigaret; ab insula Paxis sub ve-sperum à navigantibus audita est vox quæ ter Thamum eius navis gubernatorem inclamabat, monens: Ubi ad Palodes veneris annuntia magnum Panem esse mortuum. Thamus cum ad Palodes ventum esset è puppi versus terram prospexit, & quod inaudierat dixit: Mortuus est Magnus Pan. Vix conticuerat, cum gemitus magnus exauditus est,

est, non unius, sed multorum admiratione mixtus : cuius rei fama, ut fieri solet cum evenit aliquid multis testibus præsentibus, Romæ didita Tiberium Augustum impulit, ut de Pane illo diligenter inquireret. Latinâ linguâ Panis significatum novimus, & quis de se dixerit. *Ego sum panis vi-vus*, omnes scimus. Græcâ linguâ *Pan* designat *omnia*. Illum quoque agnoscimus qui est *omnia in omnibus*. Slavica lingua *Pan est Dominus*, & is qui mortuus est sub Tyberio Dominus universorum est. *Mortuus est Magnus Pan*. Nihil dubitem etiam in igne tunc accidisse prodigia, quæ ab Evangelistis non sunt consignata : Credo magno Papæ Leoni : *Crucis clavos omnia simul eleminta senserunt*. Quæ si velim singula persequi, metuo ne turbato mundo, meus etiam sermo perturbetur. Unum ergo vobis hodie ob oculos statuam prodigium lucis mundo erectæ, & horribilium tenebrarum, ex quibus documenta animis nostris salutaria proponam.

II. *Tenebre factæ sunt super universam terram*. De his tenebris varia est tam Patrum quam aliorum scriptorum opinio. Fuerunt qui dicent (ut est apud Origenem & D. Hieronymum) tenebras illas ortas ex naturali solis eclipsi, quos tamen longe recessisse a vero convincit Astrologorum scientia, quibus compertum est solis eclipsim inæqualitate cursus naturalis astrorum fieri, nec posse accidere nisi Luna novâ. Tunc autem cum esset Pascha Iudeorum necessarium fuit ut esset Luna plena. Unde qui huic opinioni subscriperunt, cum vellent miraculo fidem adimere, suam mundo testati sunt ignorantiam. Alij tradiderunt hanc obtenebrationem fuisse quidem veram eclipsim per suppositionem Lunæ ad solem, sed supernaturalem. Cum enim Luna a sole dimidiâ cœli parte distaret, ut solet cum plena est; jubente Deo, retrocessit, & ad solis locum rediit eumque obscuravit, quemadmodum sol recessit sub Ezechia Rege. Et hæc *Izai. 38.* fuit mens Origenis & Dionysij Areopagitæ qui eam spe- *Orig. cit.* *Dionys.* etavit

*Areop. Ep. ad Poly-* stavit cum Apollophane familiari suo in Ægypto, unde & pronuntiasse fertur: *Vel author nature patitur, vel mundus interibit.* Aliis placuit dicere, fuisse obscurationem solis per interpositionem nubium densarum, quemadmodum olim in Ægypto per nebulas. Ita sensit Origenes & videntur idem probasse Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius. Mihi à verbis Evangelistæ recedere non libet. Lucas enim utrumque afferuit, & tenebras factas, & solem obscuratum id est, ut reor, eclipsatum. Ut cunque verò se res habuerit, miraculosas fuisse tenebras facta oportet, & magna in illis abscondita mysteria.

## III. Non quæro in his tenebris lumina ingeniosi

*Juglar. Elog. 75.* Juglaris, & acuta missilia, qui ait: *Noctem banc ne somno natam putares Corpora quæ dormierant surrexerunt.* Peracta Tragœdiâ suâ Deus lumina subtrahit, non ultra spectatoribus profutura. Atratus coram Iudice suo trepidat Mundus, & orbatu luminibus, quibus tam male viderat lumen suum, tandem perduellionis reus capite plectitur. Solem nostrum hodie primum tenebre comprebenderunt. Mirare modestiam funeris, in quo nec publicas quidem cœli faces admisit. Morum doctrinas consecutor. S. Hieronymus solem obscuratum existimat in scleris Iudaici detestationem. *Videtur inquit, mihi clarissimum lumen mundi, hoc est luminare majus, retraxisse radios suos, ne aut pendente videret Deum hominem, aut impij blasphemantes suâ luce fruerentur.* Eodem penè sensu, at nervosius S.

*S. Leo ser. 10. de pass.* Leo Iudæos alloquens: *His vocibus vestris stultis, atque blasphemis reddunt omnia elementa responsum, & unam in vos sententiam ferunt: Cœlum, terra, sol, syderaque indignos vos suo ministerio protestantur: terribili motu insolitoque defectu tenebras mundo vestrae cœcitatatis ostendunt.* Alibi idem sanctus lu-

*S. Leo ser. 6 de pass. S. Cyril. Hierosol. Cateches. com. 13.* Etum & dolorem universæ creaturæ per has tenebras designatum docet, cum ait: *Debebat hoc testimonium suo mundus auctori, ut in occasu conditoris sui, vellent universa finiri.* Taceo quod D. Cyrilus Hierosolymitanus dixerit, obscuratum solem ut significaret Christum justitiæ solem occupuisse,

buisse, quod olim Amos prædixerat : *In illa die, dicit Dominus, occidetur sol in meridie.* Amos. 8.  
v. 9.

I. V. Subit hic memoriam Tamerlanes orbis terror,  
Scytha, ex latrone factus Orientis Imperator, qui Bajezethem Turcarum Sultanum ab obsidione Constantino-polis removit, captum aureis ligavit catenis, & in ferrea cavea circumduxit. Hic in recuperandis urbibus eam rationem tenuit, ut primo obsidionis die ante civium oculos candidum erigeret tentorium, pacis signum si urbs dederetur; altero rubrum, quo innuebat ni cives se dererent sanguinem eorum fundendum; tertio nigrum, quo omnia ferro & flammâ delenda & in cineres redigenda minabatur. Dei Filius Mundum à servitute demonis vindicaturus pro tribus tentoriis, usus est triplici veste, qua se nobis spectabilem exhibuit. In aula Herodis assumpsit vestem candidam ut Princeps pacis invitans peccatores ad reconciliationem: in prætorio Pilati adhibuit vestem purpuream totus amorem spirans, imò flagellis concisus & sanguine suo purpuratus ipsum expressit amorem: unde canit Poëta:

*Cernis ut in toto corpore sculptus amor?*

Denique in cruce nudatus omnibus vestimentis tenebris se involuit. Videtis ejus effigies à Dominica Patrionis hucusque velatas obscuro velo: causam mecum inquirite, quam verba Evangelii ejusdem Dominicæ videntur innuere. *JESUS autem abscondit se.*

Ioann. 8.

V. Mirum! quomodo se abscondat nuda veritas, quæ omnia velamenta repudiat, quæ manifestari desiderat? *Nihil veritas erubescit, nisi solummodo abscondi.* Inquit Tertullianus. Mirum quomodo innocentia lucem fugiat? *qui male agit odit lucem.* Ait hic securè dicit: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Memini quod de ipso pronuntiaverit sponsa in Canticis: *En ipse stat post parietem nostrum.* Quia scilicet ut loquitur Ambrosius: *vult pertentare sensus amantis.* Quod Sacra Peregrinatio.

Tertull. li.

3. adv.

Valent.

Ioann. 3.

v. 20.

12.

Cant. 2.

2.

S. Ambrof.

ser. 6. m.

etiam

Psal. 118.

*Izai. 54.*

etiam Propheta in persona Dei loquens innuit : *In modo dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te.* Sic dereliquit ad modicum S. Antonium , qui superatis temptationibus dæmonis aiebat ad Christum sibi apparentem : *Ubi eras Domine IESU? & responsum audijt : Apud te fui Antonii tue spectator virtutis. Verè tu es Deus absconditus.* Sed iam tempus non est amatorij lufus : cum omnia plena lamentis. Unde nec illud credo subesse caufæ quod amantissimus animarum nostrarum Salvator se abscondere voluerit eorum more , qui per mutuam absentiam augmentum amoris quærunt :

*Ovid. Metam.*

*Votum in amante novum cupimus quod amamus abesse*  
Canit Poëta. Sic Matres jocantur cum filiis & se abscondunt, ut iterum visæ filios magis exhilarent.

*Tibull. lib. 2. Eleg.*

*V. I. JESUS autem abscondit se. Coecum amorem & velatis oculis repræsentant Poëtæ, quia scilicet ut canit Tibullus :*

*I. 4. S. Brigit. Revel. lib. 7. c. 19.*

*- - - non videt ullus amans.*  
*Amor est Servator noster, hinc ad S. Brigittam dicebat : Ego sum amor, quidquid facio, facio ex amore. Sed discernendus est terrenus amor ab amore cœlesti, ille cœucus, hic videns, ille velatus, hic revelatus, de quo Richardus Victorinus : Amor oculus est, & amare videre est. Amorem nihilominus te agnoscimus bone IESU vel maximè in Cruce , & exclamamus cum dilecta tua Agnete ordinis*

*Barry. in Fav. IESU.*

*Minimorum. JESUS amor meus crucifixus est. Statuimus pro septimæ Stationis columnæ cor nostrum & hoc ipsum lemma ei inscribimus : JESUS amor meus crucifixus est : Agnoscimus hunc indeficientem amorem , quem testatus*

*S. Brigit. Revel. loc. co cit.*

*es D. Brigittæ : Charitas ita incomprehensibilis & intensa in me est, sicut erat in tempore passionis meæ , quando per mortem meam ex nimia charitate liberaavi de inferno omnes electos. Et si adhuc possibile esset, quod ego toties morerer, quot sunt anime in inferno, ita quod pro qualibet earum talem mortem iterum sustinerem, quam tunc pro omnibus sustinui , adhuc corpus meum paratum esset subire*

subire hæc omnia cum libenti voluntate, & perfidissima charitate. Verum hoc ipsum erat quod potius tenebras ab orbe prescribere debuit, quam eas inducere super universam terram, ut constaret quanto in nos amore flagrares, quia si amor ignis est, etiam absconditus ignis conatur erumpere.

VII I. JESUS autem abscondit se. Fortè voluit innuere, quod tenebris imperatum fuerit ut pudicissimum Dei Filium denudatum, & spectantium sceleratorum oculis expositum obvelarent. Nam ut ipse queritur apud Psalmum: *Confusio faciei meæ cooperuit me.* Sed nunquid hanc ignominiam, hanc confusionem, hoc ludibrium sponte suâ suscepit? *Oblatus est, quia ipse voluit,* nudatus est; quia ipse voluit, confusus est, quia ipse voluit, ludibrio habitus est, quia ipse voluit. Quid incassum per ambages veniamur causam tam horribilium tenebrarum in morte Filij Dei? nescimus quare mortuus sit Filius Dei? Inspicie arcana cordis vestri, scrutamini Ierusalem in lucernis, excutite conscientias vestras.

VIII I. JESUS autem abscondit se. Ah! causam cœcati mundi, ereptæ lucis in morte benedicti Domini Iesu, causam cur velentur crucifixi effigies per binas ferè hebdomadas insinuat Propheta cum ait: *Iniquitates vestre diuisierunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem ejus.* Et Psalmista de se, imo de omnibus loquens peccatoribus: *Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut viderem.* Hæc illa caligo, hæc illa eclipsis, hæc tenebræ illæ Cimmeriæ, quæ factæ sunt super universam terram, quæ solem nobis eripuerunt. Traditæ Urbe Capuâ Annibali; post Senatusconsultum egressus curiâ Poenius, in templo Magistratus consedit, ut narrat Livius, & Decium Magium civitatis Principem ante personas statutum causam dicere jussit. Qui cum manente fetociâ animi negaret lege foederis id cogi posse: tum injæcatenæ, & ante lictorem duci in castra est jussus.

Psal. 43.

Ios. 59.

Psal. 39.  
v. 13.

Liv. Dec.

3. lib. 23.

Concionabundus incessit ad circumfusam undique multitudinem vociferans : Habetis eam libertatem Campani, quam petistis : foro medio, luce clarâ, videntibus vobis, nulli campanorum secundus vincitus ad mortem rapior. Ite obviam Annibali, exornate urbem, diemque adventus eius consecrate, ut hunc triumphum de cive vestro spectetis. Hæc eo vociferante cum moveri vulgus videretur, *ob-volutum caput est, ocyusque rapi extra portam jussus.* Sic prorsus nos ingrati egimus cum Principe nostro, cum Servatore nostro, cui *ob-volutum caput est, ocyusque rapi extra portam jussus :* & immolatus extra castra.

*Hebr. 13.  
v. 1.*

Unde Paulus monebat. *Exeamus igitur ad eum extra castra, improprium ejus portantes.* Qui abscondimus vultum ejus, qui peccatis nostris solem ē mundo sustulimus.

*S. Basil.  
hom. 24.  
de legend.  
lib. gentil.*

I X. Socrates olim teste S. Basilio, cum quidam vehementi impetu faciem ejus cæcidisset, minimè comotus furentem debacchari, & iram satiare permisit, donec ab improbo percussore totus lividus & contusus redderetur. Ubi verò ille cædendo destituit, nihil aliud fecisse dicitur Socrates, quam fronti propriæ inscripsisse : *Talis fecit*, velut statuæ cuidam authoris nomen. Quis Christum sanguine, livore, vulneribus deformavit? quis eum in Cruce suspendit, cum quasi innocens agnus coram tondente se obmutesceret? Peccator utique. Hinc illo exspirante cæli atramento inscribitur Cruci infelix lemma : *Peccator fecit.* Ah peccatores : *Peccata vestra absconderunt faciem ejus.* Pudet, pudet illum ingratitudinis nostræ, qua iterum iterumque illum quotidie crucifigimus. Hinc de nobis lamentatur Paulus : *Rursum crucifigentes sibi meti ipsi filium Dei ostentui habentes.* S. Mechtil  
*cifigentes sibi meti ipsi filium Dei ostentui habentes.* S. Mechtil  
*dixisse fertur Christus : Quoties peccator perseverat in peccato, toties me extendit & affigit in Cruce.* S. Luitgardi  
*apparens Mater Dei tota tristis & illacrymans ; & causam interrogata respondit : Quia heretici & improbi Chri-*

*Hebr. 6.  
S. Mechtil  
lib. 4. c. 52*

*ad 16. Jun. stiani sceleribus suis rursum filium meum crucifigunt.* S. Brigitæ cum

cum audisset quodam die concionem de cruciatibus Christi, nocte sequenti apparuit ipse Christus totus sanguine perfusus, & eā specie qua olim Crucis affixus fuerat, ita alloquens Brigittam : *Intuere vulnera mea.* Ad quod spectaculum Brigitta illacrymans : *Heu mi Domine, unde tibi modo hæc vulnera?* cui protinus ille : *Ita me etiamnum vulnerant charitatis meæ contemptores.* S. Coleta quæ collapsam D. Claræ disciplinam restituit, cum aliquando pro peccatoribus preces funderet ad Beatissimam Virginem: vidi adstantem sibi Dei Matrem cum lance carnis quasi infantis recens occisi frustis plena, & dicentem audijt: *Qui vis ut pro illis intercedam, qui peccatis suis filium meum, quantum quidem ipsi possunt, ita ut hic vides in frusta discerpuntur.* Denique investigemus causam quamcumque volumus obscurati solis, obtenebrati mundi; eo postremum devinemus ut dicere oporteat: *Tenebrae factæ sunt super universam terram, quia peccata nostra absconderunt faciem ejus.*

Sur. 23.  
Jut.Idem Sur.  
To. 7.

X. Quid adhuc vos peccatores? tacetis? feriamini? obdurescitis? adhuc perseveratis in peccatis? adhuc pergitis Deum crucifigere? *Turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant que siebant percutientes pectora sua revertebantur,* ait Evangelista. Et nos hærebimus in peccatis, imò peccandi propositis? O corda rupibus duriora! Moriente Christo scinduntur petræ, & non rumpuntur corda peccatorum! resurgunt mortui, & non resurgent peccatores! Obtenebratur cœlum, & non exhorrescunt animæ peccatrices? contremiscit terra, & non commoventur corda nostra! Ah ponamus nobis ob oculos Christum mortuum pendentem in Cruce, & alloquamur Patrem æternum. Pater *Respice in faciem Christi tui.* Ecce figuram tuam deformatam, imaginem tuam inhonoratam: Ecce satisfactionem rigorosæ justitiæ, solutionem pro peccatis nostris. Alloquamur matrem mœstissimam sub cruce stantem. Mater dolorosa. *Respice in faciem Christi tui.* Ecce quam male illum tractavit nostri

amor ! quam crudelia vulnera illi pietas infixit ! quam immisericorditer eum extinxit misericordia ! Et tu peccator *Respite in faciem Christi tui*, tui amoris , tui JESU, tui Dei, qui pro te clavis affixus in Cruce moritur. Quid amplius potuit tibi præstare ? & voles eum adhuc novis peccatis crucifigere ? Pientissime , misericordissime JESU ego peccator, ego sum qui te crucifixi, qui sacratissimum corpus tuum dilaceravi, cruentavi, illusi , denu-davi, qui tibi vitam eripui. *Miserere*. Ego sum ovis illa perdita, sed tu pastor bonus totus amor, totus pietas, totus misericordia Miserere oviculae tuæ , & reduc eam ē deserto peccatorum ad tuæ divinæ gratiæ ovile. Ego sum prodigus ille filius , qui prodegi substantiam meam, revertor ad patrem, & ruo in amplexum sanctissimæ crucis tuæ, exclamans. *Peccavi in cœlum & coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus*. Respite in me & miserere mei & omnium præsentium peccatorum, qui prostrati in terram ad sacratissimos tuos pedes procumbunt, ac dolent de peccatis præteritis , promittunt emendationem in futurum , qui compatiuntur tuis doloribus ; gratias agunt tuo amori ; ex toto corde clamant

*Miserere*. Eia peccatores amplexemur Crucifixi pedes : *Dicamus cum sponsa*, ut loquitur Bernardus, *Tenui eam , nec ferim. in dimittam* : *Dicamus cum Patriarcha* : *Non dimittam te nisi benedixeris mibi*. Quid aliud restat nisi ut recipiamus gratiam tuam, amplexamur pedes tuos , deosculamur vulnera tua, exspectamus benedictionem tuam. *Quid enim superest nisi benedictio ? quid post amplexum nisi osculum datur* , ait iterum Bernardus. Non possum vobis benedicere respondet Christus , sum acclavatus . resolvite manus qui non serio pœnitentis, qui externâ voce inclamatis veniam, internè adhuc obstinati manetis in peccatis. Multi sunt qui gemunt & non dolent, percutiunt pectus, & cor eorum non commovetur, vultu ad me convertuntur, cogitationibus alio evagantur. Ah JESU multi tamen pœnitent

*S. Bernar.*  
serm. in  
fer. 4.  
beb. pœ-  
noſæ.

nitent ex toto corde, largire his benedictionem, illis vero ut serio convertantur misericordiam. *Miserere:*

\*\*\*\*\*

# CONSIDERATIO XIV.

*Pro Feria III. Hebdomadæ pœnose.*

## TESTAMENTUM.

### THEMA.

*Dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis. Eph. 5.*

### SYNOPSIS.

- I. In condendis testamentis magna sepe eluet vanitas, & insania. Christus in Cruce pendens melius condere docuit.
- II. Nullum in mundo genu hominum est, cui non aliquid in Cruce legaverit, singulariter abundantem.
- III. Persecutionem Apostolis, quā illi coronati sunt.
- IV. Iudeis corpus ad crucifigendum, & orationis effectum ad veniam.
- V. Patri spiritum à quo accepérat, sed & nos simili apud Patrem depositi.
- VI. Matri Paranyphum & viceversa Paranyphum Matri, in quo & nos Marie commendati, & eam nati sumus adjutricem Redēptionis.
- VII. Latroni Paradisum. Primi nominantur in testamento peccatores.
- VIII. Peccatoribus infernum impenitentibus, & penitentibus orationis effectum: quos omnes excusat per ignorantiam, cum tamen viderent miracula, sed abscondebat amor delicta.
- IX. Christianis penitentibus Crucem, que dominum est instar omnium donorum, & immensus thesaurus.
- X. Denique toti mundo seipsum, traditus à Patre eterno, traditus à se, à Iuda, à Iudeis, à Pilato, à nobis: pro quo dono & legato ne sumus integrati Crucem amplexari, eamque portare debemus in corde, ore, animis, corpore toto.

*Dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Ephes. 5.*

## I.

*Drex.**Prodr cap.  
l. 9. 16.*

Uanta sæpenumero in condendis testamen-  
ti tabulis cum fatalis appropinquat hora  
apud mortales intercurrat vanitas, ambi-  
tio, profusio; addam etiam, impietas;  
plena sunt veterum, & recentiorum volu-  
mina, ut in unum collecta facile Tomos  
plures explere possent. Ludovicus Cortusius Patavinus  
Iureconsultus, qui Anno 1418. Diem obiit, lacrymas  
testamento omnibus interdixit, voluitque adesse funeri  
suo omnis generis musicos aulædos, & citharædos, qui  
una cum candidato clero funeris pompam partim præ-  
irent numero quinquaginta, partim subsequerentur. Sin-  
gulis dimidium aureum dari præcepit. Feretrum porta-  
ri voluit à duodecim innuptis puellis, quæ prasina aut  
viridi veste induitæ altâ voce cantarent quidquid lætitia  
suggereret. Harum Virginum singulis certa pecunia dotis  
loco destinata. Centum funalia adhibita; præibat omnis  
**Clerus**, & totius urbis Monachi: ijs tantum exclusis, qui  
nigro habitu uterentur: hos enim testamento arcuita  
suo funere, ne publicam hilaritatem atris cucullis fune-  
starent. Sexennio post Cortusium peste correptus Ziska  
Bohemus notæ improbitatis Miles, & jamiam moriturus  
testamento legavit pellem suam tympano, carnes volu-  
cribus, simulque suis præcepit ne templis & Monasterijs  
parcerent. Fœmina fuit quæ feli suæ testamento legavit  
Imperiales quingentos, ut ei quoad viveret largus cibus  
suppeditaretur. Illustris fœnerator morti proximus No-  
tario, & testibus accitis testamentum his verbis conce-  
pit: Corpus meum reddatur terræ è qua sumptum est.  
Anima vero detur dæmonibus. Iisdem debetur anima  
uxoris meæ, & filiorum, qui ut haberent, quod in uestes,  
epulas, luxum infumerent, in fœnus tam varium me im-  
pulerunt. Iisdem debetur anima Confessarij mei, qui suo  
silentio improbitatem meam animavit. Dixit, & efflavit

*Guarinon.  
lib. 2. A. o-  
minand.**c. 31.**Hist. de  
vir. Illust.  
Cisterc.  
Ord.*

animam. Apud hæc magnæ vanitatis, ambitionis & insaniæ portenta. Testamentum condere docuit in Cruce pendens priusquam exspiraret Servator meus. Vultis illud percipere? Attendite.

II. Considerans in spiritu Isaías Propheta Deum hominem in Cruce pendentem, exclamat: *A planta pedis Iisi. 1. v. 6. usque ad verticem non est in eo sanitas; vulnus & livor, & plaga tumens.* Omnia membra, inquit, crudeliter vulnerata, fauciata, dilacerata sunt: caput spinis cruentatum, oculi pleni sputis & lacrymis, aures sanguine oppletæ, genæ colaphis lividæ, pectus & dorsum flagellis concisum, manus & pedes perforati, os aceto, & felle amaricatum, totum corpus disceptum. Nihilne penitus mihi Propheta invenis quod illæsum permanserit. Nihil inquit; *a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas!* Etiam lingua? plena est amaritudine, non tamen vulnerata. Causam assignat S. Vincentius Ferrerius: *Nihil permanebat illæsum in suo benedicto corpore nisi lingua, que pro peccatoribus & latrone in Cruce oraret, & testamentum ficeret.* Quale vero testamentum? Audiamus S. Ambrosium: *Auctor pietatis in S. Ambros. Cruce pendens testamentum condidit, singulis opera pietatis distri- ap. S. Bern- buens: Apostolis nardin. persecutionem: Iudeis corpus: Patri spiritum; fer. de pas- Matri Paraclypnum; latroni Paradisum, peccatoribus infer- sio. à 3. p. 2. num; Christianis pœnitentibus Crucem.* Sed S. Bernardus Christum alloquens inquit: *Crucifixoribus tuis orationis effectum, in Pa- latroni Paradisum, Matri filium, filio Matrem, mortuis vitam, rasce. manibus Patris animam tuam, toti mundo signa potentie tue cap. 4. Le- contulisti. Pro redimendo servo non ex parte sed totum sanguinum, pass. c. 10. ex multis & largis foraminibus effudisti, proditori tuo redi- tus sui pœnam, terre corpus non corrumpendum, sed ad tempus reddidisti.* Adeo nullum genus hominum in mundo fuit, qui non meminisset. Querulæ sœpè sunt hominum voces, cum dives moritur, *nibi legavit nihil:* Alius consanguinitatis gradum, aliis affinitatis, aliis amicitiae, aliis promissi, aliis servitij præstigi, aliis alium titulum

prætextit. Solus IESUS testamentum condidit omnibus legando ex congruo & superabundanti.

III. *Apostolis persecutionem.* Ingens donum si rectè ex-

*Psalm. 59.* pendas. Psaltes Regius tribulationem & persecutionem

*Hugo de S.* vocat : *Moab olla spei meæ.* In quem locum *Hugo Caren sis:*

*Caro. in Psalm.* *Hec olla est succensio, seu inflammatio spei meæ,* quia sicut dicit

*Gregorius :* tanto spes in Deo solidior surgit, quanto quis gravio-

*Cbrysof.* *ra pro eo sustinuit.* In eum sensum etiam dicebat Chrysostomus :

*Ea est afflictionis natura, ut eos qui eam placido ac stre-*

*novo animo ferunt, rebus acerbis superiores, ac diaboli telis subli-*

*miores reddat.* Et assumpta ab arboribus allegoria thema

prosequitur : *Siquidem & arbores que in umbris aluntur, majo-*

*rem mollitiem contrahunt, atque ad fructuum procreationem minus*

*commodæ redduntur ; que autem aëris inconstantiam experiuntur*

*ac ventorum impetus, ardentesque solis radios excipiunt, plus ro-*

*boris hinc colligunt, & foliis abundant, & fructuum copiâ curvan-*

*tur.* Hæc ille : à quibus non abludit discursus S. Grego-

*S. Greg.* *Nazianz.* *orat. in Max.* rii Nazianzeni, qui ait : *Est quædam in fabulis planta, que ex-*

*cisa floret, & ad versus ferrum certat, morte vi-vit, & sectione*

*pullulat & cum absunitur crescit.* Mibi vero huiusmodi quiddam

*videtur esse vir Philosophicâ mente præditus : afflictionibus enim*

*inclarescit, ac vitae molestias virtutis segetem existimat, contra-*

*rijsque rebus ornatur.* Appende libellæ considerationis

hanc vocem : *ornatur, & compone si libet cum dicto S.*

*S. Ambros.* *Ambrosij :* *Ut vinea dum ligatur, & recisa non minuitur sed*

*augetur : ita sancta plebs dum ligatur exstruitur, dum humiliatur*

*attollitur, dum reciditur coronatur.* Hoc est quod aiebat Isaias :

*B. Amedæ.* *Coronans coronabit te tribulatione, ad quod alludens B. Ame-*

*bom. 5. de laud. Virg.* *dæus, cum de Virgine Deipara Christum in passione co-*

*mitante loqueretur : Cernebat, inquit, verum Salomonem*

*mater ejus in diadema, quo corona vit eum noverca synagoga, &*

*ipsa coronata coronâ tribulationis.* Idem dixeris de SS. Apostolis,

*quos persecutio coronavit.* Nihil potuit præstan-

*tius legare Apostolis suis Christus, quam hanc coronam,*

*de qua gloriabatur in persecutionibus Paulus : Bonum*

*certa*

*certamen certavi Sc. In reliquo reposita est mihi corona justitiae, 2. ad Tim. quam reddit mibi Dominus.*

4. v. 8.

Isai. 50.

v. 6.

**IV. Iudeis corpus.** Id per Prophetam testatus est. *Corpus meum dedi persecutientibus, & genas meas vellentibus.* Hoc unum optabant, qui consilium inierant, *ut eum dolo tenerent, & occiderent.* Occiderunt quidem nostro bono, sed suo damno. Et ne quid deesset illorum desiderio, cum clamaverint: *Sanguis ejus super nos & super filios nostros: adhuc sanguinis innocentis effusionem sentiunt, adhuc pœnas pendunt suæ crudelitatis.* Sed idem corpus etiam ad tempus ut Bernardus loquitur, testator legavit terræ non corrumpendum. Non inquirite amplius Iureconsulti, an eiusdem rei Dominum esse possit in solidum penes duos. Iudæis & terræ ad tempus legavit corpus suum Salvator mundi.

**V. Patri Spiritur.** A quo eum acceperat. Testamenti lex est, solutis debitibus disponere de coeteris. Debebat Patri plurimum. Plus dare non potuit, quām deaderit restituendo quod acceperat. *Reverâ fratres filium se esse nescit, qui authorem vitæ suæ non obsequijs placat, non devincit cultu, muneribus non honorat.* Inquit S. Petrus Chrysologus. Sed hæc ipsa donatio in nostram transiit utilitatem ut fidejubet S. Athanasius: *Cum in Cruce dicit Pater in manus tuas commendo spiritum meum, in eo omnes homines apud Patrem deponit ac commendat per ipsum & in ipso vivificandos: membra enim sumus, & membra ista multa unum corpus sunt, quod ipsum Ecclesia est.* Gratias tibi bone I E S U, qui etiam me Patri tuo commendare voluisti. In manibus eius fortes meæ, fortuna & felicitas mea. Satis commendatus est, quem tu commendas.

**VI. Matri Paranyphum.** Imò nos omnes ceu filios consignavit, ut esset *primogenitus in multis fratribus*, quin & viceversa *Matrem Paranypho.* Nam ut loquitur Guericus Abbas: *Cum dilexisset eam JESUS, in finem dilexit eam, ut non solum propter ipsam finem vivendi, verum & in ipsam finem.*

Gueric.

Abb. ser. 4.

de Assumpt.

nem penè faceret loquendi : dum velut inter ultima verba testamenti curam Matris, cuius debitorem se cognoscebat, charissimo transcribit hæredi. Antiquo Romanorum jure concessum erat viduis, ut quæ filium unicum in bello amisisset, alium quemvis adoptare posset. Sic Mariæ filius discessus est mundo jus adoptionis Matri concedit : *Ecce filius tuus*, ad quæ Augustinus : *ut homo Matri de qua natus fuerat, & quam relinquebat, alterum pro se quodammodo filium prævidebat*. Imò in Joanne nos quoque filios Mariæ constituit. Facta enim illa est in Joanne Mater omnium, eique non tantum Joannis, sed & omnium fidelium salus commendata : Multò potiori jure tunc dicere potuit, quām

*ad Gal. 4. Apostolus : Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur v. 19.*  
*Ribard. de S. Vito. li. 1. c. 5.*  
*S. Anton. in 4. p. tit. 15. c. 2.*  
*Aruold. Carnot. de laud. Virg. Alb. Mag. sup. missus ej.*

*Christus in vobis.* Unde Richardus Victorinus alloquens Christum aiebat : *Sicut tu salutem humani generis in Cruce situisti, sic & ipsa situit.* *Stabat enim juxta Crucem; non ut dolores Filii consideraret, sed ut salutem humani generis exspectaret.* Clarius in rem nostram S. Antoninus : *Sicut Christus nos genuit in Cruce patiendo : ita Maria nos genuit & perperit in maximis doloribus compatiendo.* Clarissime verò Arnoldus Carnotensis : *Omnino tunc erat una Christi & Marie voluntas, unumque holocaustum.* Ambo pariter offerebant : *hæc in sanguine cordis, hic in sanguine carnis ; unde communem in munere salute cum illo effectum obtinuit.* Et hoc sensu dicebat Albertus Magnus : *Hoc Privilegium solum attribuitur Mariae, quando ipsa est adjutrix redemptionis.* Felices nos tali adjuatrice !

**VII. Latroni Paradisum.** Degeneres filii meritò ex-hæredantur à Patre : quæ fortuna hujus latronis, quod penè primus nominatur in testamento ? certè primo illi promittitur Paradisus. Nempe *venit Filius hominis querere & salvum facere quod perierat.* Jacebat sub Cruce homo malefactor, & primus omnium prævaricatot, qui Paradiſo ejectus fuit ; prius igitur malefactori portio hæreditatis transcribitur ipſe Paradiſus, quām Matri quām *Filiis dile-*

dilectis, ut constaret humanæ redemptionis opus suscep-  
ptum pro peccatoribus consummari in Cruce. Sed ne  
nisi pœnitentibus patere videretur cœlum, confitetur in  
Cruce latro. Verba S. Cypriani appono : *In cruce latro* S. Cyprian  
ap. de los  
Rios de 2.  
verb.  
Dom.  
*confitens, non tantum indulgentiam meruit, sed Christi familiaris*  
*effectus, præmissus est in Paradisum, & factus est particeps regni*  
*per confessionem, factus collega Martyrij. Adde etiam, pri-*  
*mus crucis & crucifixi cultor, proprio sanguine è fractis*  
*cruribus erumpente baptizatus.*

VIII. *Peccatoribus infernum.* Ut ait Ambrosius nimirum impenitentibus ; sed pœnitentibus, ut ait Bernardus *orationis effectum.* Prima bono JESU cura in cruce de peccatoribus : *Pater ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt :* Laniatur, cæditur, occiditur, & tamen eorum miseretur. O ineffabilem bonitatem & misericordiam ! *Homines desperatè ægrotabant* ( inquit Augustinus ) & ipsa ægritudine ; quā mentes perdiderant etiam medicum cædebant, quin & occidebant : ille autem etiam cum occideretur medicus erat. Illi perditā mente serviebant, & medici sanguinem serviendo fundebant ; ille autem & de ipso sanguine suo ægrotis medicamenta faciebat. Non potuit non exaudiri à misericordiarum Patre, misericors Filius ; quid enim tali Filio talis Pater negaret ? Unde vivificatur Christi sanguine, etiam qui effundit sanguinem Christi, ut Cyprianus loquitur. Et ne de uno aut altero id verificatum existimes, omnibus concessum est tempus, quo consequi possent huius *orationis effectum.* Nam teste S. Hieronymo : *Impetravit quod petierat Christus, multaque statim de Iudeis millia crediderunt ; & usque ad quadrageimum secundum annum datum est tempus pœnitentiae.* Poterat tunc dicere Servator noster quod olim Lycurgus Lacedæmonum Legislator. Huic juvenis quidam insolens oculum eruerat, quem quo vellet modo punire permisit populus. Sed Lycurgus tam gravi iniuriâ tantum non irritatus fuit, ut potius juvenem probis moribus imbuendum curaverit, moratumque in theatrum pro-

S. Aug. ser.  
9. de verb.  
Apost.

S. Cyprian  
de hono  
patient.

S. Hieron.  
Ep. ad.  
Hel.

Plut. in  
Lycurg.

ducens populo ostenderit, adjectis illis verbis : *En quem à vobis iniurium, & violentum accepi, jam frugi & popularem vobis restituo.* Sic meus IESUS quos iniurios & violentos crucifixores habuit, meliores efficit, & pro iniuria bonitatem rependit, & Patri æterno commendat ut ad frumentum reducantur. Sed quo motivo id petit advertite. *Non enim sciunt quid faciunt.* Adeóne rudes erant, adeóne cœci ut Thaumaturgum ignorarent, qui tanta signa fecerit, ut protestetur Joannes, quod si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libros. Et ut cœtera taceam. In horto pridie eos uno verbo in terram prostraverat, Malcho abscissam auriculam restituerat: in crucifixione cœlum obtenebraverat, rupe disjecerat, terram concusserat, quomodo ergo nescire poterant quid facerent? Nempe amor Creatoris in creaturam delicta crucifigentium occultabat, ut velut innocios & peccati expertes excusaret. Chrysologus perpendiculariter prodigum filium receptum à Patre in gratiam, cum observasset Patris in filio vestiendo solitudinem : *Non dixit ( inquit ) unde venis ? fuisti ubi ? ubi sunt quæ tulisti ? quare tantam gloriam tantæ turpitudine commutasisti ? sed citò proferte stolam primam & induite illum.* Mox ad rem nostram subjungit : *Videtis, quia non videt delicta vis amoris.* Et ideo Pater peccata filij redemit osculo, clausit amplexu : ne nudaret Pater Filij crima, Pater Filium ne foedaret. O amantissime IESU, si nescire dicis eos qui sciebant quid facerent, *delicta juventutis mee, & ignorantias meas ne memineris.*

I X. *Christianis paenitentibus crucem.* O quantum thesaurum nobis legat liberalissimus testator noster! O quantum bonum Crux Christi ! Non concedit Deus & donat nisi amatoribus Christi, ut ad augmentum meritorum suorum patiantur pro Christo. Inquit S. Ambrosius alludens ad illa verba Apostoli ad Philippenses. *In nullo terreamini ab adversariis ; quæ illis est causa perditionis, vobis autem salutis & hoc à Deo ; quia vobis donatum est pro Christo ; non solum ut in eum credas.*

*Ioann. 21.  
v. 25.*

*S. Petr.  
Cbrysol.  
Serm. 3.*

*S. Ambros.  
lib. 4. in  
Lucam.  
ad Philipp.  
x. v. 29.*

credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. Hoc dono gloriabatur Paulus, non in sapientia, non in virtute miraculorum, non in dilatatione Evangelij, non in aliis, cum dicebat : *Mibi autem absit gloriari nisi in Cruce.* Quid ita mi Paule ? <sup>ad Gal. 6.</sup> respondeat pro Paulo Augustinus : *Poterat Apostolus glo-* <sup>S. Aug. ser.</sup> *riari in sapientia Christi, poterat in maiestate ; sed dixit in Cru-* <sup>20. de</sup> *ce.* *Ubi mundi Philosophus erubuit, ibi Apostolus thesaurum re-* <sup>Apost.</sup> *perit.* *Ubi humilitas, ibi maiestas ; ubi infirmitas, ibi potestas ;* <sup>Senec. de</sup> *ubi mors ibi vita.* Quod adeò verum est, ut etiam Ethnicius Philosopher id agnoverit. Seneca de providentia : <sup>provid.</sup> *Pati glorie pars est. Militares viri gloriantur vulneribus.* Sed <sup>cap. 4.</sup> melius sanctus Cyrilus Hierosolymitanus dum ait : *Gloriatio Ecclesiae Catholicae est omnis Christi actus, gloriatio vero Cathe-* <sup>S. Cyril.</sup> *gloriationum est Crux.* Meritò gloriari licet de tali dono, <sup>13.</sup> quod collectio quædam est omnis doni. Vis honorem ? Crux est. S. Chrysostomus de Paulo agens : *Illi quidem qui in exercitu honore donati sunt, ornantur ueste pretiosa, aureis torquibus colla subnixi, &c. iste vero ( nimurum Paulus ) categna pro torque circumdatus gestat Crucem.* Vis armaturam ? Crux est. Audi S. Martialem Episcopum : *Crux Domini armatura nostra in via contra Satanam, galea custodiens caput, lorica protegens pectus, clypeus tela maligni repellens, gladius iniquitatem, & angelicas insidias perversè potestatis sibi propinquare nullo modo sinens.* Vis gaudium ? Crux est. Unde Jacobus omne gaudium existimare fratres mei, cum in tentationes varias incideritis & Christus cum gaudio sustinuit Crucem. Notat Hugo Carenfis : *Apud nos peregrini ubi primum vident Monasterium ad quod vadunt, ibi constituant acervum lapidum, & ponunt Cruces, & dicitur mons gaudijs.* Vis solarium i Crux est. Crede]Paulo dicenti : *Placeo mibi in infirmitatibus meis.* Ad quæ aptè Chrysostomus : *Ubi afflictio ibi consolatio. Vis divitias & thesaurum ? Crux est :* S. Ignatius de Loiola conjectus Salmanticæ in carcerem, acceptis litteris consolatoriis à sacratis Deo Virginibus, respondisse fertur : *Miror vos, quibus Crucis Christi mysterium pertractatum esse opor-*

*oportuit, immensos gloriæ thesauros in cruce inclusos ignorare.*  
*Quidquid denique desideraveris Crux erit si patienter*  
*tuleris. Liceat igitur dicere cum Bernardo: O quam mu-*  
*nificus factus es in nuptijs tuis Rex & sponsæ bone JESU! quam*  
*longè omnia, quæ habuisti tradidisti.*

- S.Bernar.* X. Tradidisti inquam traditione amorosa, non tan-  
*ta. de* tum omnia tua, sed & teipsum. Unde loquens de te A-  
*pssio c.10.* postolus: *Dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis.* Sed  
*Ephes. 5.* non tu solus tradidisti: etiam alii tradiderunt de quibus  
*Rom. 8.* Bernardus: *O quanti tradidores tui Domine JESU!* Pater æ-  
*ternus testante Apostolo: *Proprio filio non pepercit, sed pro**  
*Matth. 26.* *nobis omnibus tradidit illum.* Et illo permittente tradidit  
*Judas:* *Qui autem tradidit eum dedit eis signum.* Tradiderunt  
*Judei, qui vinculum adduxerunt, & tradiderunt Pontio Pilato*  
*Marci. 15.* *Præfidi.* Tradidit denique: ipse Pilatus: *Tradidit JESUM*  
*flagellis cæsum, ut crucifigeretur.* Sed tradidit Pater ut te ex-  
*altaret: tradidisti tu ut mundum redimeres: tradidit*  
*Judas ut avaritiam expleret: tradiderunt Judei ut con-*  
*ceptum odium & invidiam effunderent: tradidi ego cum*  
*Juda, cum Judæis, cum Pilato, ut meis effrænatis cupi-  
 ditatibus servirem. O mi JESU! O bonitas infinita! Sa-  
*na animam meam quia peccavi tibi.* Doleo ex toto corde, &  
*si satis non doleo, tu supple dolorem meum dolore tuo:*  
*Et ego ne sim ingratus legatarius amplexabor crucem*  
*Psalm. 115.* *tuam; suspirans cum Propheta: Quid retribuam Domino*  
*pro omnibus que retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam &*  
*nomen Domini in-vocabo.* Patiar ego, moriar ego pro te mi-  
*Spen.bom.* JESU, qui pro me pati & mori dignatus es, patiar affi-  
*salut.c.43.* duâ saltem consideratione acerbissimæ Passionis tuæ,  
*ap.Recupit* imitatus devotam illam animam, quæ cupiens scire  
*de prædest.* fol. 338. quodnam obsequium tibi esset gratissimum, à te Crucem  
*baiulante audiit; non aliud quām tecum crucem por-*  
*tare in corde per crebram recordationem, in ore per de-*  
*votam gratiarum actionem, in auribus per poenarum tur-*  
*arum auditionem, in dorso per carnis assiduam mace-*  
*ratio-**

rationem. Scio enim ut mihi Vicarius quondam tuus in terris S. Leo promittit, quod certa & secura est expectatio *S. Leo Pa.*  
*promissæ beatitudinis, ubi est participatio Dominicæ Passionis.* *de Pafio.*  
 Quare devotâ mente, humili corde, tenero affectu, flexo poplite amplexor sanctam Crucem tuam exclamans cum Petro: *Bonum est nos hic esse, & cum D. Bonaventura: Bo-* *S. Bonav.*  
*num est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula; unum in pedi-* *slim. div.*  
*bus, unum in manibus, aliud in latere, & hic erit requies mea in* *amo, c. 1.*  
*æternum.*

Crux fidelis inter omnes  
 Arbor una nobilis,  
 Dulce ferrum, dulce lignum  
 Dulce pondus sustinens,  
 Sola digna tu fuisti  
 Ferre mundi victimam,  
 Atque portum præparare  
 Arca mundo naufrago.

Sit mihi mi JESU Crux tua (ut cum amatore tuo loquar) *malus naufragantis navicula*, qua feliciter vextus ad *Sandæ. in* salutis portum enavigem. Sit Crux tua *lectulus* meus, *crucif.* *Dec. 2.u.1.* cui ut nidulo Phœnicis affixus, amorisque flammæ consumptus, incineratusque immoriar. Sit tua Crux *Scala Jacob*, qua in Cœlum concendam. Sit *Baculus* viatorius quo Jordanem transeam. Sit *Pedum* pastoritum, quo sensus errabundos in officio retineam. Sit *Pharus* ad quam in procelloso mundi mari inter densas tenbras foedasque tempestates cursum meum dirigam. Sit requies mea in æternum.



# CONSIDERATIO XV.

*Pro Feria IV. Hebdomadae pœnoſæ.*

## SPOLIA.

### THEMA.

*Fortium dividet ſpolia, pro eo quod tradidit in mortem animam ſuam. Iſai 53.*

### SYNOPSIS.

I. *Imago Christi Beniamini cuius benedictio vespere dividet ſpolia, & uomen: accelerat ſpolia detrahere: hec nunc consideranda.*

II. *Fortitudinis exempla admiranda multa ſunt, nullum mirabilius, quam quod tenerrimus ligni vermiculus contingens interficerit, ut Psaltes canit, qui est Christus.*

III. *Hic detraxit fortibus ſpolia: Morti vitam, inferno mortuos, suo Amori cor, quod nobis offert.*

IV. *Mors tunc ſpolia ſua perdidit, quando mortua vita fuit, & nobis qui mortui eramus redditā vita, quam proinde ipſi debemus.*

V. *Vita morte, reſtabat vincendus infernus, velut alter Polypheus cui detracta ſpolia, educti vindicta de lacri, laceratum chirographum debiti nostri.*

VI. *Ad victoriam plurimum confert clamor conſuetus apud veteres, clamore valido nostri victoris territus infernalis Cerberus reddidit viuētos. Clamoris huius Echo ſint*

*nostri affectus, reclamemus ad clamantem.*

VII. *Arma etiam adiuuant fortitudinem: sed unde fortitudo vermiculus? lignum vorat, & molem adificij trahit in ruinam, non fecis ac Samson qui plures mortiens, quam vivus occidit: noster vermiculus Crucis ligni avidus occidit hostes & reanimavit mortuos impetu charitatis moriendo.*

VIII. *Nihil opus, ut de primatu concerterit Darij custodes, uter sapiens dixerit quid sit fortissimum. Omnibus debetur palma, quia fortissimum vinum germinans virgines, fortissimus Rex Iudeorum, fortissima veritas increata, idem sub diversis nominibus.*

IX. *Cuius proinde triumphum describens Habacuc antecessores eius ponit mortem & diabolum cœn devictos, ipsum triumphatorem Cornu Amaltheæ insignem exhibens; id cornu plenum divitias & thesanas.*

**X.** Consummatum est adfiscium sapientie, ultimæ columnæ cruci inscribimus lemma: Felicitas publica: consummata etiam peregrinatio nostra. In ultima statione an-

dimus Consummatum est, seu ita missa est: exspectamus adhuc benedictionem, quam consequuntur de voti cultores Passionis, & Crucis Christi.

*Fortium dividet spolia pro eo quod tradidit in mortem animam suam. Iai 53.*

## I.

**D**e primis Romanæ urbis conditoribus Romulo & Remo, qui lupam nutricem habuerant scribens Livius, ita eorum mores & *Liv. lib. 1.* primam educationem delineat: *Ita geniti, bisi. Rom.* ita educati, cum primum adolescere aetas, nec in stabulis nec in pecora segnes, venando per agrare saltus: hinc robore corporibus animisque sumpto, jam non seras tantum subsistere, sed in latrones predae onustos impetum facere, pastoribusque rapta dividere &c. nutricis videlicet naturam simul cum lacte attraxerant, in ipso juventutis flore ad praedas & spolia assuefacti. Quod mihi in memoriam reducit Patriarchæ Jacob benedictionem, quam postremo filiorum suorum Beniamin est impertitus: *Beniamin lupus Gen. 49.* rapax, manè comedet prædam, vespere dividet spolia. Beniamin ex nomine *Filius dexteræ*, ex elogio Psaltis: *Adolescen- Psal. 67.* *tulus in mentis excessu*, ex Moysis testimonio *amantissimus Do- Deut. 33.* mini, quis alias fuerit, quam Christus Dei Filius, ut placet magno Gregorio, quam Deus homo in mentis excessu *S. Greg. in* consumans opus redemptionis humanæ, de quo prophetavit Isaias: *Fortium dividet spolia, pro eo quod tradidit in Isai. 3.* mortem animam suam, idque sub vitæ vesperam, quia *vesper- Isai. 8. v. 3.* *re dividet spolia.* Cuius nomen idem Isaias expressit: *Vocanomen ejus: Accelerabat spolia detrahere; festina prædari: ad* quæ appositè Irenæus: *Exspoliabat homines auferens igno- Irenæ lib. rantiam ipsorum, suam autem agnitionem eis donans, & disparti- 3. c. 18.* tionem faciens eorum, qui cognoscebant eum quemadmodum Isaias:

voca, inquit, nomen eius, velociter spolia dissipare : hæc sunt opera Christi. Hæc opera fortis nostri spoliatoris nunc considerare, & eius spolia nobis ob oculos statuere sit opus nostrum.

*2. Reg. 23.* II. Facturus fidem dictis suis Psalmes Regius protestatur *Spiritus Domini locutus est per me.* Et adiungit : *Hæc nomina fortium David : jedens in Cathedra sapientissimus Princeps inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus.* Quis non exspectasset Principis fortium comparationem cum turri, cum ingenti Cedro, cum sublimi monte, & nominatur *tenerrimus ligni vermiculus?* Mirandæ fortitudinis & penè fidem superantis exempla passim apud authores præsertim Ethnicos inveniuntur. Hercules monstrorum domitor, Briareus centum manibus à natura donatus, Gigantes qui montes in cœlum jactabant debentur fabulis. Aristomenes Messenius solus trecentos Lacedæmonias occidisse fertur. Arturus Rex Angliæ nongentos hostium solus adortus, incredibili cæde profligavit, ut ait

*Plin. lib.  
21. cap. 37.*

*Gul. Mal-  
mœbius lib.  
1. hist.*

*Angl. c. 1.  
Iudic. 15.*

*v. 16.*

*monas* occidisse fertur. Arturus Rex Angliæ nongentos hostium solus adortus, incredibili cæde profligavit, ut ait

*Malmesburiensis.* De Sampson testatur sacer textus,

*quod mille Philistæos unâ asini mandibulâ interfecerit.*

Sed hi viri fuerunt, ingenti virium ac roboris facultate à Deo donati. Quis verò credat ut vermiculus eâ polleat

fortitudine ut octingentos impetu uno prosternat ? *Tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu uno.*

Inquit David. Stupendi roboris prodigium, prodigiosum

*robur vermiculi ! Petrus Damiani hanc vermiculi ima-*

*ginem ad Christum cuius personam gerebat David sic ac-*

*commendat : David sedet in Cathedra, quia in paternæ Majes-*

*statis gloria constitutus omnia judicat. Ego verò ut admiserim*

*in Davide pariter & tenerrimo ligni vermiculo adumbra-*

*ri Christum, eius Cathedram libentius hoc loco inter-*

*pretabor Crucem cum Augustino, in qua ille consedit,*

*qui de se profitebatur : Ego autem sum vermis & non homo.*

*Et hic tamen sapientissimus Princeps, fortissimus for-*

*tium. Tam abjectus quam esse videtur, tam debilis &*

*enervis,*

*Psal. 21.  
v. 7.*

*v. 10.*

enervis, ac vulneribus confectus, pedibus conculcatus, viribus exhaustus, nihilominus *ostingentes interfecit impetu uno.*

III. Duos heroës fortissimos illi congressos adverto, quos innuit Salomon : *Fortis ut mors dilectio*, accedit tertius dura sicut *infernus & mulatio*. Vicit mortem, vicit infernum, vicit suum et amorem. *Sapientissimus Princeps inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus*. Mortis spolium vita est, inferni spolium mortui sunt, amoris spolium cor est. Hæc omnia spolia tulit fortissimus inter tres de quo dictum *Fortium spolia dividet pro eo quod tradidit in mortem animam suam*. Joannes ait : *tradidit spiritum* : Matthæus emisit spiritum. Lucas & Marcus vero expiravit. Noluerunt scribere mortuus est, quia mors supra illum potestatem non habuit, Nam *Ego pono animam meam &c.* inquit ipse : *Nemo tollit eam à me sed ego pono eam à me ipso*. Hinc aiebat Chrysostomus quod tam fortem athletam aggredi mors non sit ausa : *Cum jam nihil restaret ex pœnis, mors refugit, mors moratur*. Quid ita mihi Chrysostome ? num igitur non morietur ? Ita quidem, sed non ut cœteri hominum : Ex hac morte vita, spolium mortis auferet. *mors refugit, mors moratur* : arma non habet : commutavit pharetrum cum amore. Accedat amor & vulneret ad mortem. Audio Prophetam quasi de Amore loquentem : *Arcum suum tetendit, & paravit illum, & in eo paravit uasa mortis*. Sed etiam huic robusto militi extorquentur spolia. Amoris spolium Cor est. Ecce tibi spolium amoris quod tulit sapientissimus Princeps. *Voluit lancea latus suum aperiri, ut tibi demonstraret quod tibi tradidit cor suum*. Inquit S. Bonaventura.

IV. *Fortium dividet spolia*. Alter fortium Mors est, cuius antagonista vita. Unde canit Ecclesia : *Mors & vita duello conflixere mirando*. Utique mirando, cum facilius est pumice aquam, ex aqua ignem, ex igne gelu elicere, quam est morte vitam ; & tamen *Absorpta est mors in 1. Cor. 15.*

Cant. 8.

Ioan. 10.  
v. 18.

S. Chrysost. ser. 6. de passio.

Psal. 7.

S. Bonavent. sim. amor.

*vidoria*, & ut rursum canit Ecclesia : *Mors mortua tunc est quando mortua vita fuit.* Sublatum est peccatum, quod erat stimulus mortis ut quærat Apostolus *Ubi est mors filius tuus?* S. Augustinus in rem nostram : *Salus vulneratur, vita moritur, occidit ad tempus vitam mors,* ut in perpetuum à vita occideretur mors. Jacebamus universum mortale genus peccato mortui, cadavera prævaricationis

*I. Cor. 15. v. 55.* paternæ : *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum IESUM Christum,* & vivificavit nos per mortem ejus. *Psal. 55. v. 9.* Bone JESU, quam tibi ex afse debeo : *Vitam meam annuntiabo tibi; posuisti lacrymas meas in conspectu tuo:* quas ego effundere debui ; tu in oculos, & genas tuas recepisti ; passus es quod ego pati debuisssem, informe corpus meum reformasti, & lacrymis diluens lutum meum novus Prometheus animasti. *Vitam meam annuntiabo tibi.* Mirabar cum legerem te moriente : *Multa corpora sanctorum, qui dormierant surrexerunt :* Congruum enim videbatur, ut morienti authori vitæ commorerentur omnes qui vitam acceperant, ut patienti capiti compaterentur & reliqua membra, sed quia tunc ego mortuus jacui, jam est *Mors tua vita mea.*

*V. Fortium dividet spolia.* Devictâ morte restabat *Osee. 13. Ravis in effic.* vincendus infernus, sed *morsus tuus ero inferne.* De Ulysse memorant scriptores Ethnici quod sapientissimus juxta & fortissimus fuerit, & ut nonnemo ait : *Laborum patientissimus.* Hic per marinos errores navigans malo navis ut Sirenum cantus evaderet, aures alligavit ; delatus ad Ætnam montem, qui ignes vomit infernalnis barathri five vestibulum, five imago : ibi Cyclopum Principem monoculum Polyphemum confecit, & victor de Cyclo-pibus in patriam rediit. Sapientissimus Princeps noster non aures tantum, sed & manus & pedes alligavit malo crucis, & infernalem Polyphemum aggressus fudit, & otingentos interfecit impetu uno : hinc ille cum suis afflicitis devictus procubuit.

----- jacuitque per antrum  
Immensum -----

Virg. 3.  
Ænid.

quod sub alia imagine commemorans Apocalypticus *Apoc. 20.*  
Theologus ita narrat: *Et vidi Angelum descendentem de cœlo, habentem clavem abyssi* ( hæc est clavis David Crux Christi ) *& catenam magnam in manu sua, Et apprebendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus & sathanas, & ligavit eum per annos mille, & misit eum in abyssum & clausit, & signavit super illum, ut non educat amplius gentes.* O quanta tunc de hoc Cyclope relata spolia: quantæ manubiæ reportatae ! *Sapientissimus Princeps noster eduxit vinculos de lacu,* *Coloff. 20.*  
*delens quod ad versum nos erat chirographum decreti, & affigens illud Crucis, & ex spoliis Principatus & potestates traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso.*

V I. *Fortium dividet spolia.* Plurimum ad victoriam de hostibus conferre clamorem ostendit mos veterum. Unde Leo Imperator suis præcipiebat: *Quando jam manus conserturus es magno cum clamore vocis, & armorum contra hostes contendant, itaque prælium cum hostibus ineant.* Et Josue oppugnante Jericho mandavit Deus: *Conclamabit omnis populus vociferatione maximâ, & muri funditus corruent civitatis:* Quod & factum; nam sequitur in sacro textu: *Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis postquam in aures multitudinis vox sonitusque increpuit, muri illico corruerunt.* Oppugnans infernalia claustra sapientissimus Princeps noster *Clamans voce magnâ exspiravit.* Ad quæ S. Hieronymus: *Nos cum ima voce, vel sine voce morimur, qui de terra sumus: Ille verò cum exaltata voce exspiravit, qui de cælo est.* Et Hugo Cardinalis? *Exclamavit præ dolore magno, in quo est veritas humanitatis, & virtus ostenditur divinitatis,* Quale obsecro divinæ virtutis indicium clamor validus? Respondet Paulus de Palatio: *Clamavit Dominus magnâ voce cum Lazarum à mortis dentibus eripiebat;* quanto majori voce erat clamare necesse, ut fera illa truculentissima, terribili clamore deterrita, infernus inquam vinculos, quos in lacu premebat, liberos esse

Leo, Imp.  
in Tadi c.  
20.n. 188.  
Josue 6.  
v. 5.

Hieron.  
inc. 15.  
Marci.

HugoCar-  
din. in  
Marc.

Paul. de  
Palat. in  
Maith.

esse permetteret. Neque hæc solum clamoris causa : victoriæ sibimet acclamavit fortis amor : unde Bernardus : *Clamat clavus, clamat vulnus, quod in Christo fit Deus reconcilians sibi mundum.* Et S. Laur. Justinianus : *Clament spuma, clavi, lancea, irrisiones, & verbera, ut ipse toto corde, totisque visceribus diligatur, qui pro dilectione nostra talia ac tanta pati dignatus est.* Reverberet hunc clamorem, clamor noster ; fuit Echo clamoris affectus nostri : ipse clamans nos admonet apud Bernardum : *Ad te clamo, qui pro te morior : te exhortor, qui pro te patior : Et cum sit tantus dolor intus & exterior; plus tamen crucior, quod te ingratum experior.* Audis anima mea clamorem validum ? responde illi : mi JESU, ego quoque pro te moriar : ego quoque pro te patiar quod me pati volueris , plus tamen crucior , quod me tibi ingratam experior.

VII. *Fortium dividet spolia.* Militem non tantum robur corporis , sed & arma fortè efficiunt. Sed unde fortitudinem suam habuit noster sapientissimus Princeps, quasi tenerrimus ligni vermiculus ? Inter infirma nihil sanè fortius ligni vermiculo : trabem cui totum superimminet ædificium sensim corredit ac comedit ; frangitur demum trabs & tota moles corruit. Secatur trabs in partes, & vermem authorem ruinæ prodit, parem Samsoni, qui comprehensis columnis quibus imminebat domus, in qua vitulabantur Philistæi , eas confregit : *Et cecidit domus super omnes Principes multoque plures interfecit moriens, quam ante vivus occiderat.* Id doctrinæ sacræ adaptans Galfridus ita ratiocinatur : *Sicut autem ligneum robur sine ferro, & osse tenerrimus penetrat vermiculus, & atterit, sic doctrina sacra, secreta quadam virtute illabitur sensibus auditorum: & rigida corda conterit. &c.* Denique inermis iste vermiculus non efficax fuit ? Sequitur enim quod uno impetu interficerit octingentos ; impetu utique & vehementia ejus, quæ nunquam excidit charitatis. Ego vero potiori jure id acceperim de meo servatore : *Ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, avarus*

S. Bernar.  
apud Car-  
thag. lib.  
10. hom.

II.  
S. Laurent  
Iust. ap  
eumd.

S. Bernar.  
in rythm.  
de passio.

Iudic. 16.  
v. 30.

Galfrid in  
Allegor.  
Tilman.

Crucis, avidus doloris, ut facilius fuitset clavam Herculi, quam ipsi Crucem extorquere. Hac cruce tametsi debilis & infirmus, robore omni & sanguine destitutus ostingentes interfecit, impetu utique & vehementia ejus, quæ nunquam excidit charitatis. Merito proinde exclamat Simon de Cassia : O animata infirmitas ! quæ moriendo reanimavit mortuos ! O beata imbecillitas, quæ præter usum beatificavit & miserias ! O carentia humanae potentiae, quæ omnis supernaturalis potentiae copiam fecit ! O iactura gravis, quæ sic subvenit omnibus iacturis ! Confregit jugum, contrivit infernum, casu suo erexit jacentes, tulitque prædam Tartari, ut canit Ecclesia.

Simon. de  
Cassia. lib.  
15.

VIII. Fortium dividet spolia. Concertarunt aliquando tres juvenes corporis Darii Custodes quis sapientia præcelleret, assumpto themate quid sit omnium fortissimum. *Unus scripsit : Forte est vinum.* *Alius scripsit : Fortior est Rex.* *Tertius scripsit : Fortiores sunt mulieres super omnia autem vincit veritas.* Cumque convenissent omnes Magistratus Persarum & Medorum purpurati, Prætores, & Præfecti, in eorum confessu singuli juvenum disertâ oratione suum thema conati sunt exponere & victoriam reportare. Auditi omnes : tertius cum prætulisset mulierum fortitudinem vini & Regis fortitudini, tandem conclusit appositis argumentis : *Veritas magna & fortior est pre omnibus.* *Benedictus Deus veritatis.* Finierat ille, & illico secutus applausus : *Et omnes populi clamarerunt, & dixerunt : Magna est veritas, & prævalet.* Si mihi concessum est ab hac sapientissima Regij confessus, & totius populi sententia dissentire, dicam omnes tres juvenes Oratores æquam laudem sapientiae meruisse. Dicam fortissimum esse vinum, sed illud quod est *vinum germinans Virgines*, expressum ex Botro Cypri : *Botrus Cypri Dilectus meus,* inquit sponsa : in quem locum Iustus Urgelitanus : *Iudei Christum in modum Botri conculeaverunt, & sub pedibus preserunt.* Dicam fortissimum esse Regem ; sed illum Re-Sacra Peregrinatio

*Ezdr. 3.*

*v. 3.*

*4. n. 35.*

*Iust. Urge-  
bit. in c. 1.  
Cant.*

gem cuius throno titulus appensus est: *JESUS Nazare-nus Rex Iudeorum*. Dicam fortissimam esse veritatem; sed illam quæ de se ipsa profatur: *Ego sum via veritas & vita*: quam viam concularunt impij, quam vitam occiderunt Iudei, quam veritatem falsis testimoniiis oppresserunt sacerdotes. Sic fortitudo in imbecillitate, robur in infirmitate, potentia in abjectione emicuit, & victoriam retulit: cui proinde meritum triumphum decrevit Deus. Nam

*Habacuc.  
3. v. 5.*

*Baëza in  
Evang. li.  
3.c.7.s.5.*

IX. Ut Praedixerat Habacuc: *Ante faciem ejus ibit mors, egredietur diabolus ante pedes ejus*. Ubi præmisit ipsum describens triumphatorem: *Splendor ejus ut lux erit: cornua in manibus ejus, ibi abscondita est fortitudo ejus*. Quasi dicceret, ut nonnemo bellè ratiocinatur: Ecce tibi fortissimum, illustrissimum triumphatorem, cuius splendor lucidissimos siderum superat radios, cuius stemmata nobilissima, ubi fortia & gloria eius facinora latent, in eius sunt manibus. Quæ illa stemmata? *Cornua in manibus ejus*. Quasi nullam melius exprimere posset triumphatoris huius felicitatem. Veteres quippe Imperatores sui felicitatem imperij per cornu Amaltheæ significabant, ut videre est in nummis Antonini Pij. L. septimi. & Vespasiani cum lemmate, *Felicitas temporum, Felicitas publica, &c.* Stemma igitur triumphatoris nostri sunt *Cornua in manibus ejus*, id est ut interpretatur Hesychius: *Bracia Crucis Loure. in Allegor. Orig. in 1. do ejus. Reg. hom. 2.2. Cor. 22. D. Cyprian. lib. 2. cont. Iude.*

*in quibus manus Christi confixa sunt. Ibi abscondita est fortitudo ejus. Divus Cyprianus legit: Ibi constabilita est virtus glorie ejus, & constituit dilectionem validam. Nempe apprehendit cornua Crucis extensis brachiis perforatis, vulneratis, sanguinolentis in amplexum mundi firmum & stabilem. Inspice vulnera pendentis, sanguinem morientis, pretium redimentis. Caput babet inclinatum ad osculandum, cor apertum ad diligendum, bracia extensa ad amplectendum. Hor-tatur Augustinus. Ibi ibi abscondita est fortitudo eius, quia fortis ut mors dilectio. Ibi cornucopiae divitiarum, & thesau-*

*3. Augusti.  
lib. de  
Virgin.*

thesaurorum bonitatis eius, ibi pretium redemptionis nostræ, ibi spolia & manubiæ de hostibus morte & dæmonie reportatæ. Sic triumphat sapientissimus Princeps noster, qui licet sit quasi *tenerrimus ligni vermiculus*, nihilominus *odtingentos interfecit impetu uno*, exspolians Principatus & potestates tenebrarum.

X. Ad terminum sacræ peregrinationis nostræ pervenimus, ædificium domus sapientiæ *Consummatum est*, ut verbo utar fortissimi & sapientissimi nostri Principis. Ultimæ columnæ quæ ipsa est sancta Crux inscribimus: *Felicitas publica*. Nemo nostrum cupit esse infelix, omnes felicitatem ambimus. Crux Christi est felicitas nostra. *Crux est humilium tutio in vita, superborum dejectio, victoria Christi, perditio diaboli, infernorum destrucción, cœlestium confirmatio, mors infidelium, vita iustorum*, ut inquit Cassiodorus, & Rabanus: *Tu sancta Crux peccatorum es remissio, pietatis exhibito, meritorum augmentum, infirmorum remedium, lassorum refugium, sanorum incoluntas, desperatorum securitas, infortunatorum FELICITAS*. Hanc accedamus, & amplectamur toto cordis affectu, huic figamus basia, huic cum Christo configamur ut Paulus, qui de se ajebat: *Christo confixus sum Cruci*. Et altè illud D. Mechtildis demittamus in pectus: *Omnis animæ salus & beatitudo in hoc consistit, ut jam hoc jam illo modo aliquem dolorem, aut molestiam patiatur*. Per hoc enim participabimus de spoliis & manubiis Principis nostri, de cornucopia divitiarum ejus. *Consummatum est ædificium sapientiæ*. *Consummatum est sacrificium eius*. In Cruce dixit consummatum est (verba sunt Carthaginæ) ac si diceret: *Ite missa est*. Quod perinde fuit: *Cum jam completum sit sacrificium, cuius inestimabili valore integrum solutionem pro peccatis generis humani Patri obtuli, nihil mibi restat solvendum eorum, quorum fidejussor factus sum*. Gratias tibi bone IESU triumphator mortis & dæmonis, qui Chirographum obligationis nostræ integro & superabundanti pretio dissolvisti. *Nihil tibi restat solvendum*. Sed cum ad

*Cassiod. in  
Psal. 4.  
Rabon. de  
laud.  
Crucis.*

*S. Mecht.  
grat. spir.  
l. 2. c. 20.*

*Carthago  
lib. II.  
tom. 9.*

nos clamemus *Consummatum est*, quasi dices *Ite missa est*. Ad-huc exspectamus benedictionem. Ecce universus hic fidelium tibi & Passioni tuæ devotorum cœtus procumbit in genua ut illi benedicas. Si manus cruci affixæ sunt *inclinato capite* benedicas. Videtis? *Caput habet inclinatum ad osculandum*, ad dandam nobis suam sanctam benedictionem. Existimate vos audire verba illa amoris plena, quæ quondam elocutus est ad B. Angelam de Fulgineo in mysterijs passionis contemplandis intentam: *Benedicti sitis à Patre meo, qui compatimini meis doloribus. Benedicti, & omnes cœlestes gracie veniant super vos & amatores meorum tormentorum. Ego vos benedico & devoti cultores Crucis meæ. Consummatum est. Ite missa est.*

*Ite in pace.*



# \*\*\*\*\*

# CONSIDERATIO XVI.

*Pro Feria V. In Cœna Domini.*

## MEMORIALE.

### THEMA.

*Convertentur sedentes in umbra ejus; vivent tritico: Memoriale ejus sicut vinum Libani. Oleæ 14.*

### SYNOPSIS.

- I. *Omnes leges vere amicitie implevit Servator noster quoad vixit in mundo: quin & discessurus memoriale nobis reliquit seipsum sub panis & vini speciebus velatum.*
- II. *Defunctorum suorum desideria veteres conviviis & cibi ac vini sumptione leniebant. Sic Christus nobis se in Cibum & potum dedit contristatis de sua absentia singulare solatum.*
- III. *Phocion venenum bibiturus amicos suo concessit, ut prior biberet; sed amicus noster prior biberit, substituens nobis pro calice mortis calicem vite; nec alind a nobis desiderat, quam ut ei memoria ingi Passionis ejus nostros immolemus affectus.*
- IV. *Et hec causa fuit cur sub panis & vini speciebus se nobis dederit, cum hec conteri & premi debeant ut sumi possint,*
- V. *Et quia panis confirmat, vinum letificat, utrumque nobis obtulit ut robur & letitiam nobis conferret, quod in Elia prefiguratum. Hic sub juniperō quasi sub Cruce dormiens nos participantes de corpore Domini ad umbravit.*
- VI. *Paucos amicos habent Politici, Christus vult habere multos, quia citra periculum multiplicantur, qui ad hanc mensam in unum Corpus transenunt, & omnes convertuntur in Christum.*
- VII. *Id denotat panis, qui est multis granis coagmentatur, & viuum quod est multis botri granis eliquatur. Unde mensa Eucaristica est magna amicorum parens.*
- VIII. *Hinc sequitur, quod si unum in hac mensa cum Christo efficimur esse debeat non solum novi Christi, sed & crucifixi.*
- IX. *Procul ergo ab hac mensa delicati & imbellis, qui crucem horrent, qui suis cupiditatibus serviunt, & parant Fortune mensam. Debent ad illam accedere, qui carnem suam cruci-*

crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.

X. Qualis B. Clara de Monte Falco,  
in cuius corde Crucifixus inventus  
cum instrumentis passionis: quales  
alij qui per varias devotiones ad

SS. sacramentum posuerunt Crucifixum ut signaculum & memoriale super cor suum. Si hos imitari non possumus, saltem postulemus ab amatore nostro ut sue passionis memoriam nostro cordi insculpat.

Convertentur sedentes in umbra ejus, vivent tritico: Memoriale ejus sicut vinum Libani. Olae 14.

## I.

**Q**uod leges veræ ac constantis amicitiæ ad amissim expleverit *Benignus Spiritus Sapientie*, sive ut ex Græco legebamus, *Philanthropos quasi amicè nos complexans*, id satis ut reor hactenus per quindecim considerationes expensum est. Si enim veræ amicitiæ est amici necessitatem suæ anteponere utilitati, & ejus labores ac molestias in se recipere, ut jam olim apud Aethiopes divinæ legis expertes consuetum fuisse mem-

Diodo. sci.  
lib. 4. c. 1.

Gell. in  
Noë. Att.

Plut in  
Amator.  
Parte 3.  
Moral.

Si amici necessitatem suæ anteponere utilitati, & ejus labores ac molestias in se recipere, ut jam olim apud Aethiopes divinæ legis expertes consuetum fuisse mem- rat Diodorus: Apud quos absurdum videbatur cum veræ sit amicitiæ ex rebus adversis amicorum dolore, letari in secundis, non etiam corporis doloris amicos particeps esse; incomparabile genus amicitiæ nobiscum exercuit *Benignus Spiritus Sapientie*, utpote qui non solum particeps esse voluit miseriæ nostræ; sed universos dolores nostros ipse portavit. Si deinde veræ amicitiæ convenit, ut sint *Amicorum omnia communia* prout apud Gellium dictabat Pythagoras; quos inter *Meum & Tuum*, frigida verba ut loquitur Chrysostomus, locum non reperirent, quia duo amantes non duos se, sed unum censem; sic Philosophante Plutarcho: *Quibus amor adspiraverit primùm tanquam e Platonica civitate ejicit voces Meum, Tuum. Non enim simpliciter communia amicorum, sed corporibus tantum definiuentes animas vi conducunt & collitant, cum neque velint duo esse, neque duos se esse censem*. Hinc Zeno Cittiensis rogatus quid sit amicus? Respon-

spondit *Alter ego*. Profectò majus argumentum veræ amicitiæ dari non potest, quàm nobis exhibuerit *Benignus* *Spiritus Sapientiæ*, cuius amor eousque processit, ut quid ab æterno habuit nobis communicaret; divinitatem humanitati conjungens, ut iam liceat dicere Deus factus est homo, & homo factus est Deus. Si præterea vera amicitia constantem & ad vitæ finem nunquam interrumpendum amorem præscribit, ac ut loquitur Puteanus: *Summum amicitiae Sacramentum est velle cum Amico vivere pro Amico mori*: quid dicemus de amicitia Benignissimi Spiritus Sapientiæ, qui *cum dilexisset suos in finem dilexit eos*; *amicus usque ad aras qualem Pericles se profitebatur, & insuper pro nobis mori voluit, adimplens quod docuerat*. *Majorem Charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis*: hinc silere debet antiquitas suos Pylades & Orestes, Damones & Pythias, Theseos & Pirithoos, Pomponios & Grachos, Asmundos & Asuitos, amicitiæ vinculis ita colligatos, ut alter pro altero subiret pericula, mortem ipsam oppeteret. Denique si veræ & solidæ amicitiæ & discessorum amicum pignus aliquod, & memoriale amoris sui apud remanentes deponere, nulla unquam, nulla uspiam sincerior amicitia fuit, quàm Benigni spiritus sapientiæ cum hominibus. Discessit à nobis & tamen mansit nobiscum usque ad consummationem seculi; subtraxit se nostro visui, & tamen sub umbra remansit visibilis. Unde amici ejus, *Convertentur sedentes in umbra ejus, vivent tritico*: *Memoriale ejus sicut vinum Libani*. Hoc pretiosissimum memoriale, quod ipsummet Amatorem nostrum nobis exhibit hodie consideremus, ut agnoscamus eum verè fuisse *Amicum usque ad aras*.

**I.** Apud veteres tam Romanos quam Græcos in more fuisse positum refert Alexander ab Alex: ut celebris funeribus cœna daretur propinquis, quam polliceturam dicebant. *Fuitque institutum, ait ille, ut per vini cibi*

Alex. ab  
Alex. Ge-  
nial. lib. 3.  
cap. 7.

cibique lenimen defuncti desiderium levaretur. Addit infuper : *Domi quoque & in loco celebri defuncti imagines in memoriam posteritatis erigere, & res gestas monumentis insculpere levandi desiderij causa antiquo more servatum est.* Nihil moror vetustos ritus, nobilior cœna apparari non potest, quam paraverit Servator noster discessurus ē mundo, ut per vini cibique lenimen defuncti desiderium levaretur. *Hoc facite in meam commemorationem.* Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, vel calicem bibetis mortem Domini annuntiabitis. Et in hoc ipso pane & calice nobis reliquit non tantum sui, sed & sua Passio memorialem imaginem. *Vivent tritico memoriale ejus sicut vinum Libani.* Hoc sensu dicebat S. Thomas ;

*Thom.  
opusc. 57.*

*Hoc sacramentum instituit, tanquam passionis sue memoriale pessimum : & de sua contristatis absentia solarium singulare.*

III. Phocion Atheniensis veræ amicitiae cum Nicocle illustre exemplar, cum esset custos temperantiae, & justitiae, damnatus à suis ad mortem, & jam ei veneni poculum hauriendum porrigeretur, Nicoli quēm fidissimum amicorum habuerat, oranti ut se prius bibere cicutam pateretur. *Est omnino inquit tua hæc petitio gravis & molesta: sed quando nihil tibi unquam denegavi, concedam sane hoc quoque.* Ita prior biberit Nicocles, posterior Phocio. At Servator noster aliud amicitiae genus amplexus propinatum sibi Calicem amaræ passionis ita funditus exhausit, ut nobis quod hauriremus non restaret, substituens pro calice mortis, calicem vitæ, in quo solum ejus mortis memoriam bibemus. *O sacrum convivium in quo Christus sumitur, recolitur memoria Passionis ejus.* Canit Ecclesia : neque aliud hic a nobis desideratur, quam ut affectus nostros immolemus, ut jugi ejus memoriâ tollamus à nobis prava desideria, & animemur ad æquo animo toleranda adversa. Huc

*S. Greg. li.  
4. Dial. c.*

39.

tendunt illa magni Gregorij monita : *Neceesse est, ut cum hæc agimus, nosmetipos Deo in cordis dolore mactemus, & dum Passionis Dominicæ mysteria celebramus, debemus imitari quod agimus. Sed*

IV. Cur obsecro sub Panis, & vini speciebus nobis  
hoc suum memoriale reliquit? cur non sub aliis specie-  
bus suam apud nos deposituit imaginem? nempe nulla  
magis idonea erat substantia, quam panis & vini ad ex-  
primendam & quasi incorporandam nobis memoriam  
Passionis. Haec quippe ut nobis incorporentur, confrin-  
gi, comminui, teri, & comprimi debent. Quemadmo-  
dum Christi corpus per Passionem confractum, commi-  
nutum, tritum, & compressum est. Id observavit Franco  
Abbas ita differens: *Pulchre in his memoria Dominicæ Pas- Franco*  
*sionis agitur, quorum utrumque quodammodo patitur, teritur,*  
*premitur: quia sicut grana teruntur, ut Panis fiat: sic uvae cal-*  
*cantur, ut vinum fiant: Omnes enim qui pie volunt vivere in*  
*Christo IESU, persecutionem patiuntur.* Nullum majus ad  
reciprocum amorem illicium est, quam meminisse quan-  
tum pro amico amicus tulerit: & nullus amicus majora  
tulit pro amico, quam Christus pro nobis. Hinc in fa-  
cramentali convivio recolitur memoria Passionis ejus, & in  
sacrificio incruento immolatur idem ille, qui per cruen-  
tum in ara Crucis sacrificium oblatus est æterno Patri.

V. Aliam causam cur sub Panis & vini speciebus no-  
bis hoc memoriale exhibuerit, & vitæ suæ proposuerit i-  
maginem Servator noster, idem Franco Abbas attingit *Franc.*  
*dum ait: Quia Panis cor hominis confirmat, vinum quoque le-*  
*tificat, recte in panis ac vini specie celebrandum instituit mysteri-*  
*um Passionis sue: Ipse est enim verus Panis, qui corda fidelium*  
*confirmat, ne in solitudine hac vasta deficiant. Ecce. Non est au-*  
*tem aliis calix calici Domini similis, qui sic bibentem divinam*  
*inanenarrabili jucunditate letificat, ut omnem pristini doloris me-*  
*moriā absorbeat.* Fugiens Elias impiam Jezabelem, ve-  
nit in solitudinem fame propemodum confectus, & pe-  
tebat animæ suæ ut moreretur. Adfuit Angelus, qui ei  
panem subcinericum obtulit monens: *Surge & comede,*  
*grandis enim tibi restat via.* Et ambulavit in fortitudine cibi il-  
*lus.* Quis hic cibus tam efficax ad vires corroboran-  
Sacra Peregrinatio. Abb. To 10  
de grat.  
Dei.

das : panis solus apponitur, & aqua ; & his confortatus Propheta ambulat quadraginta dies & noctes : Panis ille ab Angelo appositus significabat Eucharistiam teste S.

*D.Thom.* Thoma, in hujus fortitudine perrexit ad montem Dei.  
*opus. 58 c.* Sed observeate circumstantiam, priusquam hoc pane consolidaretur Elias : sedebat ut inquit sacer Textus: Sub-

*Rup. Abb.* ter uiam juniperum. Latet mysterium, quod nobis evol-

*in tib. 3.* Rupertus Abbas: Projecit se Elias sub umbra juniperi, & obdormiuit : id est subjecit se Cruci Christi, & commortuus est illi. Unde surgens invitatur ab Angelo Domini ad prandium:

*Reg.* id est percipit a jacerdote Dominici corporis & sanguinis sacramentum. Paulò expressius in rem nostram differit S. Ber-

*S. Bernar-* nardinus Senensis: Quid per Juniperum (inquit) intelligi-  
*din Senens* tur, cuius cinis per annum conservat ignem ? nisi in hoc sacramen-

*ferm. 4. in* Cœn. Dom to memoria & meditatio Christi passi : cuius bumilis sensus super

*a. 1 c. 4.* omnia in corde conservat ignem divinæ dilectionis ? Nempe i-  
deo amici discedentes memoriale relinquunt manenti-  
bus, ut jugi eorum recordatione perseveret dilectio, &  
incrementum amor capiat, qui per absentiam solet lan-

*Mattb. 28.* ventum, qui protestatus Ecce ego vobiscum sum usque ad

*v. 20.* consummationem seculi ; perennem beneficiorum suorum

memoriam nobis insculpere voluit, passionem videlicet

suam, ut ejus sensus super omnia in corde conservaret ignem di-

vineæ dilectionis. Vera per hoc inter ipsum & nos stabili-

*S. Hieron.* ta est amicitia. Etenim ut bellè Hieronymus : Amici-

*Ep. 41.* tia, que desinere potest, vera nunquam fuit.

**V I.** Solemus ferè parcè agere in amicorum delectu, nec cujusvis paucim familiaritate ligari. Paucos eos que fidos suadent Politici : & Aristoteles censuit : Ita de-  
*Aristotel.* finiendus est fortasse numerus amicorum, ut non plures sint, quam  
*lib. 9.* cum quibus vitam liceat traducere. Id quidem ex usu huma-  
*Ethic. c.* no, ingenii est accommodatum humanis. Omnes quippe aut multos idem velle ac nolle in tanta naturarum va-  
*10.* rietate excedit humanas vires, & meritò inter impossibi-

lia numeratur. At illa, quæ cum amatore animarum nostrarum Dei filio sanctitur amicitia, omnes admittit, neminem repudiat. Omnibus accessus patet ad hanc amoris mensam, quæ etiam ex inimicis amicos facit. Orabat Servator noster ante suum ē mundo excessum: *Pa-* *Iohann. 17. v.*  
*ter Sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mibi, ut sint unum sicut & nos.* Quid magis unitum quam Pater Filio? quid magis ad hanc unitatem accedens, quam accedentes hanc mensam, hoc memoriale amoris divini? *Multi* (*inquit Apostolus*) *unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.* Idque participatione huius tri- *Rom. 12. v. 5.*  
*tici, & vini Libani. Convertentur sedentes in umbra ejus, vi-* *Osee. 14.*  
*vent tritico: memoriale ejus sicut vinum Libani.* Quæ pre-  
mens D. Bernardinus Senensis aptè prosequitur mora- *S. Bernar-*  
*lem sensum: Convertentur sedentes in umbra ejus, in tritico;* *din Senen.*  
*idest Dominici corporis sacramento: quod quidem sacramentum* *To. 2. Ser.*  
*umbra denominatur, quia se præbet Dominus in secreto mysterio* *58. a 3. c. 2*  
*sub accidentium velamine occultatus, in quo sedentibus quasi ad*  
*mensam proponitur triticum cœlestis panis, & ipsi cibati conver-*  
*tuntur in cibum, hoc est in Christum.* Mira conversio! con-  
vertitur substantia panis in Christum, & manducantes triticum cœlestis panis convertuntur in Christum, & fi-  
unt totidem Christi, quot participantes de hoc cibo:  
*quod innuit Habacuc Propheta: Egressus in salutem populi* *Habacuc. 3*  
*tui, pro quibus legit Theodoreetus: Ut salutares Christos* *v. 13.*  
*tuos. Et adjungit: hoc est nos, quos proprio sanguine suo per-* *Theod. in*  
*unxit, quos etiam divinae nature fecit participes, & coniunxit*  
*per ipsum Deo.* Uniendo nos sibi, qui est unum cum Deo.  
Hoc clariore phrasí expressit Raymundus Lillus, cum ait: *Per istud Sacramentum Christiani efficiuntur divini, & deifican-* *Raymund.*  
*tur, & convertuntur in Christum.* Jam si libet illam Philo- *Lull. de*  
*sophorum maximam assume: Que sunt eadem uni tertio* *sacram p.*  
*sunt eadem inter se, & infer: Deus & homo sunt idem cum* *3. lib. 6.*  
*Christo, ergo Deus & homo sunt idem inter se, ergo ho-*  
*mines per Christum efficiuntur divini & deificantur.*

VII. Porro ne recedamus ab assumpto discursu : quæro , quæ præterea causa fuerit cur memoriale hoc Christi nobis relictum sit sub speciebus panis & vini? Considerate panem, considerate vinum, & deprehendetis utrumque confici ex multis unum. Panis priusquam conficiatur est triticum, grana multa : *Vivunt tritico.* Grana mittuntur ad molam , confringuntur , conteruntur, comminuuntur in pulverem, permiscentur ; ac demum in unum coacta pinsuntur ; sic ex multis fit unus panis. Vinum conficitur ex uvis , quæ in torculari premuntur, & eliquantur & unum potum efficiunt. Jam credo quod

*Steph. E-  
duen. tradi.  
de sacram.*

*D. Alger.  
lib. 1. de  
sacram. c.  
3. Tr. 4.  
Bibl. PP.*

in eundem sensum abeatis cum Stephano Eduensi , qui ait. *Quot fideles tot sunt grana , illi grano Deifico unita , ex quibus conficitur unum corpus, quod est Christus & Ecclesia.* Sic ille. Sed elegantius hanc sententiam digessit D. Algerus : ejus verba appono : *Recolite quia panis non fit de uno grano, sed de multis. Quando exorcizabamini, quasi molebamini : quando baptizati estis, quasi conspersi estis : quando Spiritus sanctificationem accepistis, quasi cotti estis. Estote quod videtis, & accipite quod estis. Sic & de uno vino fratres recolite. Grana multa pendunt in botro, sed liquor granorum in unitatem confunditur. Ita Dominus Iesus Christus nos significavit , nos ad se pertinere voluit, mysterium pacis & unitatis nostræ in sua mensa consecravit. Qui accipit mysterium unitatis, & non tenet vinculum pacis : non mysterium pro se, sed testimonium accipit contra se. Plures sunt, sed non redundant. Ex his quippe elucefecit mirabilis illa , & plusquam Pythagorica metempsycho sis, & Animæ amici in amicos transfusio , qua ut loquitur Albertus Magnus *Trahit amor amantem extra se, & collocat eum in amato.* Etenim ut ipsa veritas testatur. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in illo.* Hoc fit ad mensam illam cœlestem, de qua verius dixeris, quam Cato de sua solitus est dicere : *Hæc mensa est magna amicorum parens & procreatio.* Omnes ad hanc unum efficimur corpus, unum cor, una anima.*

*Alt. Mag.  
lib. de ado.  
deo, c. 13.*

*Joan. 6.  
Cæl. Rho-  
digin. lib.  
28. c. 6.*

VIII. Sed audite sequelam, quæ ex hac veritate aperitissimè deducitur: Si unum corpus cum Christo efficiuntur ad hanc mensam, sumendo memoriale Passionis Dominicæ, oportet nos esse non tam Christos, quam Crucifixos. Video inquiri cur in Canone Missæ infra actionem enumerentur nomina duodecim Apostolorum, & addantur etiam nomina *Limi, Cleti, Clementis, Xysti, Cornelii, Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Joannis & Pauli, Cosme & Damiani*, qui omnes fuerunt Martyres, nullius confessoris mentione sanctâ. Cur non etiam nominantur magna illa Ecclesiæ lumina *Sylvester, Gregorius, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus &c*? Respondet Antoninus: *Quia Martyres seipso Deo obtulerunt, non autem Confessores, qui non sunt passi sicut Christus, cuius passio in Missa recolitur.* D. Antonin. in P. 3. iii. 15. c. 5.

Ipse Canon incipit non absque mysterio à litera T. quæ crucem refert: *Te igitur Clementissime Pater.* Unde inquit Innocentius Papa: *Divinâ factum est providentia, licet humana sit industria procuratum, ut ab ea litera Canon inciperet, quæ sui formâ signum Crucis ostendit, & exprimit in figura. Tali namque mysterium Crucis insinuat.* Et per decursum Canonis non semel mentio fit Passionis. Quin elevato calice protestatur Sacerdos: *Unde & memores Domine nos servitu, sed & plebs tua sancta, ejusdem Christi Filii tui Domini nostri tam beatæ Passionis &c.* Sacra item hostia Crucis aut crucifixi effigiem plerumque repræsentat: quæ omnia eotendunt, ut agnoscamus ad hanc mensam nos transformari non tam in Christum, quam in Christum Crucifixum. Unde id observans D. Paschasius: *Quia, inquit, nostra salutis summa in isto consistit sacramento, desiderio desideravit implore, & cum suis antequam pateretur, hoc verum manducaret Pascha: quatenus per hoc antequam se daret in pretium, nos in illo, & ipse in nobis unum essemus corpus:* D. Paschas. Epist. ad Frug. *& ideo in Cruce nos cum illo crucifixi sumus.* Ipsum Crucifixum sumimus, in ipsum transformamur, itaque ad hanc mensam non tam Christi quam crucifixi efficiuntur,

Fide.. Pa-  
radis. v. 4.  
Theor. I.

Aris. lib. i. IX. Procul ergò ab hac mensa delicatuli Crucis &  
 Oecon. c. 4 tribulationis osores : *Morum dissimilitudo dissociat amicos.*  
 Max. Qui non communicat passioni Christi non benè communica-  
 Serm. de ntit. t. n. communicat. *Amicos probabis ex calamitate in vita, & communica-*  
 Isaias 65. *tione periculorum.* Qui hæc fugere & evitare conantur,  
 his minatur Isaias : *Vos qui dereliquistis Dominum, qui obli-*  
*estis montem sanctum meum, qui ponitis Fortune mensam, & li-*  
*batis super eam; numerabo vos in gladio, & omnes in cæde cor-*  
*ruetis.* Verba illa Prophetæ ponitis Fortune mensam, aliter  
 Septuag. legunt septuaginta : *Paratis dæmoni mensam, & impletis*  
 Pagnin. *Fortune potionem.* At verò Sanctes Pagninus. *Paratis ex-*  
 Rabbi *ercitui cœli mensam, qui impletis Planetis libamen.* Rabbi Moy-  
 Moyss. *ses : Ponitis Jovi.* Rabbi Ionah : *ponitis conjunctioni plane-*  
 Rabbi Jo- *tarum mensam.* Forsterus : *ponitis Marti mensam, & libatis*  
 nab. *Mercurio.* Belli scilicet & pacis prophanis numinibus.  
 Forster. Arias Montanus ex Hebræo : *instruentes bona gratiæ men-*  
 Arias *sam.* Quæ omnia quasi in unum cogit Symmachus :  
 Montan. *Paratis Fortune mensam, & impletis absque me potionem.* Qua-  
 Symmach. *si diceret : & amentes, qui absque me, id est absque Eu-*  
*charistia, quæ bona gratia dicitur ex nomine, instruitis*  
*mensam bonæ gratiæ, putantes fieri posse, ut Fortuna*  
*& tam diversa belli pacisque numina, variorumque e-*  
*ventuum conjunctio, vos sine me impleant; ut satiemi-*  
*ni à divitiis Fortunæ, ab honoribus Jovis, à rixis Martis,*  
*à Planetarum influentiis variorum eventuum, à Merku-*  
*rii mercibus & mendaciis : qui hæc agitis absque me,*  
*absque Eucharistia, numerabo vos in gladio.* Et de his lo-  
 ad Phil. 3. *quitur Apostolus : Multi enim ambulant, quos vobis sæpè di-*  
 v. 28. *cebam, nunc autem & stens dico, inimicos Crucis Christi, quo-*  
*rum suis interitus, quorum Deus venter est, &c. qui terrena sa-*  
*pient. Eucharistia & bona gratia vult habere convivas*  
*amatores Crucis Christi, vult habere crucifixos, qui car-*  
*nem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.* Qui eæ-  
*lestia sapiunt, qui memoriale Passionis Christi in corde*  
*gestant.*

X. B. Clara de Monte Falco Franciscana, ut referunt *Luc. Wad-*  
*Annales*, dies noctesque meditabatur de mysterio re-  
*demptionis nostræ*, nec potuit satiari cogitando quod *An-*  
*JESU S pro se mortuus esset*, & tanta passus. *nat. Mino-*  
*gitationes una cum devotione ad SS. Sacramentum tan-*  
*tarum fuere virium, ut diviso post ejus mortem corde in*  
*una parte apparuerit crucifixus*, in altera vero corona  
*spinea, lancea, clavi, spongia, arundo, columna, virgæ,* *1398.*  
*aliquot frusta funium, singula tam naturali colore & for-*  
*ma ex substantia cordis elevata, ut Vicarius Episcopi ma-*  
*nifestum agnoverit miraculum.* O si in nobis & cordi-  
*bus nostris non materialiter, sed secundum Spiritum ex-*  
*primeretur imago crucifixi*, & jugis Passionis ejus me-  
*moria tam altè insculpta esset*, ut possemus cum Paulo  
*dicere: Vivo ego jam non ego, vivit vero in me Christus:* & *Gal. 6. v.*  
*Christo confixus sum Cruci!* Beatos nos tanti amici memo- *29.*  
*riali possemus agnoscere. O si converteremur sedentes*  
*in umbra ejus, in tritico viventes transformati in Chri-*  
*stum, in crucifixum, qui sub sponsi persona, nos alloqui-*  
*tur. Pone me ut signaculum super cor tuum*, ut memoriale *Cant. 8.*  
*perpetuum divini amoris, excitans ad reciprocum amo-*  
*rem non jam absensis sed sub umbra praesentis amici:*  
*experiemur utique ingentes effectus hujus vivifici Sa-*  
*cramenti. Id sanè in nostra est potestate si corda nostra*  
*Passionis Dominicæ instrumentis emolliamus*, ut apta  
*sint receptioni hujus admirandi signaculi & memorialis.*  
*Corpus Christi*, inquit D. Thomas, *super cor ut sigillum pon-* *D. Tho. o-*  
*tur, non ut ipsum quod immutabile est in nos mutetur, sed nos in* *pusc. 50. c.*  
*imaginem bonitatis ejus transformemur.* Sed ut cor sigillum re- *20.*  
*cipiat necesse est ut mollescat; ut purificetur: Unde S.*  
*Bernardinus: Tanquam super ceram liquidam, puram, & mollem* *S. Bernar-*  
*aptam suscipere imaginem impressam JESU Christi ponendum est* *dini. To 2.*  
*Dominicum sacramentum.* Excludantur ergo prava deside- *Ierm. 55. a.*  
*ria, inordinati affectus, cogitationes terrenæ, & multo*  
*magis peccata & vitiosi habitus; addatur ignis amoris*  
*divini, ut cor sicut cera mollescat. JESU mi Crucifice:*  
*Nomen*

*Iust. 26. v. 8.* *Nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ. Anima  
mea desidera vit te in nocte: sed & Spiritu meo in p̄ recordiis meis  
de mane vigilabo ad te. Veri amici tui dies & noctes memoriæ tuum circumferunt, te meditantur, te affectuose salutant, te adorant, sub panis & vini speciebus latenter, alia piaæ devotionis argumenta excogitant, quibus amorem tuum reciprocare conantur. Cardinalis Belarminus cum in juventute scholas publicas frequarent, nunquam intermisit in ipso scholarum accessu duo intermedia templo ingredi, & SS. Sacramentum salutare. S. Magdalena de Pazzis quotidie trigesies id invisebat. Franciscus à puero J E S U, quoties transibat aliquod templum ingrediebatur adorandi SS. Sacramenti causa, dicere solitus rusticatatem fore, si amicus alterius amici domum transiens saltem bonum precari diem negligerer. D. Margareta Regis Ungariae Filia post suam devotè peractam Communionem, tenebat aliis communicantibus mappam, ut occasionem haberet diutius spestandi Dominum suum. B. Victoria magnam partem somno adimebat pridie communionis ut dignè exciperet Dominum suum. Quin & fila ducebat ex quibus conficerentur corporalia. Margarita d' Arbouse elegantissimè elaborabat quidquid ad cultum SS. Sacramenti spectat; grana tritici optima quæque feligebat pinsendis hostiis. Cæcilia Panormitana Ordinis Minimorum linneam vestem pro altaribus & sacrifitia semper lavabat, nec quamdiu vixit aliam ad hoc munus admisit. His & pluribus aliis memoriale passionis tuæ mi J E S U fuit in desiderio animæ. Si ego horum facta imitari non possum, à te postulare possum devoutæ mentis affectu. Domine mi,  
*Sandæ. in Crucif. Dec. 2. n. 1* alte queso Crucem tuam, Passionem tuam cordi meo imprime. Si cor indurit, si reluctatur, vim infer & emolli: si nimis molitudo diffilit, partes adstringe ut consistant, & impressum signaculum ac memoriale tuum ad usque vitæ finem retinent. Sim hic tibi confixus in Cruce, ut ibi sim cohæres in gloria. CON-*

# CONSIDERATIO XVII.

*Pro Feria VI. In Parasceve.*

## INCLINATIO CAPITIS.

### THEMA.

*Et inclinato capite tradidit Spiritum. Joann. 19.*

### SYNOPSIS.

I. Feralis Tragedie catastrophe agitur dum Actor inclinato capite tradit spiritum. Speciemus : hic plena omnia mysteriis.

II. Inclinavit nobis caput, quod Deus est, ad indulgentiam.

III. Ut advocaret mortem methusalem accedere.

IV. Imo fugientem insecurus, & moriendo occidens mortem.

V. Patri eterno tradidit, non morti ; sed buju telo usw, quod adhuc vibrat ab archa Crucis.

VI. Inclinavit Patri peracto sacrificio, in signum filialis obedientie.

VII. Ut nos erigeret, quia homo per peccatum manus in terram inclinatus.

VIII. Et quia sustinuit personam peccatoris, qui non audet oculos attollere.

IX. Nos prius expiramus, dein caput inclinamus, ille viceversa, quia est Dominus mortis.

X. Inclinavit velut docens nos ingredi per angustam portam.

Sacra Peregrinatio.

XI. Velut fructus maturus in arbore inclinatus in terram, elatas cervires sua deprimens humilitate.

XII. Inclinavit se velut Medicus ad egrotos, omnia perlustrans oculis.

XIII. Et osculo mortuos suscitans velut Eliseus.

XIV. Vel inspiratus iterum Adamo sub Cruce sepulto spiraculum vite.

XV. Vel ut onera nostra in se recipret, quia grave pondus peccati.

XVI. Vel perlustrans abhinc uni vulneri locum in latere, ad ostendendum amorem fratrum erga nos.

XVII. Vel circumspectans ubinam essent discipuli, qui profugabant.

XVIII. Vel querens consolatorem, & solum reperit Joannem & Matrem.

XIX. Matrem respiciens ; quia ubi thesaurus ibi & cor, & eam nobis morientium Patronam designans.

XX. Vel querens, ut aliquis vulnera, & sanguinem detergeret.

- XXI.** *Vel promptus peccatoribus culpas remitteret, sicut fecit adultera.*  
**XXII.** *Vel quasi supra Patris gremium repausans, inclinavit caput.*  
**XXIII.** *Vel honorare volens SS. nomen IESU suprascriptum.*  
**XXIV.** *Vel designans limbum ad quem properabat educturus vindos.*  
**XXV.** *Vel componens se ad somnum questivit, ubi posset requiescere.*  
**XXVI.** *Vel advocans celestes spiritus ad parandum sepulchrum, vel applicans aures ad audiendos genitus fidelium.*  
**XXVII.** *Vel offerens inimicis suis osculum pacis.*  
**XXVIII.** *Vel advertens Patrem ira-*

- tum peccatoribus, pñnam videndi Deum iratum peccatoribus relinquit.*  
**XXIX.** *Vel timorem incutiens no lentibus pñnitere, ut Judex.*  
**XXX.** *Vel triumphantis more hostes prostratos calcans.*  
**XXXI.** *Denique; innuens quod paulo ante clamaverat: Consummatum est,*  
**XXXII.** *Consummatum est, compendio se ostendens Virum dolorum.*  
**XXXIII.** *Deest tamen ab his aliquid passionis consummationi ex parte nostra: conjunctio videlicet nostrarum cum ipso afflictionum, & compassionis.*

*Et inclinato capite tradidit Spiritum. Joann. 19.*

I.



Entum est ad catastrophen feralis Tragœdiæ, scenam claudit cœlum subductis lumenibus. Applaudit actori ingenti motu elementum terræ. Victorem acclamat saxa dum saliunt: cortina dividitur, etiam vestibus depositis Actorem exhibet.

Silent omnia quia verbum moritur. Ego tamen qui à vobis silentium desidero, silere non possum, Nunc primum spectatores vos esse desidero, qui hactenus fuistis auditores. Spectate oculis, considerate cordibus, expendite affectibus. Finita Tragœdiâ princeps Actor *Inclinato capite tradidit Spiritum.* Si quis in vobis est Spiritus spectate, considerate, expendite. Ingens mysteriorum epitome in una capitâ latet inclinati-

*S. August. one. Dum ille suos claudit oculos, vos primùm vestros  
 Tra. de aperite. Hæc quanta sint cogitate, ut totus vobis figuratur in  
 Virg. corde,*

*corde, qui pro vobis totus est fixus in Cruce.* Nemo ab hoc insolito spectaculo recedat nisi vel lachrymis madidus, vel corde compunctus. Motus animorum sunt finis Tragœdiæ.

H. *Inclinato capite tradidit Spiritum.* Quis ille? Dei Filius, noster Archistrategus contra invisibiles hostes, noster Medicus ad curandos animæ morbos: noster Nauclerus in periculis tempestatisibus hujus mundi: noster Advocatus apud Judicem iratum, nostrum gaudium in incertitate: solatium in tribulatione; perfugium in necessitate: asylum in persecutione: munimen in tentatione: nostra vita in morte. *Inclinato capite.* Dicat Apostolus quale hoc caput sit: *Caput vero Christi Deus.* Hoc *i. Cor. ii.* igitur capite inclinato tradidit Spiritum, & nobis apud Judicem iratum veniam, apud Dominum gratiam, apud Patrem filiationem, apud Deum pristinam dignitatem obtinuit. *Caput hoc Dei,* dum passionem ludibriæ, & mortis supplicia pro omnibus pertulit mediator, liquefecit ad misericordiam, flexit ad gratiam, inclinavit ad indulgentiam; ut loquitur S. Laurentius Justinianus. Ego vero cum Isaia Propheta: *Consolamini, consolamini popule meus dicit Deus Ve-* *Isai. 40. v.* *ster. Loquimini ad cor Jerusalem & aduocate eam, quoniam* <sup>S. Laur. Iu-</sup> *completa est malitia ejus, dimissa est iniurias illius: suscepit de* <sup>stin de tri-</sup> *manu Domini duplicita pro omnibus peccatis suis. Suscepit mi-* <sup>umph. a-</sup> *sericordiam & gratiam, suscepit indulgentiam, & gloriam;* <sup>gon. c. 20.</sup> *remitsum est debitum & promissum præmium;* *deletum chirographum peccati, & conscribi coepus li-* *ber vitæ, sic accepit duplicita pro peccatis suis. Deus* *convivificavit eam sibi donans ei omnia delicta: delens quod* *Coloff. 2. v.* *adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium no-* <sup>14.</sup> *bis, & ipsum tulit de medio affigens illud Crucis. Illud nempe* *chirographum de quo Anselmus ait: Chirographum id est* <sup>S. Anselm.</sup> *manu scriptum, erat perpetratio prævaricationis Adæ, quod erat* *adversus nos, & adversabatur saluti nostræ. Per hanc ergo*

inclinationēm capitis acquisivimus veniam, liberati à morte obtinuimus vitam.

*III. Inclinato capite tradidit Spiritum.* Ille mortis triumphator, qui antea mortuos revocabat ad vitam mori debuit? Ita est: *sed oblatus est quia ipse voluit.* Quærerit S. Augustinus admirabundus. *Quis ita dormit quando voluerit, sicut Christus mortuus est quando voluit.* Nullā necessitate adactus necessarium generis humani fatum adiit.

Nihil in illum potestatis mors habuit, qui sine peccato fuit; sed cum humana toleranda omnia suscepisset, etiam mortem subire voluit. Unde superatis tormentis sola illa restabat, quæ à longè subsistens accedere est verita, donec inclinatione capitis accessum impetraret. Id as-

S. Athan.  
ad Anti-  
ach.

ferere placuit S. Athanasio: *Sola mors restabat, que sibi metuens appropinquare non audebat.* Ideo Christus inclinato capite eam vocavit. Nam antequam caput ipse inclinasset, proprius ipsa accedere verebatur. Calix jam erat exhaustus ad fœces, passio terminata: *sola mors restabat*, ut etiam illa devicta nos vitæ restitueremur. Aquilam ferunt, dum serpentem molitur occidere cùm eo luctari in aère, & ejus spiris implicatam præpedito volatu in terram decidere, ibique: eum interimere, quod Symbolum Christo morienti pingens Hercules Tassius adscribit lemma.

*Vincta vincam.* Hoc ipse per Prophetam Christus pronuntiavit: *De manu mortis liberabo eos: de morte redimam eos.* *Ero mors tua & mors.* In quæ verba eleganter D. Hieronymus alloquens mortem: *Illiis morte tu mortua es, illius morte nos vivimus: de vorasti, & de vorata es, dumque assumpti corporis Christi solicitaris illecebra, & aavidis faucibus prædam petis, interiora tua adunco dente confossa sunt.* *Gratias tibi Christe salvator tua agimus creatura, quod tam potentem ad versarium nostrum, dum occideres occidisti.* Sane si ut ait Aristoteles.

Tassius ap.  
Picinell.  
Mundi  
symb. lib. I.  
Osee. 13.  
S. Hieron.  
Epitaph.  
Nepot.

*Nihil morte terribilis:* cum omnia terribilia superasset salvator, etiam mortem superare voluit moriendo, & hæsitantem inclinatione capitis ad luctam lacefere.

IV. Incli-

**IV. Inclinato capite tradidit Spiritum.** Non multum ab hoc sensu recessit Eusebius, qui considerans clamorem morientis Christi, eum attribuit mortis persecutio-  
ni : Sic enim ait : *Cum altius vocem emisisset solitus à corpore obiit, neutquam expectans dum mors ad illum accederet. Sed illam cunctantem & fugitantem ipse à tergo insequitur. Quo etiam spectat illud Chrysostomi. Non mors eum urgebat, cum ipse magis adversus se compellat mortem.* Fugientem inse-  
quitor, & insequendo exspirat, ne victricem se posset mors existimare, quæ victa est. De Elephante referunt naturalium rerum scrutatores, quod cum Dracone perpetuas exerceat inimicitias, à quo quidem perimitur, sed & pondere suo perimit, Unde Plinius : *Commoritur ea dimicatio : vietusque corruens complexum elidit pondere.* De Christo canit Ecclesia : *Qui mortem nostram moriendo destruxit. Quod Augustinus ita reddidit : Mortem ab inimicis sustinuit, eamque in suo corpore occisus occidit.* Gratias tibi iterum bone serm. 30. de J E S U, qui nutu & capitis tui inclinatione occidisti mor-  
tem, advocasti vitam.

**V. Inclinato capite tradidit Spiritum.** Cui tradidit nisi Patri æterno, cui eum commendaverat : *In manus tuas commendabo Spiritum meum.* Non ergo morti tradidit, sed eum Patri commendatum paternis manibus velut acutum telum è Crucis arcu in mortem contorsit, eamque interemit. Hoc sensu accipio illud Bernardi : *Mortuus est & mortem necavit, ut nos viventeremus per illum.* Quid pa-  
mirum? Sagittarius est amor, *Arcum suum tetendit, & in eo paravit vasa mortis,* commutavit pharetram cum morte in via fatigatus. Certaturus igitur cum morte, nullum aptius in eam vibrare telum potuit, quam telum mortis : hinc *Mors mortua tunc est quando mortua vita fuit, quando emisit Spiritum ceu sagittam ex arcu Crucis, de-* promptam è pharetra mortis. *Ex hoc arcu extenso in Cruce nobis jaculantur sagittæ amoris.* Inquit Hugo Cardina-  
lis.

Euseb. lib.  
4. de De-  
monst. E-  
vangel. c. 12  
S. Chrysost.  
hom. 37. in  
Mattib.

Plin. lib. 8.  
c. 11.

Pref. Pa-  
storal.  
S. August.

S. Bern.  
serm. de  
passio.  
Psalm. 7. 9  
13.

Hugo Car-  
din. in Ep.  
ad Coloff.

*Phil.2.*

**V I. Inclinato capite tradidit Spiritum.** Obediens Filius exequitur præceptum Patris : *factus obediens usque ad mortem.* Præcipit Pater : ut mundus salvetur naturam humanam indues fili : & Filius *Non mea voluntas sed tua fiat.* Nasceris in vili stabulo inter duobruta : *Fiat.* Vix natus in Ægyptum exul fugies : *Fiat.* Obnoxius eris omnibus humanis miseriis : *Fiat.* Traduceris ut populi seductor, ut peccatorum amicus, ut potator vini ; *Fiat.* Traderis à tuo discipulo : *Fiat.* Vincieris, conculcaberis, percutieris, alapis cæderis : *Fiat.* Irrideberis, flagellaberis, coronaberis : *Fiat.* Crucifigeris iterum & inter duos latrones pendebis : *Fiat.* O dulce *Fiat!* *Non mea voluntas sed tua Fiat.* Adimpletis præceptis omnibus, unica restabat Mors, in quam novo consensu annuens inclinat caput, & cum voce non amplius posset, ipso nutu se obedientem protestatur : *Fiat.* O gratissima æterno

*x. Reg. 15.* Patri capit is inclinatio ! *Melior est obedientia quam vidime.* Peracto jam sacrificio, in complementum filialis obedientiae caput inclinat, & in ipsam quóque mortem novo consensu fertur, quasi alloquens Patrem verbis Psalmi-

*Psalm. 39.* Itæ : *Sacrificium & oblationem noluisti : aures autem perfecisti mihi.* *Holocaustum & pro peccato non postulasti : tunc dixi Ecce venio.* Idest vetera fustulisti sacrificia & holocausta : mihi verò aures perfecisti ad obedientiam, ut novo sacrificii genere meipsum immolare, tunc dixi *Ecce venio.* Id innuens Dionysius Cartusianus inquit : *Aures obedientes dedisti mihi, quoniam factus sum obediens usque ad mortem.* Ecce venio inclinato capite obediens filius. Sacrificium meum, oblatio mea, holocaustum meum quod tibi in ara Crucis offero grata tibi non essent, nisi meum promptum & obediens *Fiat* accederet ; nisi dicerem *Inclinato capite Ecce venio.*

*Dion.  
Cart. in  
Psalm.**Gen. 4.*

**VII. Inclinato capite tradidit Spiritum.** Vultis aliam causam intelligere ? Concedite mecum ad sacræ scripturæ textum. Abel & Cain fratres offerebant Deo mune-  
ra,

ra, ille meliora, hic deteriora : respexit D E U S ad munera Abel, ad Cain autem non respexit. Perculsum ob id ira & invidiam Cain moliri coepit insidias fratri ; dejecit illico Cain (ut mala conscientia solet) vultum, oculos depressit in terram ; incessit moestus & cogitabundus. Sic incedentem alloquens Deus : *Quare iratus es*, inquit, & *cur concidit facies tua*. Ubi advertit Chrysostomus, quod hæc Deus dixerit, manum illi quasi in præceps eunti porrigen. S. Chrysost.  
Gen. hom.  
18.

Semper qui magna machinantur mala, dejecto incedunt vultu. Sors ista omne genus humanum involuerat, rueblobamus in præceps : Filius DEI manum ruentibus porrigen, inclinat caput ut nos erigat. Quid advertens D.

Ambrosius in rem nostram ita Philosophatur : *Quia homo post peccatum mansit versus terram inclinatus* : S. Ambros.  
in Psalm.  
110. *juxta illud* : *Quare concidit vultus tuus?* ut ergo homo caput ad cœlum elevare possit, voluit Christus demissa & inclinato capite mori. Inclinatio benedicti capitum, est exaltatio capitum nostri ; demittitur illud ut nostrum erigatur. Unde etiam hoc sensu dicebat sapiens Idiota : *Inclinasti te ut nos erigeres, exanimasti te majestate, ut impleres nos diuinitate*. Hæc facili capitum inclinatio fiduciam addidit Sanctis & DEO charis, ut morituri oculos & caput in cœlum attollerent, securi se per Christi inclinationem erectos. De S. Martino Turenensi legimus in Breviario, quod morti proximus in ea verba eruperit : *Sinite me cœlum potius quam terram aspicere, ut suo jam iterum iturus ad Dominum Spiritus dirigatur*. Benedicta sit hæc sancta inclinatio capitum Domini JESU, quæ nos in profundum ruentes tam pie, & clementer erexit. Secure jam dicimus : *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cœlis*. Idiot. Contemp. c. 5-  
Sulp. in Vis.  
ta S. Mart.

VIII. *Inclinato capite tradidit Spiritum.* Nempe in Cruce personam sustinuit peccatoris. Pater æternus eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia DEI. Ideo cum inquis reputatus est, & a deo indignè tractatus quasi non tantum peccator, sed ipsum

ipsum peccatum esset. In nostra proinde persona : *Inclinato capite tradidit Spiritum, repræsentans Manassen poenitentem*, qui clamabat : *Non sum dignus intueri & aspicere attitudinem cœli, præ multitudine iniquitatum mearum.* Aut certè publicanum illum apud D. Lucam ; qui *nolebat nec oculos ad cœlum levare, sed percutiebat pedes suum.* Percutiamus & nos, sed elevemus oculos in cœlum, respicientes in authorem fidei.

*X. Inclinato capite tradidit Spiritum.* Inquirunt paſſim Theologi mortalitatis nostræ causam, & unanimi consensu cum D. Paulo concludunt : *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors : ita in omnes homines mors pertransiit.* Ergo cauſa & origo mortis peccatum est. Ut quid igitur tradidit Spiritum,

*de quo Petrus aiebat : Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus ? Cessante cauſa cessat effectus, commune est Philosophorum effatum. Si peccatum non fecit, cur mortem subiit ? Sed advertite quod mortale corpus assumpserit, ne tamen ex delicto mortem subiisse putaretur, aliter exspiravit, quam homines peccatis obnoxii. Nos prius exspiramus, & tunc demum caput inclinamus ; ipse prius inclinavit, & postmodum obiit, quasi innuens nullo mortis imperio se subjectum, sed libera voluntate communem cum hominibus sortem sub-*

*Theophb. in Joan.* *iisse. Est hoc ex Theophylacti ingenio, ubi ait : Inclinato capite tradidit Spiritum : nos primum exspiramus & deinde inclinamus caput, ille autem prius inclinavit caput, deinde exspiravit : ex quibus manifestatur, quod ipse fuerit Dominus mortis. Dispar fuit Christi & nostra quoad mortem conditio. Ipse dominatus est morti, mors nobis dominabatur ; Ille morti legem dedit, mors sub lege sua nos continebat. Nos sub imperio mortis, mors sub imperio Christi.*

*X. Inclinato capite tradidit Spiritum.* Tradidit Patri, & ad terram caput inclinat ; iturus ad cœlum terram adhuc

adhuc respectat: adeóne deliciosa illi visa est terra, quæ ipsi spinas & tribulos germinavit? Doctrinam suam exemplo fulcit: docet nos ingressum ad cœlum: *Intrate Matth. 7. per angustam portam.* Magnis per hanc non patet ingressus: humiliandum & inclinandum est caput. Audite verba S. Antonij Paduani: *Porta cœli humilis, per quam qui vult intrare necesse est ut inclinet se: hoc autem docuit Christus, qui inclinato capite tradidit Spiritum.* Idem documentum aliquando Christus dedit famulæ suæ Brigitte, inquiens: *Si enim caput meum punctum est, & inclinatum in Cruce pro te, caput tuum debet inclinari ad humilitatem.* Nempè inclinatio sui capitatis, *Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem.* Et ut pollicetur sapiens: *Humilem Spiritu successiet gloria.* Unde & Cassiodorus inquietabat: *Magnus ascensus ad Deum est cognitio infirmitatis sue.* Vis cœlum ingredi? humiliare sub potenti manu DEI.

**XI. Inclinato capite tradidit Spiritum.** Initio doctrinæ Christi correspondere debuit finis ut esset quædam Epitome novæ legis. Natus in mundum novellus Legislator præsepe velut cathedram concordens docuit: *Discite a me quia mitis sum & humilis corde.* Discessurus ē mundo eamdem doctrinam repetiit ē Cathedra Crucis: *Discite a me quia mitis sum & humilis corde.* Non mundum fabricare, non patrare miracula sed quia *mitis sum & humilis corde.* Humilitas & animi demissio Augustino dicitur: *voluntaria mentis Inclinatio.* Cujus etiam illud est illustre elogium: *O sancta venerabilisque humilitas! Tu DEI Filium* S. Augst. descendere fecisti in uterum S. Mariæ Virginis &c. *tu eum corporaliter flagellaasti, ut nos à flagello peccati liberaret: tu eum coronasti spinis, ut nos coronaret suis æternis rosis: tu eum infirmari fecisti, qui medicus cunctorum erat.* Videte humilem JESUM in Crucis arbore velut fructum maturum pendentem & ad terram inclinatum: *Fructuum multitudo (quin & magnitudo) ramos arboris infedit, & virtutum copia sensum bo-* S. Nil. Af. *minis humilem reddit.* Ajebat Nilus Abbas. Videte humi- <sup>v. 13.</sup> Sacra Peregrinatio. Cc Iem

S. Anton.  
Pad. serm.  
Dom. II.  
Pent.

Revel. To.  
1. lib. 1. c.

Philipp. 2.  
Prov. 29.  
Cassiod. in  
Psalms.

Matth. 11  
v. 19.

serm. de  
superb.

Orat.

8.

lem JESUM inclinato capite superbis exprobrantem elatas cervices. Aesopus interrogatus à Chilone quid Deus agat respondit: *Humilia exaltat, alta deprimit.* Ias Propheta superbis minitans alloquitur filias Sion: *Pro eo quod elevatae sunt filiae Sion, & ambulaverunt extento collo decalvabit Dominus verticem siliarum Sion.* Idest exprobrabit illis superbiam sui capitum inclinatione, decalvabit in monte Calvariæ.

**XII. Inclinato capite tradidit Spiritum.** Repeto quod modo attuli de humilitate ex Augustino: *Tu eum infirmari fecisti, qui Medicus cunctorum erat.* Jacebamus ægroti & quasi mortui in peccatis, ut nos à morbo curaret cœlestis medicus, & sua infirmitate nostram tolleret infirmitatem inclinare se debuit. Ecce tibi iterum veritatis

*S. August. ferm. 206. de temp. Hippoc. lib. de stat.* hujus fideiussorem Augustinum: *Quia mortui jacebamus, prius se Medicus inclinavit.* *Quia nemo potest jacentem erigere, si se noluerit inclinare.* Hippocratis Aphorismus est: *Medicus oculis perlustrat singula pericula.* Medicus animarum nostrarum inclinato ad ægros capite oculis perlustrat singula pericula, quia venit in mundum purgationem peccatorum faciens. Sive ut loquitur Bernardus: *Qui purgationem facturus delictorum. & sentinam nostram purgaturus aduenit.* Sed notate admirandam ipsius medendi rationem. Ipse medicus nostram potionem exhausit: Calicem amarissimæ Passionis ebibit, & nos restituit sanitati.

*Petrarch. de vita so- litata. lib. 2. tr. 3. c. 16. 4. Reg. 4. v. 31.* **XIII. Inclinato capite tradidit Spiritum.** Mira narrantur de S. Romualdo Abate. Inter alia: *Cuiusdam intollerabilem capitum dolorem solo sanavit anhelitu: & alterius non dolorem sed insaniam uno pepulit osculo.* Sunamitidi defunctam prolem cum vitæ restituere vellet Elisæus mittit Giezi puerum suum cum baculo, quem super mortui pueri faciem poneret. Ivit Giezi, apposuit baculum, sed aetum egit: etenim neque erat vox, neque sensus: *Reversusque est in occursum ejus, & nuntiavit ei dicens: non fur- sexit puer.* Advolat ipse Propheta imprimis puer oscu-

lum : posuitque os suum super os ejus, & oculos suos super oculos ejus &c. & oscitaravit puer septies, aperuitque oculos. Et revixit : Hæc D. Bernardus nostro adaptans instituto Christum in Elisæi persona agnoscit : Misit puerum, tulit baculum : & necedum est vox, neque vita non surgo, non fuscitor, non Cant. executior de pulvere, non respire in spem : si non Prophetæ ipse descendat, & osculetur me osculo oris sui Quod illud osculum ? Aspice in Cruce Christum morientem inclinato capite. Caput habet inclinatum ad osculandum, ut loquitur Augustinus. Hoc osculo mortuos fuscitat, hoc osculo sanat ægrotos. Venerat aliquando Dominus ad Simonem leprosum. Medicus ad ægrotum, imò ut eum appellat Chrysostomus : Archiater, idest Medicorum princeps, sed ille S. Chrysostomus non est. Quæ causa ? quis defectus ? Dicat ipse Medicus : Intraui in domum tuam ; osculum mibi non dedisti. Osculabatur tunc ejus pedes Magdalena & per osculum suum suxit medicinam suorum peccatorum : Remittuntur ei peccata multa. Tu vero Simon non sanaris, quia osculum mibi non dedisti. Quæ ponderans S. Greg. Nyssenus egregiè differit : Qui omnibus scatere fecit vitam, & vult omnes esse salvos ; neminem vult eorum qui salvi sunt, esse expectantes huīus osculi. Est enim eius osculum purgamentum cuiuscunque sordis. Quamobrem mibi videtur Dominus hoc exprobraise Simoni leproso : Osculum mibi non dedisti : Revera enim fuisset emundatus ab ægritudine si ore attraxisset puritatem. Osculemur cum Magdalena pedes morientis Christi, & dum Caput habet inclinatum ad osculandum : dicamus cum sponsa fiducialiter : Osculetur me osculo oris sui, ut curentur vulnera nostra, ut vivifemur in ipso.

XIV. Inclinato capite tradidit Spiritum. Cur Christus in monte Calvariæ crucifigi, & exspirare voluerit, causam assignans Origenes : In loco illo inquit, qui dicitur Calvarie locus Adam sepultus est, ut sicut in ipso omnes moriuntur ; ita in illo loco per Christum omnes vivifientur. Prima hominis creatio facta est per inspirationem divini Spiritus :

S. Bern.  
ferm. 2. in  
Cant.S. Augu.  
lib. de Vir-  
gin.S. Chrys.  
in Matth.  
Luc 7. v.S. Greg.  
Nyssen.  
hom. i. in  
Cant.

Cant. 1.

Orig. trad.  
36. in  
Matth.

*Gen 2.v.7* *Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae.* Exspiravit homo & per peccatum hunc divinum spiritum, & sibi mortem animæ consivit, ut proinde iterum vivificaretur necessarium fuit secundum spiraculum, quod Servator mun-

*1 Cor. 15. di in Cruce dum tradidit Spiritum, inclinato ad nos capite inspiravit.* Hinc Paulus dicebat : *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.* Observat S.

*S. August.* *Augustinus ideo factam hanc capitum inclinationem à serm.-71.de temp. & ser. 1.de oblat. fit Medicus, ubi jacebat ægrotus.* *Dignum erat ut ubi cederat humana superbia, ibi je inclinaret adivina misericordia.* Et sanquis ille pretiosus etiam corporaliter pulvarem antiqui peccatoris, dum dignatur stillando contingere, redemisse credatur. Ah mortales ! cum Adamo sepulti in monte Calvarie omnes

*Rom. 6. jacimus : Hoc scientes, ut monet Paulus, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati.* Ut peccatis mortui vivamus Christo, recipiamus iterum ab ipso, quem *Inclinato capite tradidit Spiritum* : conformati rursum imagini ejus, quæ prævaricatione protoparentis deleta & violata fuit. *Meliorum animam inditus telluri DEUS, spiravit in illam secundum spiraculum vite.* Ait re-

*Juglar. E-  
tag. 74.* *cens author : Conservemus quod secundum accepimus.*

XV. *Inclinato capite tradidit Spiritum.* Videbat benignissimus Salvator in via nos deficere & virium defectu laborare, inclinavit ergo caput, offerens humeros ad nos stra onera portanda. Unde Hugo Carenensis : *quasi supponens bumerum ad portandum nos, & onera nostra; acsi dicas: Caput inclino ut videatis me paratum ad onera vestra portanda, & ponatis ea super me.* Vestra superbia meruit pro corona spinas & tribulos, *ponatis ea super me.* Vestrae blasphemæ linguæ meruerunt felle & aceto potari : *ponatis ea super me.* Vestra induratio & obstinatio in malo meruit gravem crucem super humeros : *ponatis eam super me.* Vestra peccata pridem meruerunt iram Patris mei, ignominias, contumelias, opprobria, mortem : *ponatis ea super me.*

Unde

*Hugo de S. Hugo de S.  
Caro. in c. 19 Joan.* *stra onera portanda.* Unde Hugo Carenensis : *quasi supponens bumerum ad portandum nos, & onera nostra; acsi dicas:*

*Caput inclino ut videatis me paratum ad onera vestra portanda, & ponatis ea super me.* Vestra superbia meruit pro corona spinas & tribulos, *ponatis ea super me.* Vestrae blasphemæ linguæ meruerunt felle & aceto potari : *ponatis ea super me.* Vestra induratio & obstinatio in malo meruit gravem crucem super humeros : *ponatis eam super me.* Vestra peccata pridem meruerunt iram Patris mei, ignominias, contumelias, opprobria, mortem : *ponatis ea super me.*

Unde ajebat devotus Lanspergius : *Caput inclinarvit, quia Lansperg. eum mea peccata portaret, eorum onere gravabatur.* Quid quod ipsemet Isaias hoc prophetavit. *Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.* *Disciplina pacis nostræ super eum.* Posuit in eo Dominus iniquitatem omnium nostrum. Ad quæ alludens & simul ad Petri sententiam in eumdem sensum respiciens doctissimus Salmeron ajebat: *Naturam quidem nostram imposuit super Deitatem, & hypostasis in Incarnatione.* *Grave autem & onerosum ei, id est peccata quoad causam generalem, & meritum attinet, in corpore suo super lignum Crucis expianda portavit; quia peccata nostra ipse 1. Pet. 2. pertulit in corpore nostro super lignum ubi præ gravitate oneris caput inclinavit.* O mi JESU, bone pastor, qui errantem oviculam in humeros tuos portandam suscispis! pie Samaritane, qui vulneratum hominem sublevas & portas, ut medicinam procures! fortis Atlas, qui mundum sustines universum! volo, volo deinceps cavere peccata, ne humeros tuos magis aggravem, ne benedictum caput tuum magis deprimam & inclinem.

XVI. *Inclinato capite tradidit Spiritum.* Nonnulli devoti Ascetae plura in hac capitinis inclinatione piè meditantur. Flamma apud Lequilem allegans Mallonium sic discurrevit: *Inclinato capite Christus omnes sui corporis partes lustrat, an aliqua sit pars, quæ passa non esset: videt latus dextrum, quod non ita passum videbatur, & vulneri locum eligit, ut cor ferriatur.* *Inclinato ergò capite vulneri locum designat, & tradit Spiritum.* Adeò vehemens ejus in nos amor fuit, ut sat non habuerit vulnerari toto corpore dum viveret, voluit etiam mortuus vulnerari. *Agnosce & bomo (monet S. Bernardus) quam gravia sint vulnera tua, pro quibus necesse est Dominum Christum vulnerari: si non essent haec ad mortem, & mortem sempiternam, nunquam pro eorum remedio DER Filius moreretur.* Anima mea vides designatum vulnus sacratissimi lateris, tolle causam vulneris, & invenies re-quietum. *Apertum est Christi latus, ut nobis accessum aditum.*

*Salmer To  
7. Traq. 28*

*Mitch.  
Mallon.de  
vuln. lat.  
Cбри. c. 20.  
Fiamma.  
ap. Leq.  
serm de S.  
Andre.*

*S. Bern.  
ser. 3. de  
Nativ.*

*Ludo Blo-  
fius.in  
Marg. sp. i.  
c. 19.*

que pius J E S U S ad cor suum patefaceret : unde declaravit suum insinuum erga nos amorem. Et quid ultra potuit nobis facere, quam fecit ? Ipsum cor suum tanquam secretissimum cubiculum nobis referavit. Dedit nobis cor suum dirè vulneratum, ut in eo commoraremur ; donec penitus expurgati, & mundati, suoque cordi conformes, idonei ac digni simus una cum ipso in æterni Patris cor deduci. Inquit venerabilis Abbas Lætiensis. Feliçes nos tali habitaculo, præsertim si exemplo Eleonoræ Inestrosæ affiduâ meditatione in hoc Latere versemur, ex quo vivæ in ipsa morte charitatis argumenta fluxerunt, & subscribamus in nostris si non literis, certe affectibus & cordibus, sicut illa, Eleonora à Latere, ita nos Joannes à Latere : Andreas à Latere, Catharina à Latere. Dicamus ergo & repetamus millies, ad inclinantem caput J E S U M,

*Anima Christi sanctifica me.*

*Corpus Christi salva me.*

*Sanguis Christi inebria me.*

*Aqua lateris Christi lava me.*

*Passio Christi conforta me.*

*O bone J E S U exaudi me.*

*Intra vulnera tua absconde me.*

XVII. *Inclinato capite tradidit Spiritum.* Existimo ego, quod sollicitus Magister de suis discipulis voluerit circumspicere, ubi nam essent quos pridie tam animosos adverterat. Ausus est Petrus dicere : *Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Et tamen tertio negavit. Similiter & omnes discipuli dixerunt. Ubi nunc Petrus ? ubi Andreas ? ubi Jacobus ? ubi cæteri ? relicto eo fugerunt. O animosa proposita ! *Quia reliquerunt fugerunt ; quia fugerunt reliquerunt :* hæc enim se in vicem causant, ait Cassianus : & annexit causam. *Quia relinquens Deum, relinquit securitatem, ideo agitur in timorem, & ideo fugit.* Et relinquens vitam fugit in mortem ; & relinquens lucem fugit in tenebras ; & relinquens dulcedinem, intrat amaritudinem : relinquit fidum amicum, & invitat

*venit hostem.* O miseram ejus conditionem , qui Deum deferit, qui Patrem derelinquit, qui separatur ab amico fidi! Id expertus filius prodigus quem proinde Chrysologus deplorans ait : *Ecce quemadmodum sine patre census, civem in peregrinum, filium in mercenarium . liberum mutavit in servum.*

S.Chrysol.  
de prodig.

XVIII. *Inclinato capite tradidit Spiritum.* Circumspexit forte moerore & tormentis confectus an adesset aliquis consolator sed non invenit , uti queritur ipse apud Prophetam : *Sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur & non inveni.* Et apud Jeremiam : *Longè factus est à me Consolator.* Unicus Joannes dilectus discipulus ausus Crucis affistere , unica mater flens & plorans : *Vicit sexum, vicit hominem, & passa est ultra humilitatem.* Sed hæc consolatio vera fuit desolatio & incrementum doloris in Christo. Videns enim affligi dilectissimam matrem, ex ejus afflictione magis cruciabatur.

Psalm.68.  
v.21.  
Ibren.1.v  
16.

Unde in ejus persona S. Laurent. Justinianus ait : *Heu ! heu ! quo properas ? quo venis mater ? Ad fontem lacrymarum, & locum misericordiarum raperis.* Recede mater : abi, propria : nec enim veniens medelam languori meo ferre poteris : inò dolorem meum augebis. Internè cruciabor magis cum te mater mei amore cruciari video : cruciata meo cruciaberis mater , & ego tuo. Magis consolaretur moribundus JESUS , si accurreret Petrus , & lacrymas quas pridie cœperat fundere sub Cruce prosequeretur, si Andreas, si Jacobus, & alii discipuli accessissent & orassent erroris sui veniam , quos ut amantissimus Pater velut filios prodigos recepisset, in eorum si non amplexum, affectum ruens, & inclinato capite indulgentiam concedens : sed *Caput inclinavit ad indulgentiam* , etiam absentibus eam impertiens , quod S. Joanni Gualberto accidisse testatur vitæ author qui cum pepercisset inimico amore Crucifixi, digrediens ad templum vidit Crucifixum sibi capite inclinato annuentem, & quasi gratias agentem pro condonatione iniuriæ. Acceda-

S.Amedæ.  
hom.5.de  
B.V.

S.Laur.  
Just. agon.  
triumph.c.

Vita S.  
Gual.12.  
Julii.

cedamus & nos ad Crucifixum qui inclinato capite moriens nobis annuit, ut ignoscamus inimicis. Deleamus ex corde injurias, ipse nobis *Caput inclinavit ad indulgenciam.*

XIX. *Inclinato capite tradidit Spiritum.* Veritas est:

ubi amor, ibi oculi, ubi oculi, ibi cor, ubi cor ibi thesau-

*Luc. 12. v.* *Ubi est thesaurus tuus ibi est & cor tuum* inquit ipse  
*14.*

*Joan. 19.* *Servator. Stabat iuxta Crucem IESU mater ejus.* Ad hanc

*S. Bern.* *exspiraturus inclinato capite se convertit: Annon the-*

*ferm. 5. de* *saurius DEI Maria, ubicung, illa est, & cor ejus est, & oculi e-*

*annunt.* *jus super eam.* Inquit Bernardus: Et eodem penè sensu

*Hugo Car.* *Hugo Carenensis Caput inclinavit, ut matri iuxta Crucem stan-*

*in Ioann.* *ti ultimum vale daret.* Consentit etiam Philippus Abbas:

*Philipp.* *Vidit IESUS stantes iuxta Crucem Matrem, & discipulum*

*Abb. in* *quem dilexit.* *Et super istos, quos Spiritus Sanctus obumbra-*

*Cant. lib. 1* *bat eò gratius quò suavius requievit. &c;* *& inclinato capite ad*

*cap. 15.* *istam tradens Spiritum obdormivit.* Quibus eleganter sub-

*Baëza in* *jecit doctissimus Baëza: IESUS quasi de Marie sinu in*

*Cbr. Fig.* *mortem ruit, ne quis audeat gustare mortem nisi confotus Marie*

*lib. 1. c. 1. f.* *patrocinio. Ipse Patris aeterni Filius Mariæ sinum involat*

*20.* *moriturus, quid ni & filii hominum eam sibi eligant in*

*Hugo Car.* *matrem agonizantium.* Hugonis Carenensis suffragium

*cit. sup.* *ejusdem sententiae non præteribo: Inclinato capite tradidit*

*Spiritu ex parte Matris suæ quasi diceret: per ipsam veniam petite.*

*Habetis peccatores advocatam, habetis patronam, qui Salvatorem crucifixisti: per ipsam veniam pe-*

*tite.* Non potest vobis male esse, sub ejus protectione

*quæ portas infernorum occludit.* Huc tendebat Antonius Escobar, cuius effatum est in persona Christi. En-

*Anton.* Ego moriturus matrem designo, ut doceam fideles, quonam modo in

*scob. incap.* novissima necessitate constituti configuant ad intercessorem, ad ver-

*19.* *Ioann. Ob.* sus quem portæ inferi nequeant prævalere. O Maria sub Cru-

*serv. 3. c.* ce Filii tui morientium Patrona constituta sub tuum presi-

*20.* dium &c.

X X. *Inclinato capite tradidit Spiritum.* Nullusne co-

rum,

rum, qui crediderant se sifit, ut largè manantem sanguinem è vulneribus excipiat, qui lacrymas ab oculis decurrentes tergit, qui mundam paret sindonem involvendo corpori? Ubi es modo Veronica cum tuo linteo quod baulanti Crucem obtulisti? ubi es Magdalena, quæ capillis Psalm. 37.  
v. II. tergebas ejus pedes in domo Simonis leprosi? Ah! *De reliquit me virtus mea, Et lumen oculorum meorum, Et ipsum non est mecum.* Amici mei & proximi mei ad versum me appropinqua verunt, & steterunt. Et qui juxta me erant de longè steterunt. Stabant autem omnes noti ejus à longè & mulieres quæ Luc. 23. v. secutæ eum erant à Galilæa hæc videntes. Manabat interim 49. largo fluxu pretiosus crux, & peccatoris primi sub cruce sepulti cineres irrigabat. *Inclinavit caput* ( inquit S. S.Bern. Bernardus ) ut obseruaret, si quem inueniret, qui sanguinis ritus abstergeret, & de cruce depositum munda sindone non panni sed cordis obvolveret. Emundate corda vestra peccatores, & purâ eum conscientiâ obolvite; pretiosius est omni sindone cor mundum.

**XXI. Inclinato capite tradidit Spiritum.** Pendens in Cruce cum latroni Paradisum pollicetur, caput elevat, & cœlum monstrat, cum apud Patrem crucifixores excusat, ad cœlum conversus oculos erigit; at cum exspirat; oculos & caput ad terram inclinat. Nimirum ex toto corde peccatoribus culpas remittit, & misericordiæ oculis eos respiciens, saluti eorum vitam donat, ostendens quam invitus Judicis personam assumat, quam lætus peccata remittat, paratus ad oscula peccatoris. Hoc ex alio ejus facto manifestum elucet. Adduxerant illi Scribæ & Pharisei adulteram, quærebantque num juxta legem Moysis lapidari deberet? *Hoc autem dicebant tentantes eum, ut possent accusare eum.* Nihil ad quæstionem respondit Servator, sed *Inclinans se deorsum digito scribebat in terra.* Confusi eo facto Pharisei unus post unum exibant, & remansit solus J E S U S, & mulier in medio stans. Inquirunt hic scripturæ interpres quidnam Christus in terra Sacra Peregrinatio.

*Celad. in* scripserit. Didacus Celada existimat eum scripsisse no-  
*Tob. §. 70.* mina accusatorum : Fortè sic prodens ac res accusato-  
*n. 4.* res, quorum nomina in terra scripta erant, non in cœli  
*Lequil. fer* albo. Didacus Lequile verò putat scripsisse accusato-  
*4. Dom. I.* rum peccata : ideo confusi recedebant. Dilapsis accu-  
*Quadr.* satoribus *Erigens autem se JESUS*, interrogat mulierem  
*Nemo te condemnavit?* at illa : *Nemo Domine. Nec ego te*  
*condemnabo.* Ecce ubi accusatur peccator, piissimus Do-  
minus se inclinat ; ubi verò se offert occasio remittendi  
peccata, tunc se erigit. Audite super hoc Ambrosium :  
*S. Ambros.* *Vide diuina mysteria, & clementiam Salvatoris : cum accusa-*  
*Ep. 52.* *tur mulier, caput Christus inclinat ; elevat autem ubi deficit accu-*  
*sator : ita nullum damnari vult, absolvit omnes.* Sic prorsus  
in cruce pendens cum pro venia peccatoribus obtinen-  
da Patrem orat caput erigit, cum personam Judicis debe-  
ret assumere, caput inclinat. Hoc innuere voluit S. Ni-  
*S. Nilus*  
*Ascet. orat.* *lus cum diceret : In Spiritu mansuetudinis caput Christus in-*  
*4.* *clinat. Quamdiu in Cruce vixit, meras gratias divide-*  
*bat. cum verò moriens Judicis personam assumeret in*  
*Spiritu mansuetudinis caput inclinat.* Promptus ad præmia,  
*S. Auguſt.* invitus ad pœnam. *Ipsa Crux* ( ait S. Augustinus ) si at-  
*Trad. 32.* tendas tribunal fuit ; in medio Judice constituto, unus latro qui  
*in Ioan.* credidit, liberatus ; alter qui insultavit, damnatus est. Et forte  
ob hujus ipsius Latronis impenitentiam caput inclina-  
*S. Chryſoſt.* vit, quia nullum damnari vult, absolvit omnes : & ut loquitur  
*hom. 55. in* S. Chrysostomus : *Malis mala contra propositum suum facit*  
*Mattib.* *invitus, quia Judge est.*

*Orig. in* XXII. *Inclinato capite tradidit Spiritum.* Commen-  
*Mattib.* daverat paulò ante Patri Spiritum in manus, jam cum  
*Trad. 35.* traderet filiali reverentiâ caput inclinavit, quasi gratias  
agens pro paterno consensu, & nutu, ut completo Re-  
demptionis humanæ opere posset exspirare. *Inclinavit*  
*Christus caput, & quasi supra Patris gremium illud repausans,*  
*exit :* est Origenis meditatio : à qua non recedit quidam  
*Finet. de* Recentior : *Inclinavit Dominus caput moriendo, ut gratias a-*  
*Poss. c. 43.* *geret*

*geret Patri, quod recipiat Spiritum in manus suas.* Bonorum sanè morum est, cum gratias agimus caput inclinare. Hinc sicut gratias egerat Salvator quando Lazarum erat *Ioann. 11.* suscitaturus à morte: *Pater gratias ago tibi quoniam audisti me,* & nondum suscitaverat: ita prorsus in cruce moriens inclinato capite quasi dicit: *Pater gratias ago tibi quoniam audisti me.* Quoniam redemptus est mundus, quoniam *Ioann. 17.* morte mea resurgent mortui ad vitam. *Ego pro eis rogo,* *v. 10.* & clarificatus sum in eis. Gratias & tibi bone JESU, quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum, & nos mortuos per peccatum, revocasti ad vitam.

**XXIII. Inclinato capite tradidit Spiritum.** Aliam Menecausam inclinationis assignat Onuphrius Meneschall, ap. scilicet honorare voluerit superscriptum sanctissimi Barry An. Sand. Ennum suum nomen JESU cum scripserit Apostolus: *Ut gelgva.* in nomine JESU omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & post Pente-<sup>Dom. 21.</sup> inferorum. Libentius huic contemplationi assentior, cost. quām alterius, qui putavit ideo inclinato capite exspirasse Salvatorem, ut quasi declinaret hoc gestu gloriosum Philip. 2. titulum cruci superimpositum. Cur enim declinaret *Engelg.cit.* propter quod venerat. JESUS idem est quod Salvator, ex S. Vinc. Ferr. serm. cuius passione salvati sumus. Inquit S. Vincentius. Unde fideliter etiam contemplatur Fidelis de hac capitatis inclinatione. Ac si significare per id voluisset, nullam esse aliam tor- Fidel. ser. mentorum suorum sueq. mortis causam, quām magnum & tremen- 3. Dom. 1. dum nomen istud; cui ut responderet, hominesq. salvaret, pœnarum Quadrag. incomparabilem, infinitorumq. tormentorum fieri signum debuit. Conf. 1. Ut responderet nomini, pati, & mori voluit; quia respondit, nomen honoravit. Probum Imperatorem laudans Vopiscus ex Valeriani Augusti testimonio eum ap- Fla. Vo- pellat sui nominis virum. Et Epitaphium eius à militibus pis. in Pro- bo.n. 4. incisum marmori fuisse refert: *Hic Probus Imperator, & Idem. n. 21.* vere Probus situs est, victor omnium gentium barbararum, vi- tor etiam Tyrannorum. Liceat & mihi addere gloriofo

Salvatoris titulo : JESUS & verè JESUS. Et cum Poëta canente de suo Maximo, canere mutato nomine :

*Ovid. de Ponto. lib. 1. Eleg. 2.* JESU qui tanti mensuram nominis implet. Verè JESUS verè Probus, vīctor Mundi Dæmonis & mortis, propter nomen sanctum tuum esto mibi JESUS, ut & ego nominis mei mensuram impleam, qui à Te cognominor Christianus : *S. Ambros. S. Ambros. Nomen congruat actioni, actio respondeat nomini, ne sit nomen de dign. fac. c. 3.* inane, & crimen immane, ut me adhortatur Ambrosius.

*XXIV. Inclinato capite tradidit Spiritum.* Videte novum Herculem, qui descensurus ad inferos, non ut tricipitem Cerberum inde catenatum educat, sed vincitos ē lacu Patres, qui erant in pœnis tenebrarum. Caput inclinat, designans locum ad quem properabat : *Capitis inclinatione* ( inquit Cyrillus ) *significare voluit tempus instaurare ut ad consolandos Patres limbi ad inferna descenderet.* Consolamini proinde sanctæ animæ ab exilio reducendæ in patriam. Ecce accurrit ille, qui apud Prophetam dicebat : *Portas æreas conteram, & vedes ferreos confringam.* Ecce appropinquat, quem diurnis anhelasti desiderijs : *Ib. 45. v. 2.* *Rorate cœli defuper & nubes pluant Iustum.* Jam totus distillatus in sanguinem ardentia vestra vota optatis desiderijs refrigerabit, & *In sanguine testamenti educet vindos suos de lacu.*

*XXV. Inclinato capite tradidit Spiritum.* Quidni etiam recordemur verborum, quæ ipse quondam locutus est : *Luo. 9. v. 58.* *Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos: Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.* Componens se ad somnum, quærerit ubi possit requiescere. O mi J E S U omnes nos parati sumus tuo capiti cor nostrum substernere pro pulvillo : inclina caput tuum ad cor nostrum & dic : *Psal. 4. v. 3.* *In pace in idipsum dormiam & requiescam. Hæc requies mea, hic habitabo quoniam elegi eam.* Si cordis singulæ literæ vim aliquam habent, ecce COR, est Camera Omnipotentis Regis. *Psal. 131. v. 14.* Barry An. Sed audio iterum ingeminantem Salvatorem : *Filius hominis non habet ubi caput reclinet.* Quid vos corda vestra mihi

mihi substernitis pro pulvillis? illa corda quæ duriora sunt ipsa Cruce? illa corda quæ fœtidiora sunt monte Calvariæ? illa corda quæ turpiora sunt omni fimeto? illa corda quæ scatent vermibus malæ conscientiæ, quæ plena sunt cadaveribus iratorum Leonum, invidorum canum, voracium luporum, superborum pavonum? &c. *Filius hominis non habet ubi caput reclinet.* Ah. *Cor mundum crea in me Deus,* ut in illo reclinatus tradas spiritum, & *Spiritum rectum innoves in visceribus meis.*

XXVI. *Inclinato capite tradidit Spiritum.* Quasi ad vocans cœlestes spiritus, & annuens ut descendant, suoque corpori examinando sepulchrum aptent ad aliquot horas, nuntiaturi devotis mulieribus suam Resurrectionem: aut quasi mundo valedicens eique agens gratias pro doloribus & miseriis per triginta quatuor annorum curriculum in eo toleratis: aut aures suas applicans ad audiendos gemitus clamantium fidelium, & discipulorum suorum, qui tristes erant de nece sui Domini, quibus velut suis membris caput per metum & fugam dissociatis iterum vniri desiderabat: imo quasi iterum in terram è cruce vellet descendere & iterum pro mundo pati. Tanta enim fuit eius erga nos charitas, ut saturatus tormentis adhuc desideraret plura tormenta, & non contentus vnâ morte plures optaret, quod S. Bernardino Senensi asserere placuit, cum dicebat: *Licet S. Bern. Sen. serm. 55. a. 1. c. 5 mentis J E S U innumerabiles dolores, atque corporis cruciatum ad solum trium horarum restrinxit spatum: non tamen fuit charitas Christi harum arctatione contenta; unde dilatavit vitam suam per desiderium dicendo sitio, ad quoddam infinitum vivere, & ad sustinendum infinitas mortes.* O inauditum tormentorum desiderium! O inexplicabilem Dei Filii, erga ingratos homines charitatem!

XXVII. *Inclinato capite tradidit Spiritum.* Mi J E S U quid agis, quod te inclines ad Crucifixores tuos? annon-

vides sub Cruce consistere impios Judæos, crudeles car-  
nifices, populum nequam & rebellem, populum de quo  
apud Prophetam conquereris. *Populus ad iracundiam*

*provocans est : filii mendaces : filii nolentes audire legem Dei.*  
*Qui dicunt : auferte à me viam , declinate à me semitam , cessest à*  
*facie nostra sanctus Israël. Et tu ad hunc populum te con-*

*Ierem. 15. v. 1.* *vertis ? Annon per alium Prophetam dixisti ; Non est ani-*

*ma mea ad populum istum : ejice illos à facie mea. Nos oculos*  
*& vultum à nostris inimicis avertimus ; tu benedictum*  
*vultum tuum in quem desiderant Angeli prospicere a-*  
*vertis à Patre avertis ab Angelis, avertis à cœlo, & conver-*

*vertis ad terram, convertis ad populum omnis humanitatis*  
*expertem ? Ah ! audite Christiani quid ad hoc pers. Laurenti-*

*S. Laur.* *ii. Justiniani calamū respondeat Salvator : Plus eorum ani-*

*Iust. de tri- mas quam corporis mei pendo salutē. Nam et si cruciatus quem pa-*

*umph. ago. c. 17.* *tior mibi gravissimus est , eorum tamen acerbior mibi est perditio.*

*Inclinat ergo caput, & offert inimicis suis osculum pacis.*

XXVIII. *Inclinato capite tradidit Spiritum. Tam citò Filius.*

*Oculos in terram deiicit, qui paulò ante sublatis in cœlu*  
*oculis amantissimum allocutus est Patrem ? Commendavit*

*I. Cor. 15. illi animam & caput in terram inclinat ? Secundus homo de*  
*cœlo cœlestis, non debet corpus suum terræ ; quia Non da-*

*bit sanctum suum videre corruptionem. Quid ergo insolita hæc*

*portendit inclinatio ? Michaëlis Calvò ingeniosa est con-*

*Micb.* *consideratio dum alloquitur Salvatorem : Si animam Patri*

*Catv.* *cœlos incolenti commendas , cur animam inclinatus exhalas ? Au-*

*Cone. 6.* *udi miser peccator, fato proximus oculos pios in cœlum vertit, ut*

*Quadr.* *animam Patri recommendaret , sed ut eum in Hebræos iratum, &*

*fer. 2 dom.* *morti perpetuae eos designantem vidit, vultu tam terribili & con-*

*I. assumpt.* *spetu tam tremendo Judicii irati percussus est ; ut caput declina-*

*I. n. 10.* *ret ; oculos deiiceret , & sic mori vellet. Nam intuitum Dei*

*S. Aug. in* *irati pœnam intolerabilem , & solis damnatis propriam judicavit.*

*Encycl.* *Cui discursui occasionem dedit effatum illud D. Augustini :*

*Pœnam videndi Deum ut Judicem iratum damnatis reli-*

*quit. Cavete qui ad horum numerum properatis.*

XXIX. *Inclinato capite tradidit Spiritum.* Judex futurus vivorum & mortuorum à vivis auspicatur judicium. Circumstabat populus Judaicus, circumstabant gentiles, qui signis & miraculis non credebant. His vultum suum obvertit, & cum nollent tam miserando asperitu moveri ad compassionem, impulsi sunt ad timorem. *Aspicient* ( inquit per Prophetam ) *ad me quem confixerunt* : *Zach. 12. v. 10.* non ut plangent, sed ut timeant; non ut lugeant, sed ut luctum in judicio futurum prægustent. Etenim ut prædicabat Moyses : *Erit pendens vita tua ante oculos tuos, & timebis die ac nocte, & non credes vita tue.* Prorsus ut Cain occiso fratre Abele, cui Deus illam pœnam injunxit, ut secum circumferret tortorem conscientiæ, & posuit in eo signum ne quis eum interficeret; ut vagus & profugus, & tremens super terram ante oculos semper haberet ac aspiceret in quem confixit. Unde Chrysostomus eum in persona Dei alloquitur : *Extendam vitam tuam majorq; inde tibi dolor erit, & relinquam te posteritati Magistrum, ut tui speculum tui sit admonitio, & castigatio.* Et paulò infra : *Discant omnes qui gementem & trementem videbunt, & quasi clamantem, & omnibus dicentem : Nullus talia audeat.* Ausi tamen sunt Judæi, & verum Abelem per invidiam occiderunt, unde eandem cum Caino pœnam adhuc sustinent : vagi & profugi super terram, & trementes *aspiciunt in quem confixerunt*, obversantem habentes ante oculos quasi umbram veri Abel, sive ut Paulus loquitur sanguinem ejus clamantem. *Testamenti novi mediatorem JESUM & sanguinis aspersione melius loquentem quam Abel.* Chrysostomus legit : *Mortuus Abel adhuc loquitur.* Ita est : *Verus Abel in Cruce mortuus adhuc loquitur*, postquam Inclinato capite tradidit Spiritum : ipsa inclinatio capitis loquela est, & exprobratio sceleris. *Isti* ( inquit S. Leo ) *nihil in Christo Domino præter facimus suum cogitare potuerunt : habentes timorem non quo fides vera justificatur, sed quo conscientia iniqua torquetur.* Adverte o peccator ne tibi inclinatio

*S. Chrysostomus hom. 19. in Gen.*

*Hebr. 12. v. 24. Chrysostomus cit.*

tio capitis Domini J E S U sit in terrorem potius, quam in solatium: in poenam potius, quam in gratiam; in ruinam potius, quam in salutem. *Respite in faciem Christi tui, ut poeniteas, non ut timeas.* Mortuus Abel adhuc loquitur.

*XXX. Inclinato capite tradidit Spiritum.* Triumphantis hæc videtur fuisse species, qui cum pedibus calcare non posset hostium Spolia, calcavit spiritu, & ostendit uno quasi oris sui anhelitu debellatas aereas potestates, mundum, mortem. Fallor, si hoc abludit ab ingenio Magni Athanasii; cuius illud effatum est: *Inclinato capite emisit Spiritum triumphantem, cum omnia amaritudinis flumina abesse aspiceret.* Cum bello confecto jacerent hostes suppedanei, cum gloriosus Athleta illis infrappositis victoriae trophyæ monstraret, in capite spinas, in manibus & pedibus clavos, in corpore Crucem, cum certaminis testes cicatrices ostenderet velut exprobrans: *Ubi est mors Victoria tua? Ubi est mors stimulus tuus?* Stimulus autem mortis peccatum est; cum ante faciem ejus iret devicta mors, egredetur diabolus ante pedes ejus catenatus. Sic cœlestis Athleta noster emisit spiritum triumphantem.

*XXXI. Inclinato capite tradidit Spiritum.* Post tam multas & ingeniosas Inclinati capitis benedicti JESU haec tenus productas contemplationes, reliquas silentio præteribo, quas nonnulli tam acutè, quam devotè excoigitant, & velut missilia vibrant. Hos inter novellus Seneca paucis multa complexus inquit: *Mortem ad se accedere formidantem, quando ultra voce non poterat ad vocans nutu ad se de tellure venienti prona facie, quasi osculaturus occurrit.* Gravitate suscepti oneris viduum caput ruens in pectus pondere suo nimium elatos oppressit. Abeuntem ad Inferos secuta cervix est quoad potuit. *Nisi altero fixo non solvebatur amicitia inter tales.* Patre spectato ad seipsum conversus origini sue, ubi se vidit ita dissimilem, exhausit animam vis pudoris. Inter latrones de gazis sollicitus, quas superesse sibi sciret in pectore, conversus eo est

eo est custodientis in morem: depositum tamen hæc ipsa tanta sollicitudo detexit: apertum latus est, & egenorum traditum in usus. Dubites etiam an ad stagnantes inibi aquas admodum vere fitiens labia voluerit. Judicem Mundi vel mortuum scias in tellurem intendere: attendit ille de specula quidquid peccas. Sopitum si putas, cave ne audias aliis illum dormire, non tibi. Hæc & plura prætereo ad finem dictionis decurrens, & verbis sacri textus insisto: *Dixit consummatum est: & inclinato capite tradidit Spiritum.* Inquit Evangelista: quasi diceret: *Quia consummatum est opus redemptionis humanæ inclinato capite tradidit Spiritum.* Sed quomodo consummatum? per omne genus humanarum passionum teste S. Hilario, qui disertè in *S. Hilary.* hunc locum: *Unigenitus Dei ad peragendum mortis sue Sa-* lib. 10. de *eramentum consummasse se omne genus humanarum passionum te-* Trin. *statur, cum inclinato capite emisit Spiritum.* Huius sententiæ occasione proponit D. Thomas quæstionem: *Utrum Cbris- D. Tho. 3:* *stus omnes passiones sustinuerit: & concludit: Secundum genus p. q. 46. a.* *passus est omnem passionem humanam: Quæ licet fusè deducere conatus sit; enumerare tamen omne genus pas-* sionum non potuit. Unde commentator eius Cajetanus *Cajet. 16.* adscribit: *Ad pelagus passionum barum contemplatio ingressum dans, nova semper adiicit.* Passio Christi immensum est pelagus, quod exhaudiri non potest. Consumuntur prius omnia ingenia, priusquam consumment, quod in hac *Passione Consummatum est.* Quod Christus dixit *Consummatum est triplicem habere potest sensum, quorum nul-* lus potest exhaudiri. *Consummatum est* ( ait S. Thomas ) *D. Tho. in* potest referri *vel ad consummationem Passionis, vel ad consum-* c. 2. ad *mationem sanctificationis, quæ est per Passionem & Crucem eius,* Hebræ, *vel ad consummationem scripturarum.* De primo loquitur S. Paulus: *Decebat in gloriam auctorem salutis eorum per passio-* Hebr. 10. *nem consummari.* De secundo idem Apostolus: *Una enim Idem ib.* oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos. De tertio *Luc. 18.* ipse Christus locutus est: *Consummabuntur omnia que scripta sunt per Prophetas de Filio hominis.* In omnibus his Sacra Peregrinatio. E e expli-

explicandis laborabunt ingenia, quamdiu erunt ingenia.  
Et quod dicebat S. Chrysostomus universem de inexhausto  
fonte scripturæ sacræ, nobis licet dicere de fontibus Sal-  
vatoris in Cruce apertis. *Larga fontis huīus ubertas. Etiam*  
*qui ante nos fuere pro viribus suis aquas inde hauserunt: & simi-*  
*liter qui post nos futuri sunt, idem attentabunt: neque sic eva-*  
*cuare poterunt.* Idem dixeris de scripturæ parte quæ est  
Passio Christi consummata quando *Inclinato capite tradi-*  
*dit Spiritum.*

XXXII. *Consummatum est ergo;* nec plus valet eloquii  
humana lingua, quam Filius Dei dicto simul & facto ex-  
presserit sacratissimi capitinis inclinatione dum clamans  
*Consummatum est exspiravit.* Hoc passionis compendium  
& summaria recensio est. Sponsa in Canticis, nominat  
*Fasciculum amoris.* David in Psalmis modò vocat limum  
profundi: *Infixus sum in limo profundi.* Modò aquas in-  
trantes usque ad animam: *Intrauerunt aquæ usque ad ani-*  
*mam meam.* Modò dolores mortis & inferni: *Circumdederunt*  
*me dolores mortis, dolores inferni circumdederunt me.* Isaias duab'  
vocibus satis se putat dixisse, cum Christo nomen imponit  
*Vir dolorum.* Quasi imitans Timantem pictorem de quo  
Plinius: *Eius est Iphigenia oratorum laudibus celebrata, qua-*  
*stante ad aras peritura cum næflos pinxitisset omnes, præcipue*  
*patruum; cum tristitia omnem imaginem consumpsisset, patris*  
*ipsius vultum velavit, quem dignè non poterat ostendere.* Ita  
prorsus Evangelista, imò ipse moriens Christus, quasi  
velum passioni suæ prætendens, quam verbis explicare non potuit, *dixit Consummatum est, & Inclinato capite traxit Spiritum.* Ita Isaias uno quasi verbo: *Vir dolorum,*  
*quem dignè non potuit exprimere.* Passi sunt alii ab amicis  
ut Job, alii ab inimicis ut Machabæi, alii à domesticis,  
alii à peregrinis; sed de his solum dici potuit *Vir doloris.*  
Passi sunt alii in animo, alii in corpore, & hi quidem in  
uno, alii in alio corporis membro, singuli fuerunt: *Vir*  
*doloris.* Solus Mundi servator dici debuit non tantum  
*Vir*

*S. Chry-*  
*soft bom.*  
*2. in Gen.*

*Cant. 1.*  
*Psal. 68.*

*Psalm. 17.*

*Isai. 53.*

*Plin. lib.*  
*35. c. 10.*

*Vir doloris*, sed quia omnes dolores tulit *Vir dolorum*. In quæ verba eleganter D. Augustinus : *Ne forte putares ( inquit ) magnitudinem doloris patientis fortitudinem peremisse : dolores innumeros audis, & tamen in omnibus virum : hoc est summa patientia cuncta constantissime tolerantem.* O virum ! ô dolores ! ô pelagus immensum miseriarum ! sed longe maius pelagus misericordiarum quæ absorbent omne pelagus miseriarum.

**X X X I I I .** *Inclinato capite tradidit Spiritum.* Pace tua Servator mi dictum esto : Tu dixisti *Consummatum est* : negat Apostolus totum adhuc Consummatum esse. Credo tibi ; explico Apostolum ; qui ait deesse adhuc aliquid Passioni tuæ, nondum omnia consummata esse, quæ ad tuam requiruntur passionem. Quorsum enim illud pertinere arbitrer : *Adimpleo ea quæ desunt Passionum Christi in carne mea*, nisi ut insinuet deesse aliqua tuæ consummationi. DEI & Filii DEI perfecta sunt opera, quid igitur deest ? Multum sanè deest ex parte Pauli , ex parte mea, ex parte Auditorum meorum. Nostrum est adimplere quæ desunt, quæ sine nobis adimpleri non possunt. Audite super hoc Caietanum : *Dicendo adimpleo in carne mea, & quæ desunt passionum Christi, significatur quod deest illi conjunctio ipsius cum afflictionibus nostris.* Addo ergò viceversa : quod deest illi conjunctio nostra cum afflictionibus ipsius. Ah ! Christiani dicamus cum Paulo : *Christo confixus sum Crucis.* Pro me passus est Christus ; volo igitur & ego pro nomine ipsius pati, configi Crucis ipsius , adimplere quæ desunt passionum ejus : *Per patientiam curramus ad Hebr. 12. propositum certamen aspicientes in authorem fidei, & consummationem JESU M.* Ipsi jungamur per compassionem , per tolerantiam adversitatum, ut adimpleamus, quæ desunt, quæ à nobis adimpleri desiderat : *Si passio Christi ad memoriam revocatur, nihil adeò durum est, quod non equanimiter toleretur,* inquit S. Gregorius. Non petit à nobis ut patiamur quod ipse passus est, additamentum solum petit, ut

*August. in  
I. i.*

*Colos. 1.  
v. 24.*

*Cajet. in  
Ep. ad Cor.  
l. off.*

*Gal. 2. v.  
19.*

*Hebr. 12.  
v. 1.*

*S. Greg.  
ap. Picinell  
in Mandib.*

compatiamur, ut feramus æquo animo, quod necessaria  
riò nobis ferendum est : additamentum petit, ut ejus tor-  
menta subinde contempleremus, & recogitemus amoris  
magnitudinem quæ eum ad ignominiosæ mortis suppli-  
cium induxit ; ut incalescamus ignibus ipsius immensi  
amoris. *Ecce quomodo moritur justus*, ecce quomodo in-  
clinato capite spiritum tradit, ecce quomodo nobis re-  
fiduum etiam è latere sanguinem stillat: pallent genæ, li-  
vescunt oculi, totum corpus sanguine manat, membra  
omnia obrigescunt. An forte minus humanitatis in no-  
bis est quam Crucifixoribus, quam in Centurione ? an

*Mattb. 27.* minus pro nobis est passus, quam pro illis ? *Centurio au-*  
*tem, & qui cum eo erant custodientes JESU M, viso terremo-*

*tu, & bis quæ siebant, timuerunt valde dicentes : Vere Filius*  
*Luc. 23.* *DEI erat iste.* Sic Matthæus : At Lucas : *Omnis turba eo-*  
*rum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant que sie-  
bant percutientes pectora sua revertabantur. Et nostræ manus*

*S. Tho. de Vill. Conc. 3. Dom. 27. post Pentecost.* *cordibus duriora ? Si adhuc in amando frigidus inveniris, du-*  
*riorem te lapidibus esse ostendis, siquidem ad tantæ dignitatis con-*  
*spectum durissimi lapides confracti sunt, & qui sensum non habent,*  
*sensum ostenderunt, ut attendas quid facere teneantur hominum*

*corda, si tantum pondus amoris, neq; rupes ipsæ sustinere value-  
runt. Ait S. Tho. de Villanova. Eja Christiani ne Judæi  
& gentiles nobis ingratitudinem, & duritiam possint ob-  
iicere, & si tacuerint, ne lapides loquantur, flectamus ge-  
nua nostra, inclinemus capita nostra, percutiamus pe-  
ctora nostra *aspicientes in authorem fidei & consummatorem JE-*  
*SUM, & clamemus unanimiter, ex veræ compassionis  
affectu Jesu ! Jesu ! Jesu ! Miserere ! per acerbissimam  
passionem tuam Miserere ! per quinque vulnera tua Mi-  
serere ! per mortem tuam Miserere ! *Consummatum est. Fi-*  
*natum est sacrificium : sacerdos in æternum seipsum ob-  
tulit in victimam. Consecratio facta est in ultima cœna,  
elevatio in defixione Crucis : *Agnus DEI qui tollis peccata****

mundi miserere nobis. Nunc consummatum est, Ite Missa est. Restat benedictio, & en Inclinato capite tradidit Spiritum & benedixit nobis : respondeamus nos Deo gratias.

## CONSIDERATIO XVIII.

*Pro Feria VI. In Parasceve.*

### EXSPIRATIO.

#### THEMA.

*Justus perit, & non est qui recognitet. Isai. 57.*

#### SYNOPSIS.

I. *IESUS moritur ! si nescis quid sit Jesus quere ex Sponsa Salomonis.*

& dicet quod sit oleum effusum, fasciculus myrrae, botrys Cypri, que-  
re ex Origene & Bernardo & di-  
cent tibi.

II. *Si bene intellexeris recognitabis cum passioni de votis per varios de-  
votionis actus gratiam tibi exhibi-  
bitam & compungeris.*

III. *Creatura universa ejus morte  
movetur ; flevisset Deus, si potu-  
set, flevit Deus-homo ; & omnis ho-  
mo non diluit multuatis ab ipso la-  
crymis peccata sua.*

IV. *Sol collaborat laboranti, Luna  
abhorret prophanatum festum Ju-  
daicum, terra concutitur sentiens  
injustitiam mortis & excitans à  
sonno cæteras creaturas, finduntur  
saxa ut lapident Synagogam, &  
corda nostra non scinduntur ! ve-*

*lum templi scinditur & non est qui  
recognitet !*

V. *Pudeat non compati rationalem  
hominem cum irrationalia compa-  
tiuntur, & si magna cum sanctisa-  
gere non possumus, exerceamus mi-  
nora cum eisdem. Vel solus eius  
affectionis nos potest mutare.*

VI. *Imitabor ego B. Magdalenam  
de Pazzis optantem clamorem qui  
per totum mundum audiretur, cla-  
mabo ad omnes hominum statim.*

VII. *Ad Reges & Principes ut reco-  
gitent Regnum Regem morientem,  
uti multi ex ipsorum numero reco-  
gitarint.*

VIII. *Ad Prelatos & Ecclesiarum  
rectores, ut sue memores vocationis  
recognitet, quem quotidie in sacri-  
ficio incremento immolant.*

IX. *Ad divites, ut recognitent egenum  
propter*

propter se factum cum esset dives,  
Et discant ab eo liberalitatem in  
egenos.

X. Ad pauperes, ut eius exemplo  
equo animo ferant rerum inopiam,  
Et in ipso omnem suam necessita-  
tem reponant.

XI. Denique ad omnes Christianos  
cuiuscumque status ut ingemiscant,  
cum audiunt: Jesus moritur.

XII. Sed frustra hoc ago, quia non  
est qui recogitet. Ad Iudeos Et  
crucifixores me verto, eorumque  
miror insaniam.

XIII. Etiam hos frustra alloquor,

quia hi Judei, hi Crucifixores sunt  
Christiani, qui enim indignissimè  
tractatum crucifixerunt.

XIV. Nullus audet gloriari se absen-  
tem tunc fuisse cum Cruciferetur  
Christus: instrumenta Passionis e-  
ius fuerunt nostra delicia; nos illum  
occidimus.

XV. Id ss. Augustinus Et Bernar-  
dus agnoverunt; quorum monito  
obsequentes recognoscimus, quia Ies-  
sus moritur! Si homines sumus,  
hoc ad homines satis dictum est: Ies-  
sus moritur!

### Inclinato capite tradidit Spiritum. Joan. 19.

#### I.

**E**SUS moritur! Jesus moritur! Audisti ne  
dō homo? Num aures tuas transverberat  
hæc vox? JESUS moritur! Scisne quis sit  
JESUS: Interroga sponsam, & ex illa audi-  
es: Oleum effusum nomen tuum: Oleum, quod  
in lampade ipsius animæ accensum mun-  
di tenebras dissipavit: Oleum, quod amoris igne con-  
sumi voluit; oleum quod vulnera Samaritani Ad æ curare  
debuit; oleum quo inunctus Dei Filius ad luctam cum  
dœmone se præparavit; oleum quod mixtum balsamo  
divinæ gratiæ, animas nostras exhilarat; oleum denique  
quod hodierna die impij Judei & gentiles ex Virgineo  
corpore Filij Dei in torculari Crucis expresserunt. Audies  
iterum: Fasciculus myrræ dilectus meus; Fasciculus quem  
ex horto deceptū duris funibus colligarunt satellites, &  
conculcarunt peccatores; Fasciculus ex amarissima Pas-  
sionis myrrha compositus mortuos à corruptione præ-  
servans; Fasciculus qui inter ubera sponsæ proxime ad

Cant. 1.  
v. 1.

Cant. 1.  
v. 12.

cor per assiduam dolorum eius contemplationem com-  
morabitur. Audies iterum *Botrus Cypri dilectus* <sup>Cant. Es-</sup>  
*meus* : quem merum nectar & ambrosiam stillantem,  
fustibus , pugnis , pedibus , flagris , malleis com-  
presserunt Judæi ; botrus ex quo pretiosissimus in læ-  
titiam liquor emanavit ; botrus cuius vinum salutem  
affert universo mundo ; botrus qui stillare nunquam cef-  
sat , nec sumptus consumitur. Hoc oleum , hic fasci-  
culus , hic botrus JESUS est. JESUS moritur ! Nondum  
intelligis quis sit JESUS ? Audi Originem , *Facile intelligi-* <sup>Orig. pre-</sup>  
*tiis quomodo multa bona sit JESUS.* *Vita bonum est ; JESUS* <sup>fat. in Io-</sup>  
*est vita.* *Resurrectio bonum est ; JESUS est resurrectio* , *Lux* <sup>annem.</sup>  
*mundi bonum est : JESUS est lux vera : Veritas , via , sa-*  
*pientia , potentia , thesaurus denique bonorum omnium JESUS*  
*est.* Audi etiam Bernardum cuius eloquia melle ma- <sup>S. Bern.</sup>  
nent. *Cum nomino JESUM , hominem mihi propono mitem ,* <sup>serm. 15.</sup>  
*& humilem corde , benignum , sobrium , castum , misericordem ,* <sup>in Cant.</sup>  
*& omni sanctitate conspicuum . & verè JESUM , qui saluet popu-*  
*lum suum .* Hæc vita necatur , hæc resurrectio hodie oc-  
cumbit , hæc lux extinguitur , hæc veritas false accusata  
damnatur , hæc via proculcatur , hæc sapientia exsibila-  
tur , hæc potentia opprimitur , hic thesaurus dissipatur ,  
hic denique JESUS Salvator moritur ! Jam ergò intelligis  
quid hoc sonet JESUS moritur !

II. Et tamen dum hoc audis persistit cor tuum indu-  
ratum , oculi sicci , pedes rigidi , manus otiosæ ! Ah quam  
inhumanum cor habes , quod in casu adeò Tragico & la-  
mentabili non disrumpitur præ dolore ! quam immobi-  
le pectus quod horrore ingenti non concutitur ; quam  
aridos oculos , qui non eliquantur in flumina lachryma-  
rum ; quam rigidos pedes , qui non flectuntur ad demis-  
sissimam reverentiam ; quam enerues manus , quæ non  
multiplicant pœnitentiæ ictus , & à feriendo pectore fe-  
riantur ! Ah ! vel unica seria cogitatio quod moriatur  
Dei Filius , vel duo verbula JESUS moritur sufficiunt , ut  
ratio-

rationali creaturæ animam , & spiritum intercludant !

*Ioh. Rbd in var. virt. bift. lib. 3. c. 2.* *Joannes à S. Maria ord. Minorum perpetuâ Christi dolorum cogitatione occupatus , cum profundissimo silentio stuporem quendam insolitum præseferebat , attonito similis , nunquam ridere visus , nunquam nisi necessario & cunctanter loqui auditus , ut quantum animo doleret , vultu proderet . Augustinus Japon tredecim annorum puer , quoties supremos Christi cruciatus ac mortem recitari audiebat , totus in lacrymas dissolvebatur . S. Philippus Neri , si vel solum Dominicæ Passionis nomen audiaret , illicò in suspiria & lacrymas adeò uberes diffuebat , ut interclusa faucibus voce loqui non posset . B. Leonora à S. Joanne Tertiæ ord. S. Francisci Virgo Granatensis ,*

*Idem ibi-dē. Sande in Christ. crucif. dec. 5. n. 7. Ibid. Dec. 6. n. 2.* *Gonzag in Gonzag. P. 3. de Orig. Se- raph. marc. clyssi. p. 3. Cbron. Min. lib. 5. c. 37. Doza p. 4. Chrou ad an. 1600.* *Scrapb Marian. lib. 6. c. 28.* ex assidua meditatione Passionis Dominicæ , & per uberes lacrymarum profusiones visum perdidit , læta offerens Crucifixo illud è suo peculio , quo nihil post vitam homini in vita est charius . B. Christophorus Crivelli contemplationi mortis & Passionis Christi adeò se dabat , ut fuso ingenti lacrymarum profluvio , nonnunquam in terram cadens velut mortuus reputaretur . B. Francisca à Crucifixi acerbissimos perpenderet sæpè velut exanimis corruerat . Etnos cum audimus Jesus moritur ! ne quidem ingemiscimus ! *Justus perit , & non est qui recognitet in corde suo.*

III. Universa creatura cohorrescit ad tam inauditum spectaculum in monte Calvariae . Cœlum atro & lugubri pallio se vestit excluso omni lumine . Sol obtegnebratur horrendâ eclipsi ; luna expallescit & condit lumen suum : stellæ absconduntur . Terra ingenti motu concutitur ; rupes & saxa diffiliunt ; mare intumescit : sepulchra panduntur , mortui prodeunt & per compita vagantur , velum templi scinditur : omnia plena sunt luctu , mœstia , metu , tremore , dolore , turbatione , quia *Iac. de vo- trag. serm. in Quadr. Jesu moritur ! Audet addere Genuensis Episcopus : Fle- visset si possibile esset Deus : videns Filium suum tum ignominiose tra-*

tractari. Flevit tamen Deus - homo priusquam exspiraret, non suos dolores, sed miserias nostras. *Preces supplicationesque cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia*, ut loquitur Apostolus : ad quæ verba *Ubertinus de Casali* : *In patibulo Crucis abunde flevit Ubert de Christus* : quod declarans Apostolus *ad Hebreos* dicit : *Cum clamore valido & lacrymis seipsum offerens. Quod si lacrymæ (sicut credendum est) responderunt clamori vocis, non solum flevèrent illi pīj oculi, sed fontes fuerunt irrigui lacrymarum. Flevit imò toto corpore, ut meditatur Bernardus : Christus non s. Bern. fuit contentus lacrymis oculorum, sed totius corporis Janguineis lacrymis peccata nostra fere & lavare voluit.* *Flevit sanguineas guttas per vulnera corporis; flevit lacrymas per oculos & vulnera cordis.* Flevit videns homines morientes in peccato, non seipsum morientem in Cruce propter hominum peccata. Flevit magis mortalium in malitia obstinationem, quam crudelem sui corporis Crucifixionem. Flevit magis quod ego de meis peccatis non doleam, quam quod ipse tantum doluerit pro meis peccatis. Flevit magis quod ego affixus haerream vitiis & malæ consuetudini, quam quod ipse Cruci fuerit acclavatus. Flevit denique quia ego non leo, flevit ut ego fierem. Ah si arescunt oculi nostri, ad hunc largifluum lacrymarum fontem morientis Jesu accurramus, & mutuatis ab ipso lacrymis diluamus peccata. *Omnis Ubertus. C. mens devota fere cupiens bauriat ibi aquas de fontibus salvatoris.* *sal. cit. I. monet allegatus Ubertinus. Et non est qui recognitet in corde suo.*

**IV. Ades peccator : repeto : universa creatura cohorrescit ad tam lugubrem Tragediam, ad tam luctuosam catastrophen, quæ hodie agitur in totius mundi theatro, in scena montis Golgothæi. Adeone ferum & in marpesias cautes duratum cor habes, ut non ingemiscas, ut exemplo irrationalium creaturarum non morearis ad compassionem? Ecce universale mundi lumen**

*Matth. 27.* sol absconditur ne intersit occasui veri solis Justitiae. *Tene-*  
*Gloss. in-* *bre factæ sunt sunt super universam terram*, inquit Evangelista, ubi Glossa interlinearis adjungit: *Sol fugit, quia non*  
*terri-* *poteſt videre mortem Christi, & collaborat laboranti.* Ecce Luna nigrescens negat lumen suum, & lucis suæ plenitudinem tenebris implet, ipso præcipuo Judæorum festo, quod tam immanni scelere advertit prophanari. Stellæ se abdunt, & exhorrescunt inhumanam rabiem gentilium carnificum, & invidæ Synagogæ. Terra ingenti motu contremiscit ob crudelem injustitiam, quâ Dei Filius ad ignominiosam mortem condemnatur. *Tremuit*

*S. Bern.* *terra* ( inquit Bernardus ) *moriēte Christo, ut sentiretur in*  
*jer. de Pas.* *universo orbe terrarum injustitia mortis ejus.* Quasi diceret.  
*slo.*

*Ssp. 5.* *Concūtitur terra, ut universam creaturam à somno ex-*  
*citetur, eamque moveat ad justam de impiis sumendam*  
*vindictam, juxta promissum sapientis: Armabit creatu-*  
*ram ad ultionem inimicorum, & pugnabit cum illo orbis terra-*  
*rum contra insensatos.* Et ecce aperitur terra, quasi prompta recipere & deglutire impios Deicidas. Ecce rumpuntur saxa, ut lapident sacrilegam synagogam, quæ audi-

*Joel. 2.* *re noluit Prophetam monentem: Scindite corda vestra.*

*S. Ambros.* Unde exclamat Ambrosius: *O duriora faxis pettora Judæo-*  
*lib. 10. in rum! funduntur petræ, sed corda durantur: horum immobilis du-*  
*Luc.* *ritia manet orbe concusso.* Ecce intumescunt, & in fluctus

*S. Leo Jer.* *affurgunt maria, quasi parata novo diluvio ingratum*  
*4. de Pas-* *mundum involvere.* *Cum facinus impium omnis sui confusio-*  
*ficio.* *ne creatura damnaret, & manifestam in reos sententiam ipsa ele-*  
*menta proferrent: quis vobis animus Judæi, quæ conscientia fuit?*

*Theophyl.* *querit S. Leo Papa. Ecce velum templi scinditur, & de-*  
*Com. in* *testatur immane scelus Judæorum. Quod in calamitatibus so-*  
*Matth.* *lent facere Judæi, cum uestes dilacerant, hoc & templum quasi ani-*  
*matum esset, fecit; compatiens conditori suo patienti, & uestes suas*  
*distrumpens: inquit Theophylactus. Et non est qui recogitet.*

V. O admirandos, inauditos, & vix humano intellectui perceptibiles casus! Verus Deus & homo me-  
*dijus*

dius inter latrones in cruce pendens *JESU S moritur!* Congemiscit natura , & dolorem suum admirandis testatur prodigiis : lugent creaturæ omnes ; solus homo princeps creaturarum omnium, est durior petris, immobilior terra , insensibllior sideribus ! *Omnis creatura* (ut lamentatur Hieronymus) *omnis creatura compatitur Christo morienti* : *sol obscuratur*, *terra morvetur*, *petrae scinduntur*, *velum templi dividitur*, *sepulchra aperiuntur* : *solus miser homo non compatitur*, *pro quo solo Christus patitur* ! Ah Christiane Auditor pudeat à ratione parentibus superari. Si vel scintilla est humani affectus in tuo corde erga hominum Creatorem , amoris erga benefactorem , gratitudinis erga Redemptorem , provoluere ad crucem JESU morientis , & si cum mulieribus devotis , quæ à longè stabant spectatrices inauditæ Tragœdiæ , lacrymari copiose non potes . & ex aridis tuis oculis aquas elicere ; potes saltem optare cum Jeremia : *Quis dabit capiti meo fontem lacrymarum*, & plorabo. Si non potes in corpore tuo portare stigmata Crucifixi JESU cum S. Francisco Scaphico , cum S. Catharina Senensi , cum B. Lucia Ferrariensi , cum B. Gertrude Oostensi , cum S. Lyduvina & aliis ; potes saltem cum S. Elzeario per devotam contemplationem hærere in latere Christi, qui quærenti suæ Delphinae conjugi quid ageret ; rescripsit : *Ego me detineo in latere Christi JESU*, *bis me quære*, *videbis quid egam*. Si non potes cum S. Brigitte diebus Veneris liquefcentem ceras distillare supra nudum brachium, potes saltem cum B. Agneta Ordinis Minorum quotidie devotè exclamare centies : *JESU S amor meus Crucifixus est*. Si non potes cum B. Dorothea Ord. Servitarum petere & impetrare à Deo ulcera in brachijs , & exinde morbum decennalem in honorem morientis JESU ; potes saltem cum B. Hermanno frequentius repetere flexis humili genibus : *Adoramus te Christe & benedicimus tibi*, *quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum*. Si non potes cum S. Ludovico e. 65, *S. Hieron. in Matth.* *Barry in Anno Sand.* *Vita S. Brigitte.* *Chron. Dominic. P. I. lib. I.*

Rege singulis diebus Veneris nudipes incedere , ac ne  
alii advertant, novo genere calceamentorum excisis fo-  
leis uti ; cum S. Ludovico Episcopo Tholosano quotidiè  
expansis in Crucem brachiis orare ; cum Venerabili Joanne de S. Guilielmo Augustiniano supra angustum & bre-  
ve lignum alligatus honori Christi in Cruce morientis  
dormire ; cum aliis felle potum miscere , nodosis flagel-  
lis corpus diverberare , per biduum ab omni cibo absti-  
nere ; potes saltem cum Alessandro Luciagho saepius in  
die formare Crucem in fronte , ore , & pectori , adii-  
ciendo : *JESUS Crucifixus fit in cogitationibus meis : JESUS Crucifixus fit in Verbis meis : JESUS Crucifixus fit in operibus meis.* Potes honoris morientis IESU saltem of-  
fensas remittere , & inimicis tuis reconciliari ; potes de-  
testari peccata propter quæ *JESUS moritur* ; potes fir-  
mo proposito cessare ab aliqua mala consuetudine , po-  
tes saltem ex corde suspirare & veniam petere & remis-  
sionem peccatorum à IESU moriente , ac dicere *JESU*  
misericordia animæ meæ peccatricis : potes denique saltem  
fixis oculis intueri effigiem *JESU* in Cruce morientis.  
Solus huius aspectus saepè miras exhibuit animi muta-  
tiones. Catharina de JESU Carmelitana unico intuitu  
Crucifixi , cum esset prius vana juvencula , sic illustrata  
& immutata est , ut voverit Virginitatem patienti suo ser-  
vatori , & S. Franciscus dicere solebat : *Christum afficere  
in doloribus id est in lecto Crucis , sufficiens mibi occupatio &  
consolatio foret , usque ad finem , si Deus tamdiu prorogaret vi-  
tam.*

*Vita S.  
Franc.*

*S. Chrys.  
ap. Bałcz.  
To. 1. in  
Evang. li.  
4. c. 5. §.  
34.*

VI. S. Chrysostomus describens Sanctissimum virum  
Miletium moribundum in eas erumpit voces : *Quis susti-  
nuisset videre Beatum illum extremum emittentem Spiritum ?  
quis sustinuisset videre illa supercilia oculorum deprimi atque clau-  
di , & mandata edere novissima ? Quis haec afficiens non à se di-  
scessisset magnitudine calamitatis ? Hæc Chrysostomus de pu-  
ro homine , quanto potiori jure nos de Deo homine ?*

*Justus*

*Barry sup.  
cit.*

*Justus perit & non est qui recognoscet.* Imitabor quantum licet *Isai. 57.*  
*B. Magdalena de Pazzis*, quæ frequenter Crucifixum  
manu gestans discurrebat per Monasterium, & modo  
forores alloquebatur eum commonstrans : *Nescitis meæ Barry in*  
*forores, quod noster JESUS non sit aliud quam puriss. amor?* *Ann. Sand.*  
Modo ipsum Crucifixum : *O Domine da mibi tam fortē*  
*vocem, ut cum te amorem voco, vox mea ab ortu ad occiden-*  
*tem, & in omnibus finibus orbis usque ad inferos audiatur : ut*  
*omnes te ceu verum amorem cognoscant, ament, & gratias tibi*  
*agant.* Clamabo & ego, & alloquar omnes mundi sta-  
tus, Reges & Principes, Prælatos Ecclesiasticos & Sacer-  
dotes, nobiles & ignobiles, divites & pauperes, justos  
& injustos, ut recognoscant, quia *Justus perit, ut recorden-*  
*tur, quia JESUS moritur.*

VII. Ah ! Principes mundi emoliantur corda ve-  
stra ad tam dolorosum spectaculum morientis Regis Re-  
gum ! Videte pro Regia Corona gestat coronam spineam,  
pro sceptro arundinem, pro purpura suum sanguinem ;  
pro Regio lecto duram Crucem : ipsius pulvinaria sunt  
clavi ferrei ; regales epulæ spuma, fel, & acetum ; ipsius  
aulici duo latrones ; ipsius subditi, mœsta Mater, dilectus  
Discipulus, pœnitens Magdalena cum paucis aliis mul-  
ieribus ; ipsius salutationes, sunt Judæorum opprobria,  
subsannationes, blasphemiae. *Recognoscite eum, qui tales* *Hebr. 12.*  
*sustinuit a peccatoribus ad versus semetipsum contradictionem.* Et *v. 3.*  
non pudeat imitari magna exempla : Alfonsi Portugal-  
liæ Regis, qui congressurus cùm Ismaro Æthiopum Re-  
ge a Christo accepit scutum quinque sacris ejus vulneri-  
bus insignitum, cuius virtute felici potitus est victoriâ :  
Matthiæ Corvini Regis Hungariæ, qui a Turcis cæsus  
per Crucem quam semper secum gestare solebat salutem  
obtinuit. Cum enim ex prælio profugus in duos latro-  
nes incidisset, ac illi de Cruce inter se contenderent, ar-  
reptâ occasione gladium uni eripuit eumque confecit,  
alterum vulneravit. & salvus evasit : Ioannæ Reginæ Gal-  
*Bonfin.*  
*Hist. Hung.*  
*ad ann.*  
*1448.*  
*Barry in*  
*an. Sand.*

liarum Ludovici XII. Conjugis, quæ argenteos quinque clavos in capsula inclusos eminentibus cuspidibus proximè ad cor applicatos circumferebat memoriæ JESU Crucifixi : B. Joannæ Portugalliae Principis, quæ in agone sibi prælegi curavit Passionem Domini, & cum legeretur de colapho accepto, petijt sibi languens brachium elevari, & colaphum sibimet inflixit eo nisu, quo potuit, inquiens : *O Domine Deus ignosce famulæ tuæ peccata.* Sanctæ Elisabethæ Reginæ Portugalliae, quæ per hebdomadam pœnosam vilissimo vestitu induita procedebat in publicum. S. Hedwigis Ducissæ Poloniæ, quæ honori Passionis toto anno diebus Veneris jejunabat & abstinebat à vino ; cumque Dux maritus id prohibens gustasset aquam die quodam ipsi appositam, sensit esse præstantissimum vinum : Rudolphi Austriaci, qui Cruce pro sceptro usus cum homagium à Principibus Imperii susciperet ; Elisabethæ Austriacæ Viduæ Galliarum Regis, quæ Crucifixum affectuosius salutans meruit, ut se Crucifixi effigies ad illam converteret, uti hodieque Viennæ in Ecclesia Reginæ Angelorum conspicitur. Ferdinandi II. Austriaci, qui in gravibus necessitatibus ad Crucifixum genuflexus quæsivit auxilium. Prætero innumeros. Hoc fatis esto Rex Regum, Dominus Dominantium JESUS moritur. *Recogitate.*

VIII. Ah ! vos quoque sacri Antistites, Prælati Ecclesiarum Rectores. Sacerdotes, Religiosi & universus Clerus : Recogitate quia *Justus perit, & non est qui recognitet.* Ille videlicet qui vos *undâ oblatione consummat in semipiternum sanctificatus.* Recogitate, quod de Sacerdotii dignitate pronuntiat Philo Carpathius : *Ut collum capiti proximum est & inconiunctum, sic veri ministri Dei sacratissimo corpori & sanguini JESU Christi sanctissime adherent.* Recogitate vos illos esse, quos moriens Christus suæ potestatis hæredes scripsit, & destinavit per agendo sacrificio immaculato. *Pater omnifariam potestatem tradidit Filio: & Filius eamdem*

*Vasconc.  
tit.*

*Rho. in  
Annal.*

*Gans in  
Gynac.  
Austriac.*

*Lamorm.  
lib. 4. vita  
Ferd.*

*Hebr. 10.  
v. 14.*

*PhiloCart.  
passb. in  
Cent.*

dent omnifariam potestatem tradidit Sacerdotibus, ut loquitur Chrysostomus. Hinc sicut placuit dicere S. Cypriano: *Omnipotentia verbi transit panis in Corpus Christi.* Sic pari de dignitate ratione licet dicere: *Omnipotentia verbi communicata sacerdoti facerdoti transit panis in corpus Christi, & quotidie in illo sacrificio recolitur memoria Passionis ejus.* Recogitate quod vobis incruentum sacrificium celebrantibus vel maxime commendetur memoria Passionis ejus. Ea de causa Crucifixi imago in altari vobis statuitur, immo & in Missalibus libris repræsentatur, quod observans Innocentius Papa: *Inter Prefationem & Canonem, inquit, in plerisque sacramentarijs imago Christi Crucifixi depingitur, ut non solus intellectus literæ, verum & aspectus picturæ memoriam Dominicæ Passionis inspiret.* Recogitate quod hodie sacerdos in æternum, idem & victima *Justus perit, & non est qui recognitet.* Saltem vos cum devoto illo Religioso apud Cæsarium recognitate, & dicite: *Domine IESU per illam amaritudinem quam pro me sustinuisti in Cruce, maxime quando anima tua benedicta egressa est de corpore tuo, miserere animæ meæ in egressu suo.* Et cum ille obtinuerit per hanc orationem liberari à Purgatorii poenis, vos sperate liberari ab insidiis dæmonis, animari ad ritè peragendum injunctum vobis munus, corroborari in ministerio vocationis vestræ, sublevari in laboribus pro salute animarum suscepitis. *Non Hebr. 4.vi. enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris; tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.* Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ. Ad Crucem Jesu morientis, ut misericordiam consequamur, *& gratiam inueniamus in auxilio opportuno.*

I X. Ah! vos quoque divites mundi hujus vertite oculos vestros ad eum, in quo sunt omnes sapientiæ & scientiæ thesauri, ad divitias cœli & terræ, qui propter vos *egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis.* Ecce quomodo moritur justus; *Justus perit, & non est qui recognitet.* Recogitate ejus liberalitatem, qui dedit omnia

Innoc. III.

de myst.

Miss. lib.

3. cap. 2.

Cæsar. lib.

12. cap. 54.

Hebr. 4.vi.

Hebr. 4.vi.

15.

2. Corint.

8. v. 9.

*S. Bern.  
in Cant.  
fer. 15.* omnia sua pro nobis, qui manus ita explicatas habet ut voluerit eas acclavari ne in gratiis erogandis contrahi possent. *Quam dulciter Domine IESU cum hominibus versatus es! quam abundantanter multa & magna bona hominibus largitus es!* exclamat S. Bernardus: Manus explicatae & perforatae sunt Cornucopiæ non illud fabulosum Herculis quod Naiades omnium fructuum primitiis refertum Copiæ consecrarunt, sed quod in genus humanum effudit

*Tumao  
Genef. l. 3,  
num. 213.*

DEI Filius: *Christi manus ligno affixe non tam in supplicium, quam in Copiosissimum fructum extentæ sunt, quem ad nutriendos homines tanquam è Cornucopia de Cruce decerpit*: inquit bonus Scriptor. Explicate etiam vos divites manus vestras cum S. Ludovico Rege, cum S. Isabella ejusdem sorore, qui largam his diebus eleemosynam in pauperes & egenos profundebant, cum S. Roberto qui trecentos pauperes hac Hebdomada pœnosa pascens largissimis donabat muneribus. Audite Augustinum in persona

*S. August.  
de verb.  
Dom.*

Christi vos alloquenter: *Dicit tibi Christus: dñmibi ex eo, quod dedi tibi; de meo quero; da & redde: habuisti largitorem, fac me debitorem: temporalia mibi das, cetera tibi restituam.* Manus explicatae & perforatae è quibus ab omni parte quidquid habuit cum pretioso sanguine effudit, vobis exporiguntur & eleemosynam pro pauperibus petunt. *Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis mibi fecistis.*

X. Ah! etiam vos huc advoco pauperes, & necessitate domesticâ laborantes. Videte *Justus perit, & non est qui recogitet*. Sitit; non est qui potum porrigat: nudus est, non est qui operiat, languet; non habet ubi caput reclinet. *Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt fortem. Dederunt in escam meam fel & in siti mea potaverunt me aceto.*

*Psalm. 22.  
Psal. 28,  
Threno. 3.  
v. 1.*

*Ego vir videns paupertatem meam, queritur ipse apud Prophetas, quasi in Exemplum se vobis statuens, ut sciatis carere, ne careatis eo qui omnium donorum largitor est, Nullus adhuc eo paupertatis devenit,*

ut

ut in ejusmodi querelas auderet erumpere. Multis defunt multa, nulli omnia. Deum habes si nihil, Christus in Cruce etiam à Deo se esse derelictum clamavit. *Ju-Psalm. 36.*  
*nior sui, etenim senui, & non vidi justum derelictum.* Justus es & Deo dives eris. *Derelictus est Dominus, ne nos derelinqueremur* ait S. Cyprianus. Qui Deo dives est omnia possidet. *S. Cypria.*  
*Intelligas tamdu esse te pauperem, quamdiu non habes eum de Passio.* qui facit te divitem. Afferit Augustinus. Accurrite ergo *S. August.* pauperes, & recogitate procul à ditissimi vestri servatoris abesse vos paupertate. Sitis? haurite de fontibus Salvatoris: esuritis? Angelorum esca vobis in Cruce proponitur: Nudi estis? nuditate suâ vos Christus congettis: caretis lectulo? Crux est. De qua Bernardus: *Dul-S. Bern.*  
*cis mibi lectulus Crucis tue.* Et B. Angela de Fulginio inter excessus orationis solita est exclamare: *Laudo te dilectum, Bolland. in*  
*& in tua Cruce habeo lectum meum.* Nihil prorsus est quod *vita 4.Ion.* ad exigentiam humanæ necessitatis in moriente JESU non reperias. *Quid queris* (inquit Bernardus) *quod in il-S. Bern.*  
*lo non invenias? si agrotus es, Medicus est: si exulas, dux est: si Traist. de*  
*desolatus es, Rex est: si impugnaris, pugil est: si fitis potus est: si Passio. c. 5*  
*aluges, vestimentum est: si tristaris, gaudium est: si obtenebris,*  
*lux est: si orphanus es, pater est. Quid autem laboro? omnia quæ velle potes & debes, est Dominus JESUS Christus.* Recogitate ergo paupertate pressi, quorum quæ cœtris omnibus conditionem nascens, in mundo converfans, moriens amplexus est Christus, quia *Justus perit & non est qui recogitet.*

XI. Denique omnes præsentes æque ac absentes, nobiles ac ignobiles, magnos & parvos, senes ac juvenes, viros & mulieres, justos & peccatores alloquor: *Recogitate eum qui tales sustinuit tā peccatoribus ad-versus semet-Hebr. 12.*  
*ipsum contradictionem.* Philosophis implicat contradictionem quod impossibile est. Talem sustinuit servator meus contradictionem, quia passus est quæ puro homini pati impossibile fuit. Recogitate contradictionem: *Homo*  
*sacra Peregrinatio.* Gg factus

*S. August. factus* ( Augustinum loquentem auditis ) *Homo factus est*  
*ferm. de* *bominis factor*, ut sugeret ubera regens sidera, ut esuriret panis,  
*Nat. Dom.* *ut sitiret fons, dormiret lux*, ab itinere via fatigaretur, falsis  
*testibus veritas occultaretur, Judex vi-vorum & mortuorum a*  
*Judice mortali judicaretur, ab injustis justus damnaretur, flagel-*  
*lis disciplina cederetur, spinis botrus coronaretur, in ligno fun-*  
*damentum suspenderetur, virtus infirmaretur, salus vulnerare-*  
*tur, vita moreretur.* Quis hæc crederet possilia, nisi  
*facta fuissent, nisi Deus homo factus divinitatem mira-*  
*culis, humanitatem miseriis duo quasi contradictoria*  
*jungens comprobasset. Igitur anima mea cum audis*  
*J E S U S moritur! cum audis, Justus perit, & non est qui*  
*recogitet: recogita mirandam hanc contradictionem, &*  
*toto sensuum pariter ac cogitationum nisu defixa in mo-*  
*S. Bern.* *rientem J E S U M cum mellifluo Bernardo: Contemplare*  
*in planu.* *benè Dominum & salvatorem tuum. Contemplare benè in capi-*  
*te spinas, in auribus opprobria, in oculis fletum, in ore fel &*  
*acetum, in facie alapas & spuma; in collo colapbos, in naribus fœ-*  
*torem, in manibus & pedibus clavos, flagella in dorso, lanceam in*  
*pectore. Contemplare & ingemisce: J E S U S moritur!*

XII. Verum quid ego incasum oro, obsecro, mo-  
neo, clamo, exclamo, *Recogitate eum qui talem sustinuit*  
*contradictionem?* Perstamus duricordes, immobiles, sic-  
cis oculis, rigidis genubus, otiosis manibus, silentibus  
linguis, obstinati cordibus, & non est qui recogitet in cor-  
de suo. Converto me ad Judæos, ad gentiles, ad Cru-  
cifixores, ad Carnifices. Vos impii & scelerati, vos  
inhumani & crudeles canes, Tauri, Tygrides, & leo-  
nes adeòne vobis insanire placuit, ut ab innocentiae con-  
demnatione, sanctitatis oppressione, justitiæ extirpatione  
nulla vos potuerit retardare mansuetudo, nulla co-  
hibere commiseratio, nulla deterrere miracula? O in-  
felices & insensati! quem velut rebellem captivum du-  
xistis, est Princeps pacis; quem velut blasphemum pro-  
clamastis, est ipse Deus; quem velut malefactorem ac-  
cusas

cusastis, est vester benefactor; quem velut nocentem condemnastis, est ipsa innocentia; quem velut latronem suspendistis, est mundi Salvator; quem velut sceleratum occidistis, est ipsa sanctitas & vita mortalium. Quid egistis vecordes, & omni sensu humanitatis destituti? *Sanguis ejus super vos & super filios vestros.* Non vos tantum sed & filios vestros manet justissima Dei vindicta; semper infelices futuri in filiis & nepotibus vestris.

XIII. Quos verò ntinc alloquor? Judæos? gentiles? Crucifixores? Carnifices? Ah Christiani! Nos illi sumus Judæi, nos illi gentiles, nos illi tortores, qui Christum ex horto captivum abduximus; qui eum peccatorum funibus colligavimus, ad iniqua tribunalia deduximus, falso accusavimus, calcavimus, percussimus, irrisimus, conspuimus, flagellavimus, spinis coronavimus, condemnavimus, Cruci affiximus, & tandem occidimus. Tu avare & fœnerator illum vendidisti; tu acediose & inconstans in divino servitio illum deseruisti: Tu vanæ libertatis amator illum vinculis constrinxisti: Tu invide illum ad tribunalia pertraxisti: Tu mendax illum falsis testimonii onerasti: Tu delicatule & mollicelle illum proculcasti: Tu Pseudo-Politice illum subsan nasti: Tu proximi contemptor illum conspuisti: Tu luxuriose & impudice illum denudasti: Tu molestiarum osor & impatiens illum flagellasti: Tu superbe & tumide illum spinis coronasti: Tu ambitiose illum purpurā induisti: tu curiose alienorum scrutator illum veste alba donasti: Tu injuste Judex in illum mortis sententiam tulisti: Tu vorax & gulose illum felle & opprobriis saturasti: Tu ebrie & vinolente illum absynthio & aceto potasti: Tu prodige & illiberalis illi manus perforasti: Tu inquiete deliciarum venator illi pedes acclavasti: Tu sanguinarie illi latus aperuisti: Tu denique iracunde illum crudeliter occidisti. Uno verbo nos omnes vitam nostram in Cruce suspendimus, & ignominiosè extinximus.

XIV. Quisquis es, prodi sodes, ex toto hoc nu-

mero congregatorum , qui gloriari audieas te in monte Calvariæ , quando Filius Dei Crucifixus est non interfusisse ; te manus impias ad eum feriendum, Crucifigendum, occidendum non applicuisse : prodi sodes. Quid ? an non Christus ante mille sexcentos & plures annos passus est ? ubi tunc nos fuimus si illi intulimus manus ? ah longè proiectiores sumus ætate : num deses oblivio memoriā nobis sustulit delicatæ illius merendæ in Paradiso ? Nos nos omnes cum primis nostris parentibus ante quinquies mille, septingentos & plures annos dentes infiximus pomo ligni prohibiti , nos Dei legem transgressi sumus ; nos igitur etiam Christum in monte Calvariæ ligno affiximus , occidimus. Peccata nostra fuerunt instrumenta tormentorum Christi. Amplius aliquid ausim dicere: multi nostrū Christum immitius, crudelius & inhumanius tractarunt & vulnerarunt quam Judæi, quam Gentiles , quam Carnifexes , qui ipsum Crucis affixerunt. Etenim concedite mecum in spiritu mentis vestræ Hierosolymam , quærите ex singulis , qui ad actualem Crucifixionem concurserunt tortoribus. Quid tu operatus es ut Christus occideretur ? & respondebit unus : ego illum funibus ligavi ; aliud dicet : ego illum pedibus calcavi : fatebitur aliud , ego illum conspui : quin aliud : ego illi spineam coronam infixi : aliud ego flagellis cæcidi , ego clavos incusci , ego lancea latus aperui. Singuli particulare quid egisse deprehendentur , nullus erit qui hæc omnia simul exercuerit. Tu vero peccator, quoties lethali noxa te obstringis , toties repetis omnia illa tormenta , & omnibus illis , quantum in te est Christum excrucias. Tu illum ligas , conculcas , conspuis , verberas , flagellas , spinis coronas , illudis , blasphemas , Crucifigis , occidis , & quod varii diverso tempore contra illum egerunt , id totum in uno peccato colligis , & agis simul personam Judæ qui vendidit , Malchi qui colaphum impegit , Caiphæ qui blasphemum pronuntiavit , falsorum testimoniū qui accusarunt , Herodis qui ei illusit , Pilati

Pilati qui injuste condemnavit, eorum qui flagellarunt,  
eorum qui Crucifixi acclavarunt. Unus exerces quod multi.

XV. Neque hoc commentum meum existimes : magni Augustini fundata consideratio est, qui ad illa verba Joannis : *Tulerunt ergo lapides Iudei ut jacerent in eum,* *sic ad præfatum sensum ratiocinatur : Fortè dicitis malum serm. 44.  
fecerunt Iudei, qui eum lapidare voluerunt, & qui eum Crucifi- in Dom.  
xerunt. Scitote ac firmiter credite, quia hoc faciunt Christiani de Passio.  
hodie male viventes, eo quod tunc Christum vitiis persequuntur.* O quam pauci sunt in tanta multitudine Christianorum, qui JESU M non persequantur, & lapident, & occidunt. Sic Augustinus, cui manum porrigit Bernardus ingemiscens : *Cur addimus afflictionem afflictio : magis agoravant Christum vulne- fer. fer. 2.  
ra peccati nostri, quam vulnera corporis sui.* Et de Iudeis dis- Paschæ.  
serens addit : *In hoc fortè minus reprehensibles (Iudei) quam novi Crucifixores, qui manibus & verbis mortem illi accersunt, immortalem mortificant, in crucifigibilem crucifigunt.* Minus certè reprehensibles Iudeos existimat ipse Apostolus Paulus, quia inquit : *Si cognovissent, nunquam Dominum gloriam crucifixissent.* Peccatores vero Christiani cum Dominū agnoscant rursum crucifigentes Filium Dei, & ostentui habentes, excusationem non habent. Hæc nos scimus, legimus, audimus, credimus : hæc nobis saepius repetuntur, inculcantur, & memoriae repræsentantur, neque tamen desistimus a peccatis, non cessamus tormentare & crucifigere JESUM. Et non est qui recognitet in corde suo. Non est qui serio cum firme emendationis proposito compatiat Christo morienti. O homo attende (concludo verbis S. Augustini) O homo attende, & quantum vales recognita, quid ap. Obiciū. pro te datum est. Pro te enim gloria Patris illuditur ; speculum fol. 286.  
sine macula confunditur ; agnus innocens ligno suspenditur ; Magister pro te ceditur ; salus vulneratur ; Medicus infirmatur ; fons sicut patitur, vita pro te moritur. O homo ! si homo es recognita : JESUS moritur ! amplius dicere non possum. Ad hominem hoc satis dictum est. JESUS moritur !

\*\*\*\*\*

# ALLOCUTIO ACADEMICA

*In Parasceve.*

## TITULUS CRUCIFI XI. THEMA.

*Occidet Sol in meridie. Amos. 8.*

**Imposuerunt super caput ejus causam ipsius  
Scriptam.**

*HIC EST JESUS*

Matth. 27.

 Ceubuit æternus Sol in meridie , exeste lu-  
mina : nullus hodie de luminibus sollicitus  
sit Orator. Extinctum publicum Mundi  
lumen ne quidem in Epicedio admittit  
stellas. Deponite purpuratas epomides  
Theologi : Universi Domino pullata fune-  
bri amictu parentat Universitas. Cessent clamosa dispu-  
tantium iurgia : Verbum quod erat in principio apud  
DEUM, prolatum hominibus , sublatum in aërem , post  
septem verba conticuit : jam arcana tantum exigit spe-  
culationes. Fugerunt sydera : opticos recondite tubos  
Astrologi : non captatur per oculares insidias sol, qui ca-  
ptus est per crudeles insidias impiorum. Quæ mutuam  
ab eo lucem habuerunt stellæ , excesserunt cœli foro,  
quasi reæ repetundarum , cum reus peragitur *Lucis Au-*  
*thor.* Quiuscumque Peripatetici : sapiens viator pervenit ad  
termi-

terminum : hic relictis vestris terminis considete. *Anima sedendo fit sapiens.* Nullos hodie scribite Medici Aphorismos, omnia totius mundi symptomata unicâ potionē amari calicis sunt curata ; diem solum Criticum observe. At vos à quibus haec tenus silentium exigebam Academicī, laxate frenos singultibus, ingemiscite, suspirate. Multis illi titulis debemus hæc affectuum stipendia, quem uno vobis titulo ad mortis stipendum condemnatum exhibeo. *Hic est J E S U S.* Ordinem distinctionis non exigite, inter saxorum fragmenta frangetur oratio, & sine ordine subsultabit, ubi rerum omnium turbatus est Ordo. Clarus hodie Orator esse non possum relegatā ad Cimmerias tenebras universitate. Pro luce chaos obscurum, pro sole eclipsim, pro stellis stillas sanguineas, pro acuminibus spinarum aculeos exspectate : & si humanitatis expertes non estis, vos quoque stillate lacrymas à cordis fonte, si non ab oculis.

Vaticinans olim Propheta ex arcane æternæ sapientiæ decreto, & duris Hebræorum cordibus velut faxeis obeliscis insculpens morituri DEI Hieroglyphicum, ajebat : *Et erit in die illa, occidet sol in meridie ; Et tenebrescere faciam terram in die luminis : Et convertam festivitates vestras in luctum, Et omnia cantica vestra in planctum : Et inducam super omne dorsum vestrum saccum, Et super omne caput calvitium ; Et ponam eam quasi luctum unigeniti, Et novissima ejus quasi diem amarum.* Agnosco Solem. O Solem quasi non Solem, quia solum : *De gentibus non est vir tecum.* Solem defoliatum à syderibus, obscuratum à tenebris ; cruentatum à sanguine, eclipsatum à terra : Solem qui oriens ex alto à Dieiparæ, an Deiparæ Auroræ utero nostrum Horizontem ascendit de medio noctis silentio, & giganteis passibus cucurrit in meridie ad pœnarum & mortis occasum : Solem qui medius inter cœlum & terram omnia traxit ad seipsum : è cœlo Angelos, è terra homines, spectatores non habens nisi cum deficeret : Solem qui assumpto virga-

Amos. 8.  
Isai. 63.

virgarum fasce Cometam induit, salutari humani generis portento : Solem qui præsignatum in Abrahæ sacrificio signum arietis mense Martio ingressus suo sanguine frangit adamantina corda mortalium, & proscripta mortali tatis hyeme, ver sacrum aperuit immortalitati : Solem cui præcepit cœlestis Josue ne moveretur, donec ultionem impleret de Infernalibus Amorrhæis : *Steteruntque Sol & Luna, donec ulcisceretur se gens de inimicis suis* : ille clausus.

*Iosue 10.* *Ioann. 19.* vis ligno affixus, hæc mœrore attonita : *stabat juxta Crucem* : Solem qui non solis decem gradibus retrocessit in vitæ horologio, sed totum cursum per occasum suum revocavit ad ortum ; & dum umbras è sepulchris elicuit, umbras sustulit universo. Sic, qui alias in meridie

----- *facit minimas altissimus umbras.*

prodigiosis obumbratus tenebris omnes proscripti sunt umbras, suscitata ignorantiæ caligini luce veritatis : sed quid audio ? *Occidet Sol in meridie, & tenebre scere faciam terram.* *Et tenebre factæ sunt super universam terram.* Nempè coailuit atra caligo nubium ; & eclipsatum solem per ignominiam Crucis subduxit oculis, sed ingessit cordibus, impressit affectibus : ut vel cœci videant in tenebris qui calligabant in luce, *quia revertebantur percutientes pectora sua.* Noctem præoccupans in splendoribus sanctorum generatus, noctem induxit moriens in meridie. Sed hæc noctes omnes noctes denotat, omnes tenebras detenebrat.

Nam vel gentilis Centurio *Videns quia sic clamans exspirasset,*

*Matth. 27.* ait : *Verè hic homo Filius DEI erat.* Somniate quas vultis in sole vestro maculas Astrologi : in hoc si oculati effitis, veras videbitis, quas nostra induxerunt delicta ; *quid hic homo Filius DEI erat.* Divinate Genethliaci salutares ex Dominatore sole prognoses, solem nostrum beneficum experimur fidus in domo mortis, *qua hic homo Filius DEI erat.* Miremini vestra Meteora Philosophi, tres sæpè Solles in cælo visos, & aliquando in singulis apparentem gladium sanguineum ; ecce Parhelios in monte Calvario,

Discipulum & Matrem *juxta Crucem IESU*, quorum animas doloris gladius pertransivit, *quia hic homo Filius Dei erat*. Credebam aliquando Poëtarum figmentum esse Solem igneo curru vehi, jam ligneo elevatum video in aërem, & pro aureo capillatio coronam spineam, pro radiis terribras, pro luce caliginem, pro loris flagella, pro equis indomitos Carnifices adhibere. O Solem obdutum nubibus tormentorum; sed in gratias influentiarū largitate profusum Solem, qui cordis inflammati calore suspriorum exhalationes in altum trahit, ut in lacrimas eliqueret; nubes cogit, ut resolvat in pluvias: Solem, qui extra eclipticam positus, universa tamen signa decurrit non tota die. In ariete suum corpus destinatum sacrificio: *Vidit arietem intra vepres hærentem*. In Tauro scribas & Sacerdotes: *Tauri pingues obfederunt me*. In Gemini duos latrones: *Crucifixerunt eum & cum eo alios duos binc & hinc*. In cancro armatos milites: *Abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram*. In Leone dæmonem, qui siccut Leo rugiens circuit querens quem devoret; *dilaceravit Leonem quasi hædum*. In Virgine matrem docentem: *Dixit matri sue*. In libra Crucem: *Statera facta corporis*. In Scorpione aculeata flagella: *I tradidit JESU M flammellis cæsum*. In Sagittario mortem: *Ero mors tua & mors!* In Capricorno iniquos Judices: *omnes condemnaverunt eum Marc. 14. esse reum mortis*. In Aquario fuentes mulieres: *Filiæ Jerusal. 23. nolite fieri super me, sed super vos ipsas flete*. In piscibus creaturas omnes clingues, quæ quod voce non poterant testatae sunt factis: *Quassatum terræ elementum, dissilierunt in fragmina saxorum moles, recesserunt montes in chasmata, ipse clivus Calvariæ inscrutabilem hiatum aperuit; reddiderunt monumenta mortuos, omnia simul cum solis occasu optarunt occasum*.

Et quæ hujus tantæ in mundo confusionis origo? quæ insolitarum Metamorphoseon causa? *Imposuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam: HIC EST JESUS. Sacra Peregrinatio.*

Ergone quia JESUS est turbantur elementa , commovetur natura , confunditur rerum ordo , nox meridiem opprimit ; dissipant ingenti fragore saxa , reverti omnia conantur in primum chaos ? Ergonè quia Salvator est , mundum salvare non potest , nisi ipse mundus ad interitum properet ? Decreto æterni Patris nominatur JESUS ; decreto hominum damnatur ut reus . Salutis nomen , est omen interitus . JESUS Deus est , & à creatura contemnitur ? Salvator est , & in Cruce perimitur ? Vita est , & à mortuis occiditur ? Caput omnium est , & capitali sententia plectitur ? *Imposuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam.* Pilatus scripsit , qui dixerat : Nullam iurie in eo causam : scripsit Judæorum impietas , quæ blasphemum , quæ malefactorem , quæ seductorem appellavit . Onimium quantum insani , quo vos rabies beluina impellit ? *HIC EST JESUS.* Causam non dixit , & causâ cecidit , & causa est scripta *HIC EST JESUS.* Idemnè vobis est *JESUS* & blasphemus *JESUS* & malefactor ? *JESUS* & seductor ? *Imposuerunt super caput eius.* O deceptores qui sic imponitis ! nempe caput accusationis est quia salvat , quia *HIC EST JESUS* , caput ex quo desumpta sunt argumenta ut condemnaretur qui absolvebat , aliud non est nisi quia *HIC EST JESUS* . Sed extorquetur innocentiae testimonium vel ab invitatis : cœcutit humanum judicium ubi exercetur judicium sine judicio . Damnatur innocens , qui nocere nec voluit nec potuit : absolvitur nocens , qui palam occidit . Præfertur Barrabbas quia latro ; reiicitur *JESUS* quia *JESUS* . Reus esse non potuit , qui reo salutem attulit damnō suo . Omnidò cœcos fuisse oportuit impios , qui negare ex inscripto titulo innocentem potuerunt agnoscere .

Quid nos ad hæc Academicī ? nobis quoque hæseruit Crucis Epigraphe . Si Crux liber est apertus , merito in capite libri scriptus est titulus *HIC EST JESUS.*

Scire

Scire J E S U M omnes scientiæ compendium est. Si Crux aromatum officina est, in frontispicio suaveolentiam pollicetur : *HIC EST JESUS. O JESU.* In odorem unguentorum tuorum curremus. Si Crux Cathedra docentis est, una Thesi sapientiæ complectitur Epitomen, quam frustra oppugnauit Hebraei : *HIC EST JESUS. O JESU.* Doce me facere voluntatem tuam. Si Crux tribunal est, causam exhibet, sed quæ reum absolvit, Judicem damnat : *HIC EST JESUS. O JESU Justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris.* Si Crux palarium est, hinc colliges quam oneroso titulo eam Dominus possideat, non solum pedum sed totius corporis positione : *HIC EST JESUS.* Ah! In domum Domini ibimus. Si Crux thesaurus est, hoc sigillo clausam æstimabis, quod Stemma exprimit possessoris : *HIC EST JESUS. Ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.* Si Crux obeliscus est æternæ consecratus memoriæ, hoc notari debuit Hieroglyphico, ut eius nobis constaret causa. Si Crux thronus Regius est, ipsius Regis nomine signanda fuit, ne illam adorare dubitaremus. Si Crux trophæum est, hoc eam scuto in apice ornari decuit, in quo tela hostium omnia sunt confracta. Si Crux Mausolæum est; alio non erat opus Epitaphio, quam *HIC EST JESUS.* Quod ut Pilatus scriberet, manus lavit; ut omnes legerent, cacumini imposuit; ut omnes inteligerent, linguarum trias characteres dedit: ut tu penetres, cor planctu ablue, lacrymis suffunde oculos. O titulum! O causam scriptam, in qua meam causam intelligo! O dulce nomen J E S U in quo causa meæ accusationis finita est! O notas, quibus meæ felicitatis Horoscopus est delineatus in sole! Eramus jam inde à mundi exordio ære alieno gravati, & syngrapham debiti nostri tenebat infernalis exactor, hoc titulo sublatuſ est titulus debiti; hoc nomine nomina omnia sunt persoluta, & mille vulnerum lituris deletum obligationis chirographum, affixum

fixum Crucis ab eo , cuius nomen : *HIC EST JESUS*.  
 Jacimus vulnerati viatores , & Samaritanus præteriens  
 oleo misericordiæ suæ nos inunxit cuius nomen oleum  
 effusum , *HIC EST JESUS*. Hærebamus in densis igno-  
 rantiæ umbris : qui nobis ē Cathedra Crucis veritatis  
 lucem demonstravit : *HIC EST JESUS*. Lata erat in nos  
 decretoria maledicti sententia ; qui nos ab ea pro tribu-  
 nali suo absolvit , *HIC EST JESUS*. Demersi fuimus in  
 profundo lacu pœnæ damni : qui nos ad Palatium suum  
 evocavit , *HIC EST JESUS*. Ambulavimus in obscuris  
 tenebris peccatorum , qui nos radiis gratiæ suæ illustra-  
 vit : *HIC EST JESUS*. Et quam tantis beneficiis reci-  
 procam obtulimus gratitudinis tesseram ? soluti debito ,  
 nova debita contraximus : mortis faucibus crepti ; rur-  
 sum in mortem incidimus : veritatem affecuti nova in-  
 fania desipuimus : maledicto liberati , multiplex maledi-  
 ctum incurrimus : extracti ē profundo , in abyssum pro-  
 ruimus : illustrati gratiâ , peccati nocte iterum nos invol-  
 vimus. Et nos illi sumus , qui scripsimus : *Causam ipsius*  
*scriptam*. Solatur tamen nos , quia adhuc *HIC EST JESUS*.  
 Tu ingrate homo assertus in libertatem filicium Dei , ab-  
 duxisti in servitutem constrictum vinculis peccatorum  
 tuorum , & tamen *HIC EST JESUS*. Tu inconstans in  
 divino servitio alligasti eum columna , & tamen *HIC*  
*EST JESUS*. Tu blasphemè cius sacratissimum os pu-  
 gnis verberasti , tu ei colaphos infregisti ; & tamen *HIC*  
*EST JESUS*. Tu delicate carnis tuæ rurator & lascive eum  
 virgis & scorpionibus flagellasti : & tamen *HIC EST*  
*JESUS*. Tu gulose & gastrimarge dedisti in escam eius  
 fel & absynthium , & tamen *HIC EST JESUS*. Tu vini  
 cupide , crapula & ebrietatis mancipium , ardente  
 eius sitim aceto extinxisti , & tamen *HIC EST JESUS*.  
 Tu impudens & invercunde , Virgineum ejus corpus  
 ignominiosè nudasti , & tamen *HIC EST JESUS*. Tu  
 avare manus ejus mundi artifices crudeliter perforasti ,  
 & ta-

& tamen *HIC EST JESUS*. Tu vase & petulans cuperiarum sectator ejus pedes , quorum terra scabellum est Crucis acclavasti ; & tamen *HIC EST JESUS*. Tu iracunde lancea pectus ejus transverberasti : & tamen *HIC EST JESUS*. Tu denique peccator quisquis es, ei per amarissima tormenta extinxisti : & ecce causam ipsius scriptam *HIC EST JESUS*. O culpā amoris perfectissimi ! ô delictum charitatis immensæ ! ô errorem obedientiæ infinitæ ! Accemtasti mi Redemptor ē cœlo tibi decretum nomen J E S U ; & ego in corde meo decrevi te Cruci affigere. Abscondisti in hoc nomine flammam tuæ charitatis , et ego in corde meo accedi flammam iracundiae . Contexisti tuo nomine velut Icuso animam meam ne irati Patris fulmine exanimaretur: & ego te publico mundi spectaculo & ludibrio exposui. Depinxisti in nomine J E S U clementiam tuam , & ego per summam ingratitudinem te vulneribus deformavi. Illustrasti animam meam splendoribus hujus nominis & gratiæ tuæ , & ego te in Cruce extinxi. Et ecce causam tuam scriptam *HIC EST JESUS*. Fuisti mihi semper Jesus, & ego tibi toties Judas, ego impius miles, ego blasphemus Caiphas, ego iniquus Pilatus , ego irrisor Herodes ego Crucifixor : ego motrix intelligentia, quæ sine intellectu cœlum movi, & Solem ē medio cursu in occasum præcipitavi. Heu me ! occidit mihi Sol in meridie cum cœlet oriens gratiæ : Occidit Sol in meridie obrutus nocte meæ malitiæ ! ô nomen sacrosanctum ! O nomen summe honorificum , quod pro me exposuisti Monarcham cœli summæ ignominiae ! ô nomen conferens gloriosam vitam , quod pro me condemnasti largitorem vitæ ad probrofam mortem ! ô nomen oriens omnis gratiæ , quod pro me transstulisti Solem divinum ad occatum innumerabilium tormentorum ! *Quid retribuam Domino, pro Psal. 115.* enibus que retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam & nomen Domini invocabo. Ubi calix, ibi nomen , ubi nomen ibi

Crux, ubi Crux ibi signum. Sint Philosophis nomina si-  
 gna ad placitum. Ah quale hoc signum! signum planè  
 ad placitum DEI Filio: Signum arcus sagittam ciaculan-  
 tis, quam librata m in terras emisit divinus amor, ut cor-  
 meum feriret: signum alarum quas explicuit immorta-  
 lis Phœnix cum in Calvariae rogo cremandus ligna com-  
 portaret, ut me suis ardoribus animaret: Signum temo-  
 nis qui naviculam corporis Dominici direxit ad naufra-  
 gum mortis portum, ut meam navim appelleret ad lit-  
 tus vitae: Signum ligonis quem nobilis fossor in mon-  
 tem detulit, ut animam meam velut thesaurum unicè  
 desideratum ex abstrusis inferni latebris effoderet: si-  
 gnum currus triumphalis, quem sibi fabricavit Tartari  
 debellator, ut in eo conscenderet Capitolium ignominiae,  
 & me dederet ad Capitolium gloriae: Signum torcula-  
 ris quod botrum Cypri comprimens non vinum stillat  
 sed fanguinem, ut à contrito corde meo extorqueat stil-  
 las lacrymarum, Signum Labari militaris in quo pro Ro-  
 mano S. P. Q. R. inscriptum legitur I. N. R. I. ut discam  
 sub hoc signo certare adversus dæmonem, in hoc signo  
 vincere: Signum quod colestis Hercules sublatum hu-  
 meris ceu clavam vibravit, & debellans Mundum, dæmo-  
 nem ac mortem, tricipitem Cerberum catenatum in tri-  
 umphum duxit; ut me ab Orci faucibus eriperet: Si-  
 gnum quod Novellus Moyses non descendendo, sed  
 ascendendo montem portavit ceu tabulas legis, ut ego  
 in illo amorem DEI & proximi condiscerem signum quod  
 novellus Samson velut duas portas ad publicum specta-  
 culum in montem extulit, ut ego libertatis meæ trophæ-  
 um in eo suspicerem: signum quod divinus Jacob velut  
 Scalam cœlo applicitam contemplatus erexit in titulum  
 altare, in quo seipsum sacrificavit, ut & ego in illo sacri-  
 ficarem non aliam victimam quam cor meum: signum  
 denique multiplex quod in Sole Pater æternus posuit:  
*Eruunt signa in Sole*, ut cor meum à piis Solis hujus splen-  
 doribus

doribus irradiatum , affiduo contemplationis intuitu in hoc nomen, in hoc signum,in hunc titulum ceu scopum collimaret. Ah Academicci spectate hoc nomen, legite hunc titulum, observe hoc signum ; in quo ceu Pyramide incisa sunt hieroglyphica tormenta illius , & delicta nostra ; causa illius , & causa nostra. Et dum Sol noster prodigiosis signis spectabilis occumbit in meridie in vastissimum Oceanum pœnarum mersus , hoc mane , hac die, quæ quasi luctus unigeniti & novissima ejus quasi dies amara est , oriatur in amaro pelago lacrymarum nostrarum, & demergat infernalem Pharaonem cum exercitu suo peccatorum nostrorum satellitio. Appendamus Statuare Crucis Amorem illius, dolorem nostrum, ac pondemus contriti cordis affectu *Causam illius scriptam HIC EST JESUS* : causam nostram subscriptam ; Hic est peccator. Dixi.

Ego Peccator I. L. S. Tibi  
**JESU CRUCIFIXO.**

Regi seculorum Immortali & Invisibili  
Soli Deo Honor & Gloria.

**F I N I S.**

I. IN.

# I. INDEX CONSIDERATIONUM.

**A**llocatio Preliminaris. fol. 1  
*Thema.* Sapientia edificavit sibi domum; exedit columnas septem, miscuit vinum & proposuit meniam. *Prov. 9.*

## Statio I. in Cœnaculo.

Consideratio I. Pro feria V. post Cineres. p. 8  
*Thema.* Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexite eos. *Joan. 13.*

Consideratio II. Pro Dominica I. Quadragesimæ. p. 19  
*Thema.* Memoram fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se. *Psal. 110.*

Consideratio III. Pro feria V. Dom. I. Quadragesimæ. p. 29  
*Thema.* Laudis thema specialis, panis vivus & vitalis. *Hym. S. Thom.*

## Statio II. in Monte Oliveti.

Consideratio IV. Pro Dominica II. Quadragesimæ. p. 47  
*Thema.* Exiit ad hortum. Et hymno dicto exierunt in montem. *Mattib. 26.*

Consideratio V. Pro feria V. Dominica II. Quadragesimæ. p. 57  
*Thema.* Sudor sanguineus. Et factus est sudor ejus sicut gutta sanguinis decurrentis in terram. *Luce 22.*

## Statio III. Deductio ad Annam.

Consideratio VI. pro Domin. IIII. Quadragesimæ. p. 70  
*Thema.* Viacula & Concultatio. Et ligare-

runt eum: Et adduxerunt eum ad Annam primum. Et misit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem. *Joan. 13.*

## Statio IV. apud Caipham.

Consideratio VII. Pro feria V. Dom. IIII. Quadragesimæ. p. 81

*Thema.* Expuerunt in faciem ejus, & colaphis eum cœciderunt. Princeps autem sacerdotum, & omne concilium querebant falsum testimonium contra Jesum. *Matib. 26. Joan. 18.*

## Statio V. apud Herodem.

Consideratio VIII. Pro Dominica IV. Quadragesimæ. p. 95

*Thema.* Dilectus meus candidus & rubicundus. *Cant. 5.*

## Statio VI. apud Pilatum.

Consideratio IX. Pro feria V. Domin. I V. Quadragesimæ. p. 105

*Thema.* Flagellatio. Dilectus meus candidus & rubicundus. *Cant. 5.*

Consideratio X. Pro Dominica V. Quadragesimæ. p. 114

*Thema.* Coronatio & Ecce Homo. Et plententes coronam de spinis posuerunt super caput ejus. *Mattib. 27.*

## Statio VII. in Monte Calvarie.

Consideratio XI. Pro feria V. Domin. V. Quadragesimæ. p. 126

*Thema.* Baiulatio Crucis. Et baiulans fibi Crucem exivit in eum, qui dicitur Calvarie, locum. *Joan. 19.*

Consideratio XII. Pro Dominica Palmarum. p. 138

*Thema.* Ascendens in Palmam, & ap-

## Considerationum.

8. apprehendam fructus ejus. *Cant. 7.*
- Consideratio XIII.** Pro feria II. Hebdomada Poenit. p. 149
- Prodigia. *Thema.* Tenebrae factae sunt super universam terram. *Matth. 27.*
- Consideratio XIV.** Pro feria III. Hebdomada Poenit. p. 159
- Testamentum. *Thema.* Dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis. *Ephes. 5.*
- Consideratio XV.** Pro feria IV. Hebdomada Poenit. p. 170
- Spolia. *Thema.* Forrūm dividet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animām suam. *Isai. 53.*
- Consideratio XVI.** Pro feria V. in Cœna Do-
- mini. *Thema.* Memoriale. Convertentur fedentes in umbra ejus; vivent tritico: memoriale ejus sicut vinum Libani. *Osee. 14.*
- Consideratio XVII.** In Parasceve. p. 193
- Inclinatio Capitis. *Thema.* Et inclinato capite tradidit spiritum. *Joan. 19.*
- Consideratio XVIII.** In Parasceve. p. 221
- Exspiratio. *Thema.* Justus perit, & non est qui recognitet. *Isai. 57.*
- Allocutio Academicā in Parasceve.** p. 238
- Titulus Crucifixi.** *Thema.* Occidit Iesu in meridie. *Amos. 8.* Imposuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam: Hic est J E S U S. *Matth. 27.*

## II. INDEX LOCORUM S. SCRI- PTURÆ.

### *Genesij.*

2. **I**nspiravit in faciem ejus spiraculum vi.  
tæ. p. 214
3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. p. 59
4. Cumque essent in agro interfecit eum  
&c. p. 130
- ib. Quare concidit facies tua. p. 199
22. V. dit arietem inter vepres harentem. p. 241
32. Non dimittam te nisi benedixeris mihi p. 158
37. Purabam nos ligare manipulos in agro,  
& quasi confurgere manipulum meum. p. 77
- ib. Vide an tunica Filii tui haec sit. p. 103
- ib. Tunica filii mei haec est: fera pessima co-  
medit eum. p. 121
42. Beniamin lupus rapax, vespere dividet  
spolia. p. 171

### *Exodus.*

10. Factæ sunt tenebrae horribiles in univer-  
sa terra. p. 92
13. Dominus autem præcedebat eos per di-  
em in columnā nubis, & per noctem

in columnā ignis. p. 22

14. Respxit Dominus super castra Agyptiorum per columnam ignis & nu-  
bis, & interfecit exercitum eorum. p. 26

### *Leviticus.*

4. Sponsus sanguinem tu mihi es. p. 122
6. Vestietur tunica Sacerdos, & feminalibus  
lineis. p. 100
17. Sanguinem universæ carnis non come-  
deris, quia anima carnis in sanguine  
est. p. 65

### *Deuteronomium.*

1. Quod justum est judicate, sive civis ille  
bit sive peregrinus. p. 88
25. Pro mensura peccati, erit & plagarum  
modus. p. 109
27. Maledictus qui pervertit judicium. p. 88
28. Erit pendens vita tua ante oculos tuos. p. 215

### *Josue.*

6. Conclamabit omnis populus, & muri  
funditus corrueantur. p. 275

Sto.

# Index

**10.** Stereruntque Sol & Luna , donec ulci-  
sceretur ie gens. p. 240

## Judices.

**9.** Dixerunt omnia ligna ad rhamnum veni-  
& impera nobis. p. 117

**10.** Arrepta securi præcidit arboris ramum,  
impositumque ferens huinero dixit ad  
socios : Quod me videritis facere, ci-  
to facite. p. 136

**11.** Ligaveruntque eum duobus funibus. p.  
<sup>75</sup>

**12.** Liger eum septem serviceis funibus nec-  
dum siccis. p. 75

**13.** Dilaceravit leonem quasi hœdum. p.  
<sup>241</sup>

## Reges.

**I. 15.** Melior est obedientia quam victimæ. p. 198

**I. 18.** Percussit Saul mille, & David decem  
millia. p. 92

**II. 6.** Extendit manum Oza ad arcum Dei  
&c. iratusque est indignatione Domini-  
nus. p. 84

**III. 23.** Hæc nomina fortium David : sedens  
in Cathedra sapientissimus princeps  
inter tres, ipse est quasi tenerrimus li-  
gni vermiculus. p. 172

**III. 13.** Apprehendit Prophetam illum  
&c. Et statim exaruit manus ejus. p.  
<sup>84</sup>

**III. 19.** Sedebat subter unam juniperum. p.  
<sup>186</sup>

**IV. 4.** Posuitque os suum super os ejus  
&c. & oicitavit puer. p. 203

## Ezras.

**III. 3.** Unus scriptit : forte est vinum : ali-  
us scriptit : fortis est Rex. &c. p. 177

**III. 4.** Veritas magna & fortior præ omni-  
bus. p. 177

## Job.

**5.** Qui facit magna & inscrutabilia, & mira-  
bilia absque numero. p. 20

**16.** Aperuerunt super me ora sua, & ex-  
probrantes percosserunt maxillam

meam. p. 56

## Psalmi.

**4.** In pace in idipsum dormiam & requie-  
scam. Hæc requies mea. p. 212

**6.** Lavabo per singulas noctes lectum me-  
um. p. 69

**7.** Arcum suum tetendit, & paravit illum :  
paravit in eo yasa mortis. p. 173-197

**8.** Minuisti cum paulo minus ab Angelis. p.  
<sup>122</sup>

**13.** Dominus de cœlo prospexit &c. O-  
mnes declinaverunt. p. 89

**18.** Intraverunt aquæ usque ad animam me-  
am. p. 218

**21.** Ego autem sum vermis & non homo.  
p. 172

**ib.** Circumdederunt me canes multi : Tau-  
ri pingues obfederunt me. p. 73-241

**ib.** Dinumeraverunt omnia ossa mea. p. 110.  
<sup>147</sup>

**ib.** Diviserunt sibi vestimenta mea, & super  
vestem meam miserunt sortem. p. 232

**24.** Oculi mei semper ad Dominum. p. 71

**25.** Circumdabo altare tuum Domine , ut  
enarrem universa mirabilia tua. p. 20

**68.** Dederunt in escam meam fel , & in liti  
mea potaverunt me aceto. p. 232

**34.** Omnia ossa mea dicent ; Domine quis  
similis tibi. p. 147

**36.** Erenim senui, & non vidi justum dere-  
lictum. p. 233

**37.** Iniquitates meæ supergressæ sunt caput  
meum, & sicut onus grave gravata  
sunt. p. 139

**ib.** Factus sum sicut homo non audiens, &  
non habens in ore suo redargutiones.  
p. 93

**ib.** Amici mei & proximi mei adverbum  
me appropinquaverunt , & qui juxta  
me erant de longe steterunt. p. 209

**39.** Comprehenderunt me iniquitates meæ.  
p. 155

**ib.** Holocaustum pro peccato non postula-  
sti, tunc dixi : Ecce venio. p. 193

**43.** Tota die verecundia mea contra me est.  
p. 143

**ib.** Confusio faciei meæ cooperuit me. p. 155  
54. 81

# Locorum S. Scripturæ.

54. Si inimicus meus maledixisset mihi,  
sustinuisse utique. p. 15  
 5b. Veniat mors super illos, & descendant  
in infernum viventes. p. 16  
 55. Posuisti lacrymas meas in conspectu  
tuo. p. 174  
 56. Laqueum paraverunt pedibus meis;  
foderunt ante faciem meam foveam. p. 75  
 59. Moab olla spei meæ. p. 162  
 67. Adolescentulus in mentis excessu. p.  
171  
 68. Sustinui qui simul contristaretur, & non  
fuit. p. 207  
 ib. Infixus sum in limo profundi. p. 218  
 72. Fui flagellatus tota die. p. 109  
 83. Respic in faciem Christi tui. p. 120  
 105. Fecit magnalia in Ægypto, mirabilia  
in terra Cham. p. 21  
 110. Memoriam fecit mirabilium suorum  
milericors. p. 3. 20. 23  
 115. Calicem salutaris accipiam, & nomen  
Domini invocabo. p. 72. & 168  
 118. Tempus faciendo Domine dissipaver-  
runt legem tuam. p. 13  
 122. Ad te levavi oculos meos, qui habitas  
in cœlis. p. 199  
 139. Funes extenderunt in laqueum, juxta  
iter scandalum posuerunt mihi. p. 75  
 145. Dominus solvit compeditos. p. 76

## Proverbia.

3. Iniquitates suæ capiunt impium, & funi-  
bus peccatorum luorum constringi-  
tur. p. 71  
 9. Sapientia ædificavit sibi domum, excidit  
columnas septem. p. 2  
 14. Ritus dolore miscerbitur, & extrema  
gaudii luctus occupat. p. 55  
 29. Humilem spiritu suscipiet gloria. p. 201

## Cantica.

1. Osculetur me osculo oris sui. p. 20. 46.  
 ib. Fasciculus myrræ dilectus meus. p. 49.  
 ib. Oleum esulum nomen tuum. p. 53.  
 71. 222  
 122

- ib. Botus Cypræ dilectus meus. p. 177. 223  
 2. En ipse stat post parietem nostrum. p. 183  
 ib. Ecce iste venit saliens in montibus. p. 57  
 3. Egredimini filia Sion, & videte Regem  
Salomonem. p. 97. 115. 122  
 ib. Tenui eum nec dimittam. p. 158  
 5. Melli myrrham meam cum aromatibus. p. 49. 72  
 6. Suavis & decora sicut Hierusalem. p. 104  
 7. Ascendam in palmam & appreheadam  
fructus ejus. p. 139  
 8. Lampades ejus, lampades ignis. Fortis  
ut mors dilectio. p. 65. 173  
 ib. Pone me ut signaculum super cor tuum.  
p. 191

## Sapientia.

1. Benignus est enim Spiritus Sapientie. p.  
2  
 2. Circumveniamus justum quoniam inuti-  
lis est nobis. p. 89  
 ib. Coronem nos rosis antequam marce-  
scant. p. 115  
 ib. Armabit creaturam ad ultionem inimi-  
corum. p. 226

## Ecclesiasticus.

3. Quanto magnus es humiliare in omni-  
bus. p. 16  
 10. Secundum judicem populi sic & mini-  
stris ejus. p. 88  
 24. Quasi plantatio rose in Hiericho. p. 97  
 36. Innova signa, immuta mirabilia. p. 23

## Isaias.

1. Filios enutri & exaltavi, ipsi autem  
spreverunt me. p. 102  
 ib. A planta pedis usque ad verticem non est  
in eo lanitas. p. 125. 168  
 3. Pro eo quod elevata sunt filii Sion &  
ambulaverunt extento collo, decalva-  
bit Dominus verticem filiarum. p. 102  
 8. Accelera spolia detrahere, festina præ-  
dari. p. 171  
 9. Factus est principatus ejus super hume-  
rum ejus. p. 116  
 21. Dabo clavem David super hu-  
merum ejus. p. 132  
 26. Nomen tuum & memoria tuum in  
Ii 2 deside.

# *Index*

*desiderio anime.*

p. 191

30. *Populus adiuvandiam provocans est,*  
qui dicunt: auferite a me viam, decli-  
nate a me semitam. p. 214

33. *Angeli pacis amare sibi sunt.* p. 121

40. *Suscepit de manu Dei duplicitia pro o-  
mnibus peccatis suis.* p. 195

45. *Portas aeras conteram, & vestes ferre-  
os confringam.* p. 212

50. *Corpus meum dedi percutientibus, &  
penas meas vellentibus.* p. 163

53. *Oblatus est quia ipse voluit.* p. 196

- ib. *Fortium divider Ipolia, pro eo quod  
dedit in mortem animam suam.* p. 171

- ib. *Verè languores nostros ipse tulit, & do-  
lores nostros ipse portavit.* p. 134. 205

- ib. *In modico dereliqui te, & in miseratio-  
nibus magnis congregabo te.* p. 154

- ib. *Virum dolorum.* p. 218

- ib. *Non est ei species neque decor. Vidi-  
mus eum, & non erat ei aspectus.* p. 119

57. *Justus perit, & non est qui recogniteret.* p. 221

59. *Iniquitates vestrae diviserunt inter vos  
& DEUM vestrum. & peccata vestra  
abscenderunt faciem ejus.* p. 155

63. *De gentibus non est vir mecum.* p. 239

## *Jeremias.*

22. *Facite iudicium & iustitiam, & liberate  
vi oppressum, de manu calumniatoris.* p. 88

51. *Charitate perpetua dilexi te, ideo attrah-  
xi te miserans.* p. 73

## *Tbreni.*

3. *Dabit percutient se maxillam, saturabi-  
tur opprobriis.* p. 83

- ib. *Ego vir videns paupertatem meam.* p. 232

4. *Spiritus oris nostri Christus Dominus  
captus est in peccatis nostris.* p. 71. 76

## *Ezechiel.*

3. *Et tu fili hominis: ecce data sunt super  
te vincula, & ligabunt te in eis.* p. 78

12. *In medio domus exasperantis tu habi-  
tas.* p. 78

# *Index*

## *Oseas.*

11. *In funiculis Adam traham eos, in vincu-  
lis charitatis.* p. 72

- ib. *Ero eis quasi exaltans jugum super ma-  
xillas eorum.* p. 73

13. *De morte redimam eos: ero mors tua  
omnes.* p. 196. 241

14. *Erit quasi oliva gloria ejus, & odor ejus  
ut Libani.* p. 54

- ib. *Convertentur sedentes iu umbra ejus.* p. 54. 182

- ib. *Vivent tritico, memoriale ejus quasi vi-  
num Libani.* p. 182

## *Amos.*

7. *Occidet sol in meridie, & tenebrescere  
faciam terram in die luminis.* p. 239

## *Habacuc.*

3. *Egressus in salutem populi tui.* p. 187

- ib. *Ante faciem eius ibit mors: egredientur  
diabolus ante pedes eius.* p. 178.

## *Zacharias.*

6. *Facies coronas & pones in capite Iesu  
filii Isedech.* p. 123

9. *In sanguine testamenti tui emisisti vi-  
ctos de lacu.* p. 77. 212

12. *Aspicient in quem confixerunt.* p. 205

## *Matheus.*

5. *Siquis te percutserit in dextram maxilla-  
lam, praebet illi & alteram.* p. 87

7. *Nunquid colligunt de spinis uvas, aut de  
tribulis ficus?* p. 117

- ib. *Intrate per angustam portam.* p. 201

9. *Quare cum peccatoribus manducat Ma-  
gister vester.* p. 75

10. *Estote prudentes sicut serpentes.* p. 64

11. *Discite a me, quia mitis sum & humili  
corde.* p. 202

11. *Ecce homo vorax & potator vini.* p. 89

12. *Ecce Discipuli tui faciunt quod non li-  
cet facere sabbatho.* p. 75

15. *Quare discipuli tui transgreduntur tra-  
ditionem seniorum.* p. 75

21. *A Domino factum est istud, & est mira-  
bile in oculis nostris.* p. 23

22. *Li-*

# Locorum S. Scripture.

22. Licet censum dare Cæstari anno? p. 75  
 25. Domine Domine aperi nobis. p. 64  
 ib. Quamdui fecistis uni ex minimis meis mihi fecistis. p. 232  
 26. Hymno dicto exierunt in montem. p. 48  
 ib. Sedete hic donec vadam illuc & orem. p. 54  
 ib. Et colaphis eum cæciderunt. p. 83  
 26. Coeperunt autem illum accusare dicentes. p. 89  
 ib. Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum. p. 92  
 ib. Cum accusaretur nihil respondit. p. 93  
     98  
 ib. Non novi hominem. p. 122  
 27. Congregaverunt ad eum universam cohortem. p. 108  
 ib. Et placentes coronam de spinis impoſuerunt super caput eius. p. 115  
 ib. Exuerunt illum chlamyde, & induerunt eum vestimentis suis. p. 127  
 ib. Tenebrae factæ sunt super universam terram. p. 226  
 ib. Percutientes pectora sua revertebantur. p. 157  
 ib. Verè hic homo Filius Dei erat. p. 240  
 ib. Imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Hic est Iesus. p. 238  
 28. Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. p. 3. 186
- Marcus.*
8. Qui vult venire post me tollat crucem suam. p. 135.  
 13. Nonne hic est fabri filius? p. 89  
 24. Egressus foras fleuit amarè. p. 122  
 ib. Cœpit contristari & mœstus esse. p. 49.  
     67  
 ib. Omnes condemnaverunt eum esse reum mortis. p. 89  
 25. Tradidit Iesum flagellis cæsum. p. 168
- Lucas.*
1. Per viscera misericordia Dei nostri. p. 23  
 7. Osculum mihi non dedisti. p. 203  
 9. Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. p. 272
11. In Beelzebub principe demoniorum ejicit demonia. p. 69  
 12. Hic est Filius meus dilectus in quo mihi complacui. p. 120  
 1b. Ibi est thesaurus tuus. ibi est & cor tuum. p. 208  
 15. Cum peccatoribus manducat Magister vester. p. 89  
 1b. Citò proferte stolam primam. p. 143.  
 1b. Peccavi in cœlum & coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus. p. 158  
 18. Notebat nec oculos in cœlum levare. p. 200  
 1b. Conformatimabuntur omnia quæ scripta sunt. p. 217  
 22. Hoc est enim corpus meum &c. p. 4  
 1b. Factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. p. 59  
 1b. Filius hominis secundum quod definitum est vadit. p. 120  
 1b. Indutum ueste alba remisit. p. 99  
 1b. Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo. p. 101  
 1b. Stabant autem omnes noti cius à longè. p. 209

## Joannes.

1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti. p. 119  
 3. Quis ex vobis arguet me de peccato. p. 153  
 1b. Sic Deus dilexit mundum. p. 59  
 4. Meus cibus est ut faciam voluntatem Patris. p. 59.  
 6. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet. p. 23  
 8. Iesus autem abscondit se. p. 153  
 1b. Inclinans se deorsum dígo scribebat in terra. p. 209  
 10. Ego pono animam meas. Nemo tollit eam à me. p. 173  
 11. Pater gratias tibi ago quoniam audisti me. p. 213  
 13. Maiorem charitatem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis. p. 183  
 1b. Cum dilexisset suos in finem dilexit eos. p. 3. 9

# *Index*

16. Sciens Iesus quia omnia dedit ei Pateris manus. p. 10.  
 1b. Post buccellam introivit in eum Sathanas. p. 26  
 16. Confidite ego vici mundum. p. 123  
 17. Serva eos in nomine tuo quos dedisti mihi ut sint unum. p. 187  
 1b. Ego pro eis rogo, & clarificatus sum in eis. p. 211  
 18. Et ligaverunt eum. p. 71  
 1b. Quid est veritas. p. 98  
 19. Apprehendit Pilatus Iesum & flagellavit. p. 107  
 1b. Ecce homo. p. 121  
 1b. Milites cum crucifixissent eum accep-  
runt vestimenta eius. p. 142  
 1b. Dixit consummatum est. p. 217  
 1b. Inclinato capite tradidit Spiritum. p. 194  
     & seqq.  
 1b. Stabat juxta Crucem Iesu mater eius. p. 208. 240

## *Acta.*

22. Tribunus quoque timuit &c. quia alli-  
gasset eum. p. 76

## *Epist. ad Roman.*

5. Per peccatum mors, & ira in omnes ho-  
mines mors pertransiit. p. 200  
 6. Vetus homo noster simul crucifixus est. p. 204  
 8. Proprio filio suo non pepercit, sed pro  
nobis omnibus tradidit illum. p. 168.  
 12. Spec gaudentes in tribulatione patien-  
tes. p. 106  
 13. Abiciamus opera tenebrarum, & indua-  
mur arma lucis. p. 105

## *1. Corinth.*

2. Si cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. p. 237  
 3. Spiritus Dei habitat in vobis, vos autem Christi, Christus autem Dei. p. 77  
 6. Qui adhaeret Deo unus spiritus est cum eo. p. 38  
 11. Caput vero Christi Deus. p. 195  
 15. Absorpta est mors in victoria. p. 173

- 1b. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita &  
in Christo omnes vivificabuntur. p. 204

- 1b. Secundus homo de cœlo coelestis. p. 214  
 2. *Corinth.*

5. Eum qui non novaret peccatum, pro no-  
bis peccatum fecit. p. 199  
 8. Propter vos egenus factus est cum esset  
dives. p. 231  
 12. Quinque quadragesas una minus ac-  
cepit. p. 109  
 1b. Placeo mihi in infirmitatibus meis. p. 167

## *Ad Galatas.*

2. Christo confixus sum Crucis. p. 219  
 4. Filii mei quos iterum parturio donec  
formetur Christus in vobis. p. 164  
 6. Alter alterius onera portate. p. 134  
 1b. Ego stigmata Domini Iesu in corpore  
meo porto. p. 121  
 1b. Vivo ego jam non ego, vivit vero in me  
Christus. p. 191

## *Ad Ephesios.*

5. Tradidit semetipsum pro nobis oblatio-  
nem & hostiam Deo. p. 129. 159. 168

## *Ad Philippenses.*

2. In nomine Iesu omne genu fleatur. p. 212  
 1b. Factus obediens usque ad mortem. p. 198. 201  
 3. Nunc autem & stans dico, inimicos cru-  
cis Christi. p. 190  
 4. Omnia possum in eo qui me confortat. p. 56  
 5. Modestia vestra nota sit omnibus homi-  
nibus. p. 104

## *Ad Coloffenses.*

1. Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi. p. 219  
 2. Eduxit vinculos, de lacu, delens quod ad-  
versus nos erat chirographum decre-  
ti. p. 175. 195

## *Ad Timotbeum.*

1. 2. Verbum Dei non est alligatum. p. 271

*Ad*

# Locorum S. Scripturae.

## Ad Hebreos.

1. Purgationem peccatorum faciens. p. 202
2. Videamus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum. p. 121
4. Non enim habemus Pontificem qui non possit compati. p. 231
5. Preces supplicationesque cum clamore valido &c. offerens. p. 125. 63
6. Rursum crucifigentes sibi meti ipsi filium Dei. p. 156. 172. 237
10. Decebat in gloria &c. per passionem consummari. p. 217. 219. 230
11. Circinerunt in melotis, in pellibus caprinis &c. p. 12
12. Recogitare eum qui tatem sustinuit adversus semetipsum contradictionem. p. 90. 113. 239. 233
- ib. Aspicientes in authore in fidei & con-

summato rem.

p. 219

Ib. Sanguinis aspercionem melius loquenter quam Abel. p. 215

13. eduxit de mortuis Pastorem magnum ovium. p. 95

Ib. Examens igitur ad eum extra casira. p. 156

## I. Petri.

2. Qui cum malediceretur non maledicerebat. p. 142

Ib. Qui peccatum non fecit, peccata nostra ipse portauit. p. 134. 140. 200

## Apocalypsis.

1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. p. 68

20. Vidi Angelum descendente m de cœlo, habentem clavem abyssi. p. 175

## III. INDEX RERUM ET VERBORUM.

### A.

- A**dam sepultus in monte Calvariae. p. 203  
 Adam verus grumos sanguinis ceu prima excutit in corpus Christi. p. 59  
 Adam novus pro veteri laborat. p. 60  
 Adam & Eva duo vestimenta perdiderunt in Paradiſo. p. 98  
 Adversa hominem conservant. p. 113  
 Alapas date quid significer. p. 74  
     dant sibi amantes citra offendam. p. 74  
     quot Christus exceperit in Passione. p. 87  
     his percusi apud omnes nationes ignominiosum. p. 83  
     quis Christo infixerit. p. 84  
 Græci unam tribus oī illibus nummorum redimebant. p. 87  
 una Principi viro inflicta morte punitur apud Saxones. p. 87  
     unica dissolvit amicitiam. p. 87  
 Albus color quid designet. p. 99  
 Ambitiosi exemplar humiliatis Christus. p. 11

Amicus alter ego.

p. 53. 182

verus quis sit.

p. 182. & seqq

Amicorum exempla.

p. 183

pauci diligendi.

p. 187

multos vult Christus.

p. 187

Amicitia requirit similitudinem morum.

p. 190

veras eius leges Christus implevit.

p. 182

Amor oculus est.

p. 154

ibi maior ubi maior conjunctio. p. 24

maximus relucet in Eucharistia. p. 24.

v. memoriale

Amoris vera conditiones.

p. 33. 182

Amoris victoria.

p. 123

Angeli fieri condolent Christo.

p. 122

Anima ubi amat animat.

p. 33

Animositas cognoscitur in periculis.

p. 55

Aquaæ allegoria tribulatio.

p. 132

Aurum percussum filet.

p. 94

Austriaci cultores SS. Sacramenti & Immaculatae Conceptionis. B.V. p. 41. & seqq.

Austria

# Index

- A**ustriacis cur labia turgescant. p. 46  
**B.**
- B**eatæ Virgo humilitate placuit, p. 11  
 mortua est ex intensione amoris. p. 33  
 plus quam ullus mortalium Deum amavit. p. 33  
 fuit arctissimè conjuncta filio per carnem & gratiam. p. 33. 34  
 habuit unam cum Christo carnem. p. 34  
 præparavit nobis Eucharisticum ferulum. p. 34  
 est morientium advocata. p. 208  
 habet ferè eadem elogia cum Eucharistia. p. 35  
 est quædam altera Eucharistia. p. 36  
 est adjutrix redēptionis humānæ. p. 164  
 peregit in Cruce sacrificium una cum filio. p. 36  
 eius laus non separanda à laude Filij. p. 37  
 fuit unitissima Christo ab instanti Conceptionis. p. 38  
 est mater nostra effecta cum Joanni commendata. p. 164  
 eius laus non separanda à laude filij. p. 33  
 eius Immaculatæ Conceptionis laus recte jungitur cum laude SS. Sacramenti. p. 32. 36. & seqq.  
 cur id facere nonnulli recusent. p. 32  
 ut Immaculatæ Concepta semper ab Austriacis culta. p. 41  
 Benevolentiae in amicum signa. p. 2
- C.**
- C**alumnia quantum probis noceat. p. 89  
 Calumniatores mali Grammatici. p. 89  
 omnia cavillantur. p. 90  
 Candidatorum vestes candidæ. p. 99  
 Charitatis vinculum magnum est. p. 74.  
 eo ligatus est Christus. p. 74  
 Christus concarnis fuit matri. p. 34  
 à nobis animosè sequendus. p. 48  
 ex amore in hominem mortuus est. p. 50  
 cecinī post ultimam cenam. p. 50  
 exp̄ressit cygnum cantem in funere. p. 51  
 velut Orpheus peccatores cantu movit. p. 51  
 fuit semper saliens in montibus. p. 51  
 exiens in montem Oliveti fuit columba Noëtica. p. 52  
 fuit Samaritanus vulneratum hominem sanans. p. 53  
 pati debuit ut intraret in gloriam. p. 53  
 pugnans nobis quietem concedit. p. 54  
 cur tres filios discipulos duxerit ad montem Oliveti. p. 54  
 quādiu sanguinem & quoties lūda verit. p. 59  
 est bostrus Cypri expressus in nostram lūtūtiam. p. 68  
 est fasciculus floridus funibus colligatus. p. 71  
 tulit funes, quos Adam promeruit farto pomi. p. 72  
 vindictus trahitur ab hominibus, & trahit homines. p. 37  
 quomodo triumphaverit hostes. p. 178  
 cur ligari voluerit in horto. p. 78  
 captus est in peccatis nostris. p. 76. 78  
 quomodo tractatus à Iudeis. p. 79  
 appetitum mirabilem habuit opprobiorum. p. 83  
 quot alapas exceperit in passione. p. 85  
 per invidiam damnatus. p. 92.  
 eius silentium cum accusaretur. p. 93  
 eius clamor in morte. p. 175  
 In Salomone figuratus. p. 97  
 est veritas. p. 98  
 nō eos defensione non indiget. p. 98  
 vicit mundum, dæmonem, mortem. p. 173  
 duo vestimenta deperdita nobis recuperavit. p. 98  
 illuditur per superbiam vestium. p. 102  
 præsertim Ecclesiasticorum. p. 102  
 quomodo & à quibus flagellatus. p. 180  
 quot plagas in flagellatione accepit. p. 109  
 ejus

# Rerum & Verborum.

eius dolor in passione , maximus dolorum.	p. 110	solicitude in reducendo.	p. 13. 15
spinas suscepit cum nos rosas decerpsumus.	p. 115	eius humilitas collata humilitati Magdalena.	p. 13
in omnibus membris vulneratus præterquam in lingua.	p. 161	est lapillus Nabuchodonosore visus.	p. 14
cur se absconderit tenebris.	p. 153	Christi sanguis quoties profusus.	p. 59
quid legaverit moriens mundo.	p. 161	quanto tempore sudatus in monte.	p. 59
fuit spinarum Deus.	p. 116	eius unica gutta redemptioni mundi sufficiens.	p. 60
eius spinæ protulerunt uvas & ficus.	p. 117	ex eo progeniti heroes.	p. 64
quot puncturis eum spinæ confixerint.	p. 117	eius inexhausta vis medendi.	p. 66
cur spinis coronari voluerit.	p. 118	ex amore sudatus.	p. 67
fuit erinaceus spinis colligens poena.	p. 118	Sanguineis lacrymis peccatores defleti.	p. 68. 69
quomodo à nobis coronandus.	p. 123	per omnia membræ fusi instar lacrymarum.	p. 68
cur illi detracta chlamys & non corona.	p. 127	Christi Crux a Christianis adoranda.	p. 130
cur inter duos latrones suspensus.	p. 141	est fustis quo Abel occisus à Caino.	p. 130
quomodo & quando fuerit cruci affixus.	p. 141. 145	est arca Noë qua homines servantur à diluvio.	p. 131
denudatio fuit illi poena gravissima.	p. 141	est lignorum fascis quem portavit Isaac.	p. 131
cur passus sit se denudari.	p. 144	est scala & baculus Iacob.	p. 131. 139
eius vulnera vim habent ad pellendos animæ morbos.	p. 147	est virga Moysis thaumaturga.	p. 131
extendit manus in Cruce ad mundi amplexum.	p. 178	est lancea Iosue , baculus & cithara Davidis.	p. 132
inclinavit caput ut nobis daret benedictionem.	p. 180. 221	est felicitas publica.	p. 178
capitis inclinati mysteria plurima.	p. 194. & seqq.	est palma.	p. 139
fuit Archistrategus , Medicus, Advocatus noster, & omnia.	p. 195. 233	est Assueri virga.	p. 132
eius amor excessivus in Apostolos.	p. 6	est clavis David ab Eliacim gestata.	p. 132
cur laverit discipulis pedes.	p. 10	est consecrata corpore Salvatoris.	p. 132
eius dilectio in finem quid sit.	p. 9	est collectio omnis doni.	p. 167
à quo incepitur lotionem pedum.	p. 14	est arcus ex quo Christus animam jalutatus est in mortem.	p. 195
eius Passioni maximè nobiles devoti.	p. 6	est tribunal judicis.	p. 210
eius Passio efficacissimum remedium ad omnia mala.	p. 7	est figura quadrata mundi.	p. 140
domini nrum fastum coercuit humilitate.	p. 11	est nobis testamento legata.	p. 166
maiestatem & amorem conjunxit.	p. 12	eius elogia plurima.	p. 132, 167, 169
eius patientia in tolerando Iuda , &		eam vocat Christus suam, cum sit nostra.	179
		ei affixum chirographum contra nos scriptum.	p. 133
		in ea pendens Christus mortem adovocavit,	p. 195
		Kk	p. 196
		In	

# Index

- In ea Christus sustinuit personam peccatoris.** p. 199.  
**cur in monte Calvariae collocata.** p. 204  
**in e. Christus invitatus assumit personam Iudicis.** p. 209  
**in ea paratus fuit iterum pro nobis pati.** p. 213  
**in ea emisit spiritum triumphantem**  
**in ea fuit vir dolorum.** p. 218  
**in ea expandit manus ut cornucopiae.**  
**Cœli porta angusta est.** p. 201  
**Cœlum cur Christus non aspiceret cum moreretur.** p. 194. & seqq.  
 Clericos quales deceant vestes. p. 104  
 Conscientia mala tortor animæ. p. 215  
 Columnæ ferreae & aureæ allegoriae. p. 94  
 Consolatio ex afflictione. p. 167  
 Contradictionem qualem passus Christus in Cruce. p. 233  
**Crucifixi effigies cur velentur Dominica Passionis.** p. 155
- D.**
- D**eclinatio Iudeorum qualis. p. 89  
 Denudatio Christi. v. Christus.  
 Deus desolatos nos resinxit, ut spectet lugentes. p. 154  
 quos amat castigat. p. 113  
 quomodo det duplicita pro peccatis. p. 195  
 malefacta compensat beneficijs. p. 2  
 eius mirabilia ineffabilia. p. 20  
 eius mirabilia in compendium contracta in Eucharistia. p. 20  
 exhaustus omnipotentiam suam in Eucharistia. p. 22  
 eius Iudicis irati vultus terribilis. p. 214
- Dilectio vide charitas, & Christi dilectio.**  
 Discipuli Christi in periculo timidi. p. 206  
 cur fugerint. p. 206
- E.**
- E**cce homo. p. 119  
 Ecclesiasticorum luxus in vestibus castigatus. p. 103. & seqq.  
 Eleemosyna discenda à Christo. p. 132
- Elementa omnia Christo compassa. p. 150  
 Eucharistia mitat ulorum Dei compendium. p. 28  
 est memoria mirabilium Dei. p. 22  
 signata in columna nubis & ignis p. 22  
 signata in subcineritio pane Gedeonis. p. 22  
 exhaustus omnipotentiam Dei. p. 22  
 est innovatio incarnationis Filii Dei. p. 23  
 plus admiranda quam Incarnatio. p. 23  
 cur sub panis & vini speciebus proposita. p. 185  
 efficit nos alteros Christos. p. 185  
 efficit nos Crucifixos. p. 189  
 conjungit nos in unum corpus. p. 188  
 representat fidelium Ecclesiam. p. 188  
 est magna amicorum parens. p. 188  
 non est cibus delicitorum otorum Crucis. p. 100  
 est caro matris virginis. p. 36. 37  
 est mamilla Virginis. p. 36  
 est corpus de Virgine sumptum. p. 37  
 est panis Austriae. p. 41  
 ab Austriae Principibus semper culta. p. 41  
 eius sumptus est quædam concarnatio cum Filio Dei. p. 23  
 ab ea repellendi indigni. p. 26  
 ab ea cur non repulsa Judas. p. 27  
 danda potius energumenis quam impensis. p. 28  
 per hanc nos Deus osculatur. p. 31  
 solo aspectu salvat. p. 41  
 eius solennes cultus in Theophoria. p. 42. & seqq.
- F.**
- F**erreæ columnæ patientæ symbolum. p. 94  
 Flos pretiosus tribus milibus emptus. p. 71  
 Flos Christus fumibus ligatus. p. 71  
 Fortis viri cum trochō comparatio. p. 113  
 & cum vermiculo. p. 172  
 Forte est vinum, fortis Rex, fortior veritas, & haec omnia Christus est. p. 177  
 Fortitudo in infirmitate emicat. p. 178  
 Fortunæ mensam ponere quid sit. p. 190  
 Funis allegoria. p. 7175  
 Funis

# Rerum & Verborum.

Funes Adamus meruit, Christus futili. p. 72

Funiculi Adam cur vincula charitatis p. 72

Funibus & vinculis gloriatur sancti. p. 72

## G.

**G**audio omni se moeror sociat. p. 50

Gloria non acquiritur nisi passione. p. 53

Gloriatio SS. in vinculis & adversis. p. 72

Grammatici male declinantes peccatores. p. 89

Gratijs vindicare injurijs divinum. p. 1

## H.

**H**omo vélut globus pyramidalem lusum cum Christo instituit. p. 60

Horitas Oliveti est doloris & gaudij. p. 49

in eo mors & amor pharetras commutarunt. p. 49

in eo dolor & voluptas colligati. p. 49

in eo momordimus lethale pomum. p. 49

Humilitas magnos decet. p. 11

est porta cœli. p. 202

transcenditur ex virtutum copia. p. 202

eius elogia. p. 202

summi Pontificis in lotione pedum. p. 14

## I.

Dolicolæ qui sunt moraliter. p. 117

Iesus quis sit. p. 222, 233. V. Christus.

Injuria quomodo vindicande. p. 1

Interesse proprium causat iniquas sententias. p. 93

Invidia causa Christi condemnationis. p. 92

dicta est à non videndo. p. 92

eius operationes. p. 92, 93

Indices quos damnare soleant. p. 93

perversi sententiam ferunt non auditoreo. p. 88

Iudicium perversum à Deo maledictum. p. 88

Iudæorum in damnando Christo. p. 91

Iugum super maxillas quid significet. p. 73

Iugo iuncti tauri trahuntur & trahunt. p. 73

## L.

**L**abia cur turgescant Austræ Principibus. p. 46

Lacrymas petit Augustinus à Deo. p. 80

Lacrymari convenit peccatoribus, cum Christus sanguinem lacrymatur. p. 69

& cum capitur in peccatis nostris. p. 80

Læritæ vanæ succedit tristitia. p. 55

Laquei Christo parati à Iudeis. p. 75

Latus Christo cur apertum. p. 205

Latro primus Crucifixi cultor. p. 165

Lilium est Rex florum. p. 96

Lotio pedum actus excessivi amoris in Christo. p. 10

cur à Christo exercita. p. 10

Lampas ex sanguine humano confecta. p. 64

Lingua Christi sola sine vulnere. p. 161

## M.

**M**anipulos ligare in scriptura quid sit. p. 77

Manipuli Judæorum veteres cæremoniæ. p. 77

Manipulus Joseph mysterium incarnati Christi. p. 77

Medici officium obivit Christus. p. 202

Mémoria veterum transitoriaz. p. 3

Memoria mirabilium Dei æternaz. p. 3

Memoriale Christi discedentis nobis relietum. p. 184

id veri amici Christi semper circumfuerunt. p. 192

Meum & Tuum frigida verba non sunt inter amicos. p. 182

Miraculorum Dei compendium SS. Eucharistia. p. 21

Muliebris ornatus superbz. p. 102

Mysteria unum de fide, alterum non de fide

an recte socientur. p. 32

Mysteria inclinationis capitis Christi. 194.

& seqq.

## N.

**N**obiles maximè devoti passioni Christi. p. 6

Nubes typus SS. Eucharistie. p. 25

Nubes in columna probis lucet, improbos fulminat. p. 26

Nuditas poena gravissima. p. 141

## O.

**O**nera nostra portanda suscepit Christus. p. 204

Oscilli

# Index

- Oculi definitio. p. 39  
 Osculum cur olim datum amicis advenientibus. p. 30  
 cur sponsa duplex petat à sposo p. 31  
 quid per illud intendant amantes. p. 46  
 eo nos Christus sanat, & mortuos suscitat. p. 203  
 eo puritas attrahitur. p. 203  
 Oves aberrantes Christus reportavit in humeris. p. 205
- P.**
- Passio Christi immensum pelagus. p. 217  
 quid ei desit ut impleatur. p. 219  
 ejus memoriale cur in pane & vino. p. 185  
 ei devoti maximè nobiles. p. 6. 146  
 ejus contemplatio summè utilis. 136  
     146. 169. v- Christus.  
 Peccata Christum deprecesserunt in terram. p. 60. 204  
     sunt funes, oblitio, captivitas. p. 71  
     injecerunt Christo vincula. p. 76  
     ligant Deum misericordem, non Iudicem. p. 79  
     iterum Christum crucifigunt. p. 156.  
     235. 237  
 Peccatores mali Grammatici. p. 89  
     omnes concurserunt ad tormenta Christi. 235  
     confundantur à creaturis insensatis. p. 157  
     excusantur à Christo ob ignorantiam. p. 166  
 Pollicet Adæ tunica quid designet. p. 98  
 Peregrinatio ad sepulchrum Domini sancta occupatio. p. 4  
     Magnatum per Provincias unde ortu. p. 4  
 Persecutio ingens Dei donum. p. 162  
 Pilatus exprobrans Judæis crudelitatem. p. 119  
 Princeps regimen quale esse debeat. p. 73  
 Politicorum maximæ. p. 89. 91  
 Prodigia in morte Christi. p. 150. 224  
 Profusio in vestium luxu. p. 102  
 Pyramidalis lufus hominis cum Christo. p. 60
- Pyronomania effectus mirabilis. p. 65
- Q.**
- Questiones captiosæ Judæorum à Christo solutæ. p. 16
- R.**
- Rosa inter flores principiarum tener. p. 96  
 ejus varie descriptiones. p. 96  
 condita primum fuit alba. p. 107  
 offerri solet Principibus aurea. p. 106  
 in Paradiso spinis caruit, p. 115  
 est patientia symbolum. p. 124  
 est gratiis dicata. p. 124  
 est sacra Amorum Dex. p. 125
- S.**
- Salutem operari oportet cum metu & timore. p. 56  
 Sapientia spiritus est philanthropos. p. 2  
 Sapientia vera in prosperis non efferrit, in adversis non dejicit. p. 55  
 Sapientia adiuvium columnis septem efformatum. p. 2  
 Sanguis iuvenum senibus vigorem praestat. p. 65  
     humanus immixtus alterius venæ a morem conciliat. p. 66  
     ex eo paratur lampas vita. p. 64  
 Sanguineus sudor siccè naturalis. p. 61  
     eius exempla. p. 61  
     Christi an fuerit naturalis. p. 60  
 Sanguinis grunia Christo sudati fuerunt pompa Paradisiaca. p. 59  
 Sanguinem quoties fuderit Christus. p. 59  
     hic clamat in cœlum, & replet cœli vacuum. p. 112  
 Sedere in Scriptura quid sit. p. 54  
 Servititia minoribus praestita nobiliora, quam majoribus. p. 17  
 Signorum innovatio in Eucharistia. p. 23  
 Spectra nocturna faciunt sudare sanguinem. p. 61  
 Spinæ post Adæ peccatum exortæ. p. 116  
     semper fiorent. p. 116  
     quid designant in Christi capite. p. 117  
     sunt symbolum peccatorum, p. 128  
     pro-

protulerunt rosas,	p. 128
suscepit eas Christus post decerpitas	
rosas.	p. 115
Spina est Rex super alia ligna,	p. 117
Spolia Christi pauci.	p. 173
Sputa in vultum coniucere ignominiosum,	
	p. 85
Stationes Christi in passione.	p. 4
Superbus luxus vestium castigatus.	p. 101

T.

Tenebræ quales in morte Christi.	p. 151
quare tam dense.	p. 152
Terra motus in morte Christi.	p. 226
Terror vehemens sudorem sanguineum	
causat.	p. 61
etiam unâ nocte canitatem efficit.	p. 62
etiam vitam adimit.	p. 63
Testamentorum vanitas & impietas.	p. 160
Traditores Christi plures.	p. 168
Tribulatio hominem erigit.	p. 113
est Dti donum.	p. 160
coronat patientes.	p. 160

consolationem affert.	p. 167
-----------------------	--------

V.

Veritas non vult abscondi.	p. 193
Vermiculi ligni fortitudo.	p. 172
Veste alba cur Christus indutus.	p. 99
Vestis innocentia à Christo recuperata.	p. 98
Vestium luxus castigatus.	p. 101
Victoria amoris.	p. 123
Virtutes aliæ generant humilitatem	p. 201
vitorum nominibus obfuscantur.	p. 90
Vindictæ novum genus, benefacere.	p. 2
Vindicta est laetitia tristum.	p. 13
Vincula v. funes,	
cur iniici solita Deorum simulacris.	p. 74
Romanis civibus iniici prohibita.	p. 76
nostra disruptit Christus.	p. 76
invidiæ qualia.	p. 78
Vitia fallunt virtutum specie.	p. 91

IV. INDEX HISTORICO-MYTHO-  
LOGICUS.

A.

Abel quo instrumento occisus à fratre.	p. 130
Abimelech in expugnatione Sichimorum	
præcidens arboris ramum & idem mi-	
litibus præcipiens.	p. 136
Abraham Lotho fratrueli minori cedit.	p. 17
Adam in monte Calvariaz sepultus.	p. 134
Æneas ob putatam filii mortem in mare se	
præcipitat.	p. 80
Æsopi dictum, quid Deus agat.	p. 202
Æthiopum amicitia exemplum.	p. 182
S. Agapitus ex pruni sibi coronam texit.	p. 124
B. Agnes Christum amorem Crucifixum in-	
geminat.	p. 154 227
Alexander M. primus in perrumpenda via	

laboriosa.	p. 48
alba fascia Lysimachi vulnus alligat.	

Alexander Luciaghush sœpius in die crucem	
format.	p. 228
Alphonsus Portngalliae Rex scutum	
vul-	
nerum accipit à Christo.	p. 219
Amalthea cornu felicitas designata.	p. 178
Amicorum fidelium exempla.	p. 183
Amor & mors pharetras commutant dormi-	
entes.	p. 48
B. Andreas Carmelita pauperibus pedes ab-	
luit.	p. 16
B. Angela de Fulgimio ex aspectu Christi spi-	
nis coronati deliquia patitur.	p. 124
Crucem appellat suum lectulum.	
	p. 233
Annius Thascorum Rex raptâ filiâ in flumen	
se præcipitat.	p. 80

# Index

- S.** Antonius in tentatione Christum absensem queritur. p. 154  
**A**ntonini Pii & Vespasiani nummi. p. 178  
**A**ppetitus quorundam corruptus edendi satixa, ligna &c. p. 82  
**A**quila cum serpente luctans Symbolum Christi morientis. p. 196  
**A**rbor in monte Oliveti cum foliis inscriptis enata. p. 62  
**A**rchelaus in magnis solemnitatibus albo-vestitu utitur. p. 100  
**A**rchiduces Austriae devoti passioni Christi. p. 5  
 devoti SS. Eucharistie & Immaculatæ Concept. B. V. p. 38  
 unde labiis turgescant. p. 46  
**A**rgivi & Lacedæmonii bello commissi, & vici viatores. p. 58  
**A**ristides spuro appetitus faciem tergit & rinsit. p. 85  
**A**ristomenes Messenius sua manu 300. occidit. p. 172  
**A**ristoteles sententia de numero amicorum. p. 186  
**A**rturus Anglus solus 900. hostium profigat. p. 172  
**A**ugustinus Japon in lacrymas liquefecit confederacione Passionis Christi. p. 224  
**A**ugustus proditionem suum coenæ adhibet. p. 24  
 cum Cina insidiatore amicitiam pacificatur. p. 25

## B.

- B**ellarminus Cardinalis SS. Sacramento devotus. p. 192  
**B**ellovacensis Episcopus militari habitu non agnoscitur à Papa. p. 103  
**B**rigitta ceram distillat in brachium diebus solveneris. p. 227  
 ei revelatus modus Crucifixionis Christi. p. 141  
 ei revelat Christus se tantum pati patatum pro singulis, quantum pro omnibus. p. 148  
 ei revelat Christus se omnia facere ex amore. p. 154  
 eidem testatur Christus se à pecca-

- toribus iterum vulnerari. p. 157  
**B**rutij vel Lucani Christum flagellauit. p. 108
- C.**
- C**æcilia Panormitana vestes altarium sola lavat. p. 192  
**C**ain post fratricidium in terram inclinatus incedit. p. 199  
 circumfert secum tortorem conscientiam. p. 215  
 quo instrumento fratrem occiderit. p. 130  
**C**alvaria mons locus Adæ sepulti, sacrificij Abraham, & Christi passi. p. 134  
**C**andidatorum mos ambiendi apud Romanos. p. 99  
**C**anities ex nimio terrore enata. p. 62  
**C**arolus V. Imp. devotus SS. Sacramento, & immaculatæ Concept. p. 41  
**S.** **C**arolus Borromæus devotus passioni Christi. p. 5  
**C**atharina de Iesu uno Crucifixi aspectu conversa. p. 228  
**C**atonis dictum de sua mensa. p. 188  
**C**aprea per montes saliens Christi symbolum. p. 52  
**C**hrothildis Regina sanguineo sudore excitat fratrem ad vindictam contra maritum. p. 68  
**B.** **C**laræ de monte Falco apparet Christus crucem gestans. p. 136  
 mortua cor representat instrumentum passionis. p. 191  
**B.** **C**oletæ ostendit B. V. filiolum in frustæ concisum à peccatoribus. p. 157  
**C**onstantinus M. Imperator crucem sumimè honorat. p. 130  
**C**ornucopia Herculis impletum fructibus p. 232

## D.

- D**arij custodes de sapientia concertantes. p. 77  
**D**ecio Magio educto in castra caput obvolutum. p. 155  
 Deo-

# *Historico-Mythologicus.*

- Dolorum simulacris olim vincula injecta. Flos tribus milibus Imperialium emptus. p. 96  
 Didacus Osorius una nocte incanuit. p. 62  
 Diogenes probitate vindicat injurias. p. 2  
     alapam rependit percussione lori. p. 85  
 S. Dionysius Areopagita stupet tenebras in morte Christi. p. 152  
 Dolor & voluptas Jovis decreto colligati. p. 49  
 B. Dorothea Ord. Servitar. impetrat uicera in brachijs ad honorem Christi p. 227

## E.

- Elephas cum Dracone concertans symbo-  
     lum Christi morientus. p. 197  
 Elias pane subcinerito confortatus. p. 185  
 Eliseus Propheta filium Sunamitidis restituens viræ. p. 202  
 Eleonora Inestrosa lateri Christi devota. p. 206  
 S. Elisabetha Lusatana hebdomada sancta vi-  
     li habitu uititur. p. 230  
 Elisabethæ Austriacæ obvertit se Crucifixi imago. p. 230  
 Elogii SS. Sacramenti, & Immaculatæ Concep-  
     tionis B. V. conjunctum usurpari soliti origo. p. 38  
 B. Elzearius heret in latere Christi. p. 227  
 Epitheras ad Echinadas navigans jubetur  
     clamare : mortuus est Magnus Pan. p. 150  
 Eremitæ cuidam revelatum Deo maximè placere passionis Christi meditatio-  
     nem. p. 136

## F.

- Fili suæ foemina quædam legat 500. Im-  
     periales p. 160  
 Ferdinandus II. Imp. devotus SS. Sacramen-  
     to & Immaculatæ Conceptioni B. V. p. 42  
 Ferdinandus III. devotus SS. Sacramento, &  
     Immacula. Concept. p. 43  
     devotus etiam Christo patienti. p. 6  
 Ferdinandus IV. pietas in SS. Sacramentum. p. 41

- Fœenerator quidam deemoni legat animam suam, uxoris, filiorum & Confessarij. p. 160  
 B. Francisca à Cruce meditatione passionis Christi examinis corruit. p. 224  
 S. Franciscus Borgia infra pedes Iudeæ se lo-  
     cat. p. 17  
 Franciscus Gonzaga in carcere incanescit. p. 62  
 Franciscus à puero Iesu SS. Saeramentum frequens adorat. p. 192  
 Fulbertus Carnotensis è sanguinis pluvia o-  
     minatur futura. p. 69

## H.

- Halyattes Lydorum Rex prælia aggredi-  
     tur cum symphoniacis. p. 56  
 Hæmorrhoidum morsus lethalis. p. 69  
 Hector in casside fascem rosteum gestare so-  
     litus. p. 125  
     eius occisi corpus roseo unguento fit  
     à canum morsibus immune. p. 125  
 S. Hedwigis diebus veneris abstinet à vino. p. 230  
 Herculis columnæ. p. 3. 22  
 statua ferrea. p. 94  
 Herinaceus aculeis suis poma colligit. p. 118  
 Hispani deyoti cultores Immaculatæ Concep-  
     tionis B. V. p. 40

## I.

- S. Ignatius de Loyola asserit in cruce the-  
     sauros ingentes reconditos. p. 168  
 Icroboam jubens apprehendi Prophetam. p. 84  
 punitur.  
 B. Ioanna quinque clavos cordi appressos  
     gestat. p. 146. 232  
     pauperibus famulatur. p. 16.  
     colaphum sibi impingit. p. 230  
 B. Joannes de S. Maria devotus iconi Ecce Homo. p. 124  
     attionito similis in consideratione Pas-  
     sionis Christi. p. 224  
 S. Joannes Evangelista totus in describendo amore diuino. p. 9  
     Ioan-

# Index

- I**oannes à S. Guilielmo in duro ligno cubat. p. 218  
**I**oannes Rex Portugallia petentibus in honorem s. vulnerum nihil negat. p. 146  
**I**oannes Stuart & Warthonius amicissimi duello corrunt. p. 85  
**S**S. Ionas & Barachis in glacie suaviter dormiunt. p. 114  
**I**osephi somnium de manipulis. p. 77  
**I**sabella Archidux devota Christo agonizanti in horto. p. 5  
**B**. Isabella die Cœna Domini larga in pauperes. p. 16  
**I**udas effudit viscera, quia viscera misericordiae non agnoverit. p. 25  
 judicium libi manducavit. p. 26  
 quod admissus ad Sacramentum Eu-  
 charistiae mirandum. p. 24

## L.

- L**abaci stationes Christo passo erexit. p. 5  
**L**acedæmonij juventutem educant verberando ad aras. p. 111  
**L**acrymas aliqui sanguineas flaverunt. p. 61  
**L**ampas vitæ & mortis ex sanguine humano p. 64  
**L**apilli candidi absolutionis nota apud Romanos. p. 99  
 apud Cretenses Iatros dies signabant. p. 99  
**B**. Leonora à S. Ioanne ex lacrymis visum perdit. p. 224  
**L**ollie Paulina vestium luxus. p. 102  
**S**. Ludovicus Rex pauperibus pedes abluit. p. 16  
 diebus veneris nudipes incedit. p. 228  
 largam eleemosynam largitur hebdomada sancta. p. 232  
**L**udovicus Bavarus una nocte canus. p. 63  
**S**. Ludovicus Episcopus expansis brachis orat. p. 228  
**L**udovici Cortusij lætem funus. p. 160  
**L**udovicus Pius Imperator, Ecclesiasticis luxum vestium tollit. p. 104  
**S**. Luitgardi testatur B. V. filium suum ab impijs quotidie crucifigi. p. 256

- L**ycurgus juvenem à quo exoculatus fuit, bonis moribus imbuit. p. 165  
**S**. Lydwina in meditatione Passionis lacrymatur. p. 124  
 imaginariam Peregrinationem obicit. p. 5

## M.

- S**. Magdalena de Pazzis devota SS. Sacramento. p. 192  
**S**. Magdalena lavans Christi pedes, Christo collata, osculis attraxit puritatem. p. 13  
**S**. Margareta Ungara sèpè osculatur vulnera Christi. p. 146  
 comunicantibus mappam tenet. p. 192  
**M**argareta d' Arbouse grana tritici felicit pinsendis hostijs. p. 192  
**S**. Martini invasor punitur repentina calam. p. 84  
**M**aria Archidux devotè peregrinari solita. p. 5  
**M**atthias Corvinus crucem semper secum gestat. p. 229  
**M**aximilianus I. Imp. devotus SS. Sacramento. p. 41  
**S**. Mechtilidis vulneribus Christi devota. p. 146  
 discit Christum à peccatoribus denuò crucifigi. p. 156  
 in cruce reponit salutem animæ. p. 179  
**M**eduse capilli versi in serpentes. p. 64  
**M**oquinentes ducem inauguran spinis prius verberatum. p. 111  
**M**ors & Amor in itinere dormientes phartras mutarunt. p. 49  
**M**ors ex subito terrore, & tristi nuntio. p. 79

## N.

- N**abuchodonosoris visio de colosso. p. 14  
**N**icolaus V. Sa. audita fama de Constantino-  
 poli capti a mortuis. p. 79  
**N**iobe præ dolore in saxum versa. p. 79  
**O**, Oscu.

# *Historico-Mythologicus.*

## O.

**O**sculi usus apud antiquos. p. 30  
Oleum coronæ quibus data apud veteres. p. 53

**O**za volens arcam sustinere mortuus corruerat. p. 84

## P.

**P**egasus unde natus. p. 64  
Philantropos herba unde dicta. p. 2

**B**, Philippus de Aqueris devotus Passioni Christi. p. 146

**E**, Philippus Nerius lacrymatur meditando Passionem Christi. p. 214

**P**hilippus II, Rex Hisp., devotus SS. Sacramento. p. 45

**P**hilippus III, Eucharistico-Marianus. p. 45

**P**hilippi I V, pietas erga Immaculatam Conceptionem B. V. p. 40. 45

**P**hocion Atheniensis amicitiae illustre exemplar. p. 184

**P**luvia languinea ominosa. p. 63

**P**ontifex Romanus pedes abhuit peregrinis. p. 14

auream Rosam benedicit Dominica Letare. p. 106

**P**robus Imperator dictus verè probus. p. 211

**P**ythagoras dictum de amicis. p. 182

## R.

**R**atislaus Polonus una nocte incanuit. p. 63

**S**, Robertus pauperibus pedes lavat. p. 16  
hebdomada pœnoſa 300 pauperes pacifict. p. 232

**R**omanorum veterum funebres ritus. p. 183

**S**, Romualdus anhelitu tuo dolores capitum sanat. p. 202

**R**ose à sanguine veneris purpuratae. p. 107  
gratijs dicatae p. 124

**H**ectoris corpus à mortuū canum præservant. p. 125

**R**udolphi I, Imp. pietas erga SS. Eucharisti. p. 125

flam. p. 43  
Rudolphus II, honorat SS. Sacramentum. p. 42

## S.

**S**acerdotes Veterum albo usi vestitu. p. 100  
coronati sacrificabant. p. 129

**S**alomonis annulus referebat spineam coronam. p. 123

**S**anguis juvenilis senibns vigorem restituit. p. 65

**S**angue alieno in venas immisso conciliatur amor. p. 66

**S**anguinem sudare multis naturaliter contigit. p. 61

**S**anguine enatus Pegasus & serpentes. p. 64

**S**anguinea pluvia olim mali omnis. p. 63

**S**aturnus Rex filium purpuratum sacrificio exposuit. p. 127

**B**, Simon Valentinus stationibus Passionis devotus. p. 5

**S**ixtus Pa. IV, cultum SS. Sacramenti conjungit cultui Immaculatae Conceptionis B. V. p. 39

**S**ocratis ratio cur cygnus moriens canat. p. 51

colaphum infictum fortiter tolerat. p. 86. 156

**S**pinarum Deus apud Ethnicos. p. 116

**S**ponsi & sponsæ apud veteres coronabantur. p. 122

**S**tatua Immaculatae Concept. Viennæ honoretur à Principibus. p. 47

**S**tatua Herculis ferrea patientiæ symbolum. p. 94

## T.

**T**Amerlanes triplex tentorium erigere solitus. p. 153

**T**errore repantino qui incanuerint. 62  
qui sanguinem sudarint. p. 61

qui exspirarint. p. 61

**S**, Theodorus inter flamas velut inter rosas. p. 124

L 1

S, Tho-

# *Index Historico-Mythologicus.*

S. Thomæ Apostoli percussori canis brachium avellit.	B. Victoria devota SS. Sacramento.
	p. 84
Tiberius Imperator inquirit de Magno Pane.	Victimæ à veteribus coronatæ. p. 129
	p. 151
Timantes pictor quomodo pinxerit patrem Iphigenieæ.	Viennæ stationes Christo passo erexitæ. p. 5
	p. 218
	Ulysses malo navis alligat aures, ne Syrenes audiat. p. 174

## V.

**V**enus à spinis vulnerata depurpurat rosas. p. 107

## Z.

Zenonis dictum de amicis.	p. 182
Zifca Bohemus pellem suam legat pro tympano.	p. 160

# F I N I S.

Graviora menda sic emenda.

Pag. 15. tibi pave I. tibi parce. p. 32. propylæris I. propylæsis. p. 58. hostilibus. I. hostilibus. p. 63. & omnia. I. & omnia. p. 102. ubi ero. I. ubi ergo. p. 104. fellis &. I. fellis &. p. 113. ducentos & quinque adde. effudisse. p. 135. perpessus. I. pressus. p. 137. ut nos. r. ut vos. p. 140. versatissimo. I. versutissimo. p. 153. ait hic. I. at hic. p. 187. ut salutares. I. ut salvares. p. 218. fasciculum amoris. I. fasciculum myrræ. p. 222. quod vulnera Samaritani Adæ &c. I. quo vulnera Adæ Samaritanus cœlestis curare debuit. p. 228. ad finem, si Deus. I. ad finem mundi, si Deus. p. 230. inconjunctum. I. illi conjunctum, p. 233. quæ cœteris. I. præ cœteris.

27.11.1

